



CXXI-550-*[Signature]*





K. 0000153310

F.A. 061

V. 2





Es de la librería del monast<sup>o</sup> de La Vid

ANTONII  
AUGUSTINI

*ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS*

OPERA OMNIA.

*Handwritten text, possibly a signature or date, located at the top right of the page.*

*Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is difficult to decipher but appears to include words like 'AUGUST' and 'MAY'.*



# ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

## OPERA OMNIA

*Quæ multa adhibita diligentia colligi potuerunt.*

### Volumen Secundum

quo

EMENDATIONUM ET OPINIONUM LIBRI QUATTUOR

AD MODESTINUM, SIVE DE EXCUSATIONIBUS LIBER SINGULARIS

ANTONII AUGUSTINI AD LÆLIUM TAURELLUM ET TAURELLI AD AUGUSTINUM DE MILITIIS  
EPISTOLÆ

CONSTITUTIONUM GRÆCARUM CODICIS JUSTINIANI COLLECTIO ET INTERPRETATIO

JULIANI ANTECESSORIS CONSTANTINOP. NOVELLARUM JUSTINIANI IMPERATORIS EPITOME

AD TITULUM PANDECTARUM DE DIVERSIS REGULIS JURIS ANTIQUI EXPLANATIONES

COMMENTARII AD INSTITUTIONES IMPERATORIS JUSTINIANI

Continentur.



L U C Æ MDCCLXVI.

TYPIS JOSEPHI ROCCHII

CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

# AUGUSTINI A N T O N I I

ARCHIEPISCOPI VASCONENSIS

## OPERA OMNIA

Quae multis abbatibus, & alijs collegijs conservata

Volumen Secundum

Qua

INSTITUTIONE ET CURA  
AD LIBRARIUM, SIVE DE  
ANTONIO AUGUSTINO ET  
EPISTOLIS  
CONSTITUTIONUM  
AD THEOPHILUM  
COMMENTARIUM

CHARLESUS



IN AUSTRIA

THOMAS HÖRNER

LENSAE



## JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

## P R Æ F A T I O.

**Q**uod optaveram maxime, ut ANTONII AUGUSTINI Tarraconensis Pontificis vitæ historiam perfectam, expletamque omnibus suis numeris, & partibus hoc volumine altero edere possem; id omnino contigisse ex animi mei sententiâ possum affirmare. Nam doctissimus, idemque humanissimus Vir Gregorius Mayansius Siscarius Valentinus, qui eam historiam luculenter hispanico scripserat sermone, atque ediderat Madridi Anno MDCCXXXIV. typis Joannis Zunnigenfis, quum ei commentario quamplurima addidisset, itemque illum nonnullis locis emendasset, hæc ad me liberaliter omnia misit: Ex quo factum est, ut his omnibus latine redditis, atque locis, quibus oportebat, aptatis, liber quidem extiterit absolutus, planeque perfectus. Hic igitur ita emendatus, maximeque auctus Commentarius priorem in hoc secundo Volumine locum obtinet: quod sane & volumini ipsi, & editioni meæ omni, & mihi in primis spero honori & laudi futurum. Nam cum ipsa ab Mayansio primum edita historia esset per sese quamgravis, atque omni certe ornamento eruditionis conscripta; tum tanta ei nuper homo eruditissimus, & cum primis copiosus addidit, ut tertiâ ferme parte aucta fuerit. Quocirca hoc mihi vere videor esse dicturus, eos omnes ANTONII AUGUSTINI vitæ historiam plane non habere, qui illam, cujusmodi meis nunc editur typis, non habeant. Nam quæ in priore illa defunt, & sunt certe quamplurima, & multum quidem habeant momenti necesse est ad cætera plenius intelligenda: Tum etiam quia non defuerant, qui priorem illam historiam nonnihil quibusdam locis carperent, Mayansius his additamentis omnia, quæ contra dicerentur, satis superque diluit; vel, si in quo erraverat, emendare non dubitavit. Duos quoque Indices scriptorum ANTONII AUGUSTINI & emendavit, & auxit. Quædam enim detraxit ex illis, quæ false AUGUSTINO tribui comperiebat: multa e contrario illis addidit, quæ vere ad AUGUSTINUM noverat pertinere: omnia denique explicavit, magnoque opere illustravit; ac de plerisque memoriæ tradidit quoties, & a quibus Typographis, quibusve locis fuerint typis edita: adeout nihil jam his Indicibus accuratius, ac exquisitius, eruditiusque fieri, aut excogitari possit.

Hæc omnia latine converterunt Nobiles viri, qui mihi humanissime auxiliari solent, Patricii Lucenses Fabius Cenamius, & Joannes Baptista Montecatinius, qui hanc Præfationem dictavit. Plurimas quoque, quæ disperse in hac Historia habentur, epistolas vel ab ANTONIO AUGUSTINO ad familiares suos, vel ab ipsis AUGUSTINI familiaribus ad eum datas, quæ ut plurimum hispanicè erant conscriptæ, latinè reddiderunt; ut essent ad opus universum accommodatæ. Ad eas autem, ut agnoscerentur, notas „ in margine apposuerunt: Cæteras, quæ latinæ ante fuissent, eo typorum genere descripsimus \*, quod scribentem manum

\* typis cur-  
sivis.

ma-

maxime imitatur. Jam vero caussam, quare Historiam hanc crediderim latinis esse litteris mandandam, fuit, quod hispanicæ litteræ in orbe terrarum minus late pateant: Mihi vero spes est, hæc volumina quocunque gentium pervenire debere; unde communi quadam omnium gentium lingua (quæ certe latina est) utendum censebam. Ita etiam videbatur fore magis accommodata ipsis ANTONII AUGUSTINI scriptis, quæ fere omnia latina sunt. Ii autem viri volunt, a me eorum nomine dici, ab sese hanc Historiam latine ita fuisse redditam, ut quidem ipsa pati res potuit. Nam Mayansius minima quæque summa industria persecutus est. Quod ut incredibilem hominis eruditionem, ac sedulitatem egregie declarat; ita illud negari non potest, ejusmodi rationem nonnihil a latinæ linguæ gravitate majestateque abhorriere. Tum scire se, hanc scriptionem omnino postulare, ut quis utranque linguam perfecte calleat. In hispana quidem fatentur ipsi se rudes admodum esse. Latini autem sermonis vim atque elegantiam se affectos esse non audent confirmare. Nam si etiam Ciceronis ætate, quam merito auream appellamus, ipsum latine loqui erat (ut ille inquit) in magna laude ponendum; quid nostris dicendum erit temporibus, cum ab illo fonte, atque ab illa latinitatis sede tot seculis absumus? Quod vero ad eam attinet rationem, quam potissimum in interpretando sequuti sunt; paullo se fatentur recessisse ab Ciceronis exemplo, qui in Libro de Optimo Genere Oratorum memoriæ prodidit, sese Æschinis Orationes vertisse non uti interpretem, sed uti oratorem: quod hi oratoriam sibi laudem minime congruere posse crediderint. Sed item illud se vitasse vitium putant, quod Horatius innuit in Arte Poetica:

*Nec verbum verbo curabis reddere fidus*

*Interpres.*

Itaque medium quendam cursum tenuerunt; ut nec a scripto nimis longe aberraverint, nec ita verbis infervierint, ut nimis propterea aridum, & exile orationis genus exstaret. Si quæ explicationem aliquam desiderare visa sunt, ad ea omnia notam \* apposuerunt, atque in margine explicatio habetur. Tum si quæ dici latine non poterant, hæc quoque in margine vel hispanice, vel barbare dicta sunt eadem notâ intus apposita. Jam doctorum hominum judicia, quæ Mayansius quamplurima cumulavit, a nobis, magnopere etiam aucta, in superiore volumine edita fuerunt.

Hactenus de ANTONII AUGUSTINI vitæ historia. Nunc de ipsius AUGUSTINI scriptis, quæ hoc volumine continentur. Itaque priorem obtinent locum aurei quattuor EMENDATIONUM ET OPINIONUM libri. Hi quidem libri quanti sint faciendi, & quantum utilitatis rei litterariæ, & juris præsertim prudentiæ attulerint, nihil hîc me attinet dicere. Nam & multa hac de re diximus in superioris voluminis Præfatione, & longe plura Mayansius in suo Commentario scripsit. Quod pertinet ad editionem, plurima horum librorum exempla diversis temporibus edita mihi præsto fuerunt. Eo autem potissimum usus sum, quod editum fuit Venetiis typis Heredum Lucæ Antonii Junctæ Florentini. MDXLIII. idib. Septembris. Ac si quando in difficultates incidebam, illud curabam conferendum cum cæteris exemplis, ut veram lectionem elicerem. Libros Emendationum sequitur Liber Singularis ad Modestinum, sive de Excusationibus a me ex iisdem exemplis, eademque adhibita diligentia descriptus: Tum sequuntur ANTONII AUGUSTINI ad Lælium Taurellum, & Taurelli ad AUGUSTINUM de Militiis ex Casu Epistolæ.

Post-



Postea vero habetur ANTONII AUGUSTINI CONSTITUTIONUM GRÆCARUM CODICIS JUSTINIANI IMPERATORIS COLLECTIO ET INTERPRETATIO *cum Paratitlis, sive Scholiis, & Variis Lectionibus*. De hoc AUGUSTINI egregio opere multa leguntur in Mayansii Commentario. Nos igitur ea tantum, quæ ad nostram pertinent editionem, breviter persequemur. Itaque eo usus sum exemplo, quod editum fuit Ilerdæ Anno MDLXVII. typis Petri Roburii. Enimvero multum diligentiam, multumque laboris impendi, ut legentium commodo, atque utilitati consulerem. Nam primo græcum omne scriptum diligenter emendandum curavi: Deinde quum in illo Ilerdensi exemplari græcæ leges separatim, tum separatim latina earum interpretatio, atque separatim quoque παρατίτλα, sive σχολία, itemque variæ separatim lectiones haberentur; ego hanc describendi rationem institui. Bipartito quamlibet divisi paginam, alteramque partem græcis legibus, alteram vero latinæ interpretationi attribui: Tum paginis quibuscunque subjeci lectiones varias, atque item παρατίτλα, sive σχολία, quæ ad illas paginas pertinerent. Itaque hac ratione effectum est, ut quis uno aspectu omnia, quæ ad eandem legem spectent, videre possit.

Sequitur ex eodem Ilerdensi exemplo descriptum AUGUSTINI opus, præstantissimum illud quidem, quod ita inscribitur: JULIANI ANTECESSORIS CONSTANTINOPOLITANI NOVELLARUM JULIANI IMPERATORIS EPITOME. ANTONIUS AUGUSTINUS EMENDAVIT ET AUXIT, *Additis latinis quibusdam Novellis Constitutionibus ejusdem Imperatoris cum Paratitlis, sive Scholiis, & Variis Lectionibus, ac Verborum quorundam Juliani Interpretatione*. Hæc Juliani Epitome fuit in vulgus edita etiam ab eruditissimis Fratribus Petro & Francisco Pithœis Basileæ Anno MDLXXVI. typis Petri Pernæ. Nos igitur hoc Basileensi exemplo usi sumus, ut nostrum Ilerdense exemplar augeremus, atque illustraremus. Nanque Pithœi Frr. nonnullas Constitutiones pleniore ediderunt, quæ in Ilerdensi volumine mutilæ exhibebantur: Tum etiam aliquot addiderunt, quæ nullo modo ab AUGUSTINO fuerant editæ. Itaque nos quoque & illas expletas, ac perfectas edere; & hæc alias addere voluimus: Atque in margine scripsimus, quomodo eæ Constitutiones se habeant in volumine Ilerdensi, aliaque etiam, quæ rem explicare ac illustrare visa sunt. Multa etiam alia addiderunt Pithœi Frr. e quibus nos ea omnia, quæ nostram possent editionem probatiorem reddere, usurpavimus; atque ad Pithœana quævis, ut perspiciantur, notam » apposuimus.

Post Juliani Epitomen locus est datus cuidam ANTONII AUGUSTINI opusculo ita inscripto: AD TITULUM PANDECTARUM DE DIVERSIS REGULIS JURIS ANTIQUI EXPLANATIONES. Habentur denique quidam ANTONII AUGUSTINI COMMENTARII AD INSTITUTIONES IMPERATORIS JUSTINIANI, qui perducti sunt ad Libri II. Caput XXIII. de Fideicommissariis Hereditatibus. Hi quidem Commentarii unam continent Teophili græcam earum Institutionum παράφρασιν ab AUGUSTINO latine redditam: Quod fortasse AUGUSTINUS fecit exercitationis causa, cum græcis dabat operam litteris. Hæc duo postrema opuscula, quæ nunquam fuerant typis edita, suppeditavit mihi liberalitate maxima præstantissimus vir Mayansius de thesauris suis. Nonnulla ille quidem de his ipsis in sua AUGUSTINI Historia scripsit. Sed quoniam nos multo hæc labore emendanda, rectiusque conformanda, atque illustranda curavimus; idcirco peculiare conscriptæ sunt Præfationes duæ, quibus quidem satis de illis multa sunt dicta: adeoque ad eas legentes reiicimus.

Postremum obtinet locum uberrimus Index rerum, & verborum, quæ in toto volumine notari debeant, a me quam diligenter confectus.

Non facile dixerim quantum & diligentia, & laboris, & impendii in hoc maxime volumen infumserim: Quorum tamen nunquam me certe poenitebit; si modo sentiam mihi tot vigiliis, ac sumptibus doctorum hominum voluntates, & studia conciliari.





# ANTONII AUGUSTINI

TARRACONENSIS PONTIFICIS

VITÆ HISTORIA.

Quam Hispanicè scribebat

GREGORIUS MAYANSIUS SISCARIUS

*Nobilis Valentinus*

HISPANIARUM REGIS BIBLIOTHECÆ CUSTOS

ET

CODICIS JUSTINIANEI IN VALENTINA ACADEMIA INTERPRES.

Latinè vertebant

FABIUS PROSPER CENAMIUS

ET

JOANNES BAPTISTA MONTECATINIUS

*Patricii Lucenses.*

ANTONI AUGUSTINI

TARRACONENSIS PONTIFICIS

VITAE HISTORIA

Quam Hispanicis scripsit

GREGORIUS MAYANSIUS SISCARIUS

Nobilis Valentinus

HISPANICARUM REGIS BIBLIOTHECAE CUSTOS

CONSEJO JUSTITIAE IN REALI ACADEMIA DE BELLAS LETRAS

Latine vertebat

FABIVS PROSPER CENAMIVS

IOANNES BAPTISTA MONTICATINIUS

Patricii Lucensis



# ANTONII AUGUSTINI

TARRACONENSIS PONTIFICIS

## VITÆ HISTORIA.



Um multa ea sunt, quæ Deus Immortalis largitur hominibus; tum verò nihil optimâ liberorum sobole præstantius esse potest. Obtigit id boni Antonio Augustino Cæsaraugustano (1), qui apud Celtiberos (a) Propræfectum gerebat Scribarum (Procancellarium appellant); quæ quidem princeps dignitas secundum Regem tunc temporis habebatur. Hic enim ex Aldonzâ Albanellâ Barcinonensi uxore sex suscepit filios: Quorum prior Hieronymus Augustinus Jacobensis fuit Eques, ac ejus ordinis in Ilergetibus (b) Præfectus; habuitque uxorem Annam Urriensem, Hugonis Urriensis & Greidæ Ganuzensis

filiam: Alter vero Petrus Augustinus, qui Vallisoleti ortum habuerat An. post Christum natum MDXII. fuit (2) Ilerdensis maximi Templi Sacerdos atque Æditimus, tum Rodensis Collegii Præfectus, ac denique Oscensis Antistes; atque quum in Tridentino Concilio iterum adfuisset mortem obiit a. d. IV. Calend. Mart. An. MDLXXII. æt. suæ LX. die verò IV. ut constat ex sepulcri inscriptione (3): Tum tertius Joannes Augustinus magnopere virtutibus floruit: Quarta autem Hieronyma Augustina nupsit Roderico Palafoxio Rebolledensi; qui Harizensium in Celtiberis, tum Benifensium, Calpensium, Teuladanorum & Alteensium in Saguntinis (c) imperium habebat: Quinta porro Isabella Augustina primum nupsit Christophoro Icartio; post vero Ferdinando Cardonensium duci & principi An. MDXL. Sextus denique ANTONIUS AUGUSTINUS fratrum fuit natu minimus, sed qui longe illis omnibus præfiterit ingenio, scientiâ, atque hominum benevolentia; de cujus vita viri breves, simplicesque Commentarios (Deo favente) conscribemus; ut scilicet posteris præbeatur occasio, quare historiam quis diligenter contexam eâ elegantia, & dignitate, quæ tantum virum deceat.

Is Cæsaraugustæ, quæ nobilissima ab Augusto Cæsare deducta Colonia, eademque Celtiberorum Urbs est caput, ortum habuit a. d. IV. Calend. Martias (4) An. MDXVII. (5). Quod ad Augustinorum attinet familiam, atque ad ejus familiæ Insigne, ipse Ant. Augustinus in quibusdam commentariis, quos de Insignibus & Familiis Nobilitatis Hispanæ confecit, quum verba de Augustinis haberet, ita scripsit: „Auræ Augustini stellâ, septem cinctâ radiis, utuntur“. (id autem referri puto ad septem litteras, quibus hispanica vox *Augustin* constat.) „Id insigne in „cœrulâ habent aurâ“. Totidem verò radiis ea ornatur stella, quæ in quibusdam apparet C. Julii Cæsaris nummis: licet Everardus Otto in primi Voluminis Theauri Juris Civilis Præfatione, eruditionis illa quidem plenissima, qua verba fecit de Ant. Augustino scripserit, eam sex distingui radiis. At postea Augustinus longe aliam de sua familia, deque ejus Insignibus opinionem vulgo haberi voluit. Scripsit enim ad Fulvium Ursinum (6), ut in diplomate Civitatis Romanæ, qua quidem donatus illius opera fuit, aliquid curaret adscribi, quod referri ad Aug. Cæsarem posset, atque ad eam stellam, quam C. Julio Cæsare vitâ functo ajunt in Cœlo visam esse: Adeo ridicule viri etiam ingeniosi, atque graves de sua generis nobilitate cogitare consueverunt.

Illis quoque commentariis, quum de Albanellis sermonem haberet, ita scripsit: „Cœrulam „Aquilam in aurâ habent aurâ. Id autem eâ fit de causa, quod apud Ilergetes quoddam „fit Aquilarum genus, quæ cineris induunt colorem atque ab incolis *Albanella* vocantur. „Celtiberi eas *Dardavafinas* appellant“. Certe iis libris, quos Ant. Augustinus typis descriptos

Tom. II.

b. 2.

edi.

(1) Mart. Carillus in *Divi Valerii Hist. Admonit. ad Lect.* pag. 15.

(2) Id. *ibid.*

(3) Fr. Didacus Ainsensis *De Oscensium Rebus lib. III. De Episcopis cap. 24.*

(4) Ant. August. in *Epist. ad Hieron. Zuritam dat. Ilerdæ IX. Cal. Apr. An. MDLXXVI. quæ est in Josephi Dormerii Progress. Hist. Regn. Arragon. pag. 410. col. 2.*

(5) Id. *ibid.* pag. 409. col. 2.

(6) Id. in *Epist. ad Fulv. Ursinum datâ....*

(a) Celtiberi pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie Arragonia dicitur.

(b) Ilergetes pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie Catalaunia dicitur.

(c) Saguntini pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie Valentia Regnum dicitur.

edidit, Augustinorum apparet Insigne quadripartitum: Habet enim hęc stellam septem illustrem radiis, illic *Albanellam*, quam vocant, Aquilam; & iterum hęc Aquilam, illic vero stellam. De hoc autem avis auguralis genere nonnulla Joannes Sariberiensis (1) scripta reliquit.

Male cum Ant. Augustini parentibus actum fuit, quod eo ætatis non pervenerunt, ut mirificos, quos filius fecit, in virtute litterisque progressus videre possent: Nam Augustinus Procancellarius diem Vallisoleti obiit IV. Calend. April. An. MDXXIII. Humatus vero Cæsaraugustæ fuit in Engratianis adibus ad Divi Hieronymi Aram, quæ ab Augustinis fuerat ante extructa; ibique fuit ei sepulcrum ex alabastro excitatum egregio Berruguetis artificio (2). Aldonza autem Albanella mater mortem obiit a. d. XVI. Calend. Septembr. An. MDXXIX. Quod eruditissimus vir Petrus Diatius Valerius scriptum reliquit in quodam commentariolo, quod Ant. Augustini vitæ historiam scripturus una vel altera pagina paraverat. Atque id commentariolum nostris temporibus adservatur in bibliotheca, illa quidem lectissima, Ferdinandi Velaschi (a) viri doctrinæ laude clarissimi.

Non satis constat quid Ant. Augustinus egerit antequam ex pueris excederet: propterea quod nihil puerile apparet in omnibus, quæ is gessit; qui quidem semper adeo extitit prudens.

Quo anno pater vitæ functus erat, hoc est An. MDXXIII. se sacris addixit; ut in eo commentariolo scriptum reliquit, vir omni laude dignus, Petrus Diatius Valerius.

Grammaticæ in patria operam dedit Joanni Quadra, qui Bononiæ fuerat in Hispanorum collegio, quod a Divo Clemente nomen accepit (3).

Id autem ex epistola quadam colligitur, quam Ant. Augustinus ad ipsum Quadram dedit Bononiæ Calend. Januar. An. MDXL. qua homini, quibus ipse studiis distineretur, significavit, atque gratam, in primisque honorificam de eo tempore mentionem fecit, quo edoctus ab illo fuerat. Ibi etiam ita de Joanne Quadra scripsit: *In hoc etiam Hispanorum collegio coopertus ante duos annos sum, in quo te fuisse cognovi; quod non leve sit nostræ conjunctionis vinculum necesse est, si morem servare majorum velimus.* Alius erat eodem tempore Joannes Quadra, qui tunc Venetiis apud Didacum Mendozensem degebat. De hoc quoque Augustinus eâ epistolâ nonnulla scripsit.

Ant. Augustinum annos natum omnino novem Hieronymus Fr. misit in Complutensem Academiam, ut ibi mitiorum litterarum curriculum absolveret, utque (quod mihi quidem persuasi) philosophiæ etiam studeret. Perperam Guidus Pancirolus (4) scripsit, eo Augustinum se contulisse, quum annum ageret XIV. Fortasse hominem ea res fefellit, quod ita, minori adhibita diligentia, Andreas Schottus (5) scripsisset. Biennium Augustinus ibi fuit (6). Post vero Salamantiam perrexit; qua quidem in urbe juri civili operam cœpit navare a. d. XIV. Calend. Novembr. An. MDXXVIII.

Minime illud mirum videri debet, quod sese juris dederit prudentiæ, quum in ea disciplina summi extitissent Ant. Augustinus pater, Guillelmus avus, & Antonius proavus. Raro hac felicitate familiæ fruuntur, ut litteræ quoque in hæredes transire videantur; quod quidem Romæ Muciorum familiæ contigit, in Gallia vero familiæ Fabrorum, itemque aliis.

An. MDXXXIV. a. d. IV. Calend. Mart. aquis demersus est, ut pene obrueretur. Hoc Petrus Diatius Valerius in eo, de quo supra dixi, commentariolo scriptum reliquit; forteque id accidit in flumine Tormesio, quod propter Salamantiam fluit. Idem Valerius scripsit, Augustinum eodem anno a. d. III. Id. April. Juris civilis Doctorem fuisse appellatum.

Si quid temporis vacuum dabatur iis omnibus peractis, quæ ad genus vivendi religiosum atque urbanum, & ad juris, quod præcipue colebat, studium pertinerent; id omne in bibliothecis ac præsertim in historiis legendis consumebar.

Sæpe accidit, ut homines eâ indole, qua is erat, ad clarissimarum familiarum genera cognoscenda, deque iis disceptandum ardentius ferantur. Itaque Ant. Augustinus; qui etiam probe nosset, eam disciplinam, quam Græci τὴν γενεαλογικὴν appellant, ex quattuor partibus unam esse, nec postremam quidem, quibus historia constat; amavit valde ejusmodi studium, atque librum quendam interpretabatur; qui liber, auctore nescio quo, de familiarum clarissimarum insignibus disputabat; eique addebat quæ legerat in historiis, & præsertim in illis Ferdinandi Peretii Guzmanensis, qui inter Hispanos hujus generis scriptores ab eo princeps existimabatur (7). Id vero occasionem ei præbuit, quare postea conscriberet Dialogos de Insignibus & Familiis Nobilitatis Hispanæ; ut in posterum dicturi sumus pluribus verbis.

Sa-

(1) *I. Policr. cap. 13.*

(2) Fr. Sayasius in *Celtiberor. Annal. cap. 91. pag. 594.*

(3) Nic. Antonius in *Biblioth. Hisp. in Ant. August.*

[4] *De claris legum Interpret. lib. 2. pag. 382.*

(5) *In Orat. habitâ in funere Ant. August.*

(6) *Ant. August. in Epist. ad Jo. Quadram.*

(7) *Id. in Epist. ad Hier. Zuritam dat. V. Id. Maj. An. (ut ego quidem coniiicio) 1626.*

(a) Is est Fisci Advocatus apud regis domus Judices.



Salamantiâ Augustinum in patriam rediisse crediderim. Certo autem scimus, eum An. MDXXXV. mense Februario dolore lateris non sine vitæ discrimine laboravisse; quod Petrus Diatius Valerius memoriæ tradidit.

Bellorum causa, quæ continentia gerebantur in Hispania, minimo in honore humaniorum litterarum studia habebantur. Vix in scholis audiebatur tunc temporis Ciceronis nomen. Quæ ab eruditis viris linguæ plurimi fiunt, plane jacebant. Græcorum litteræ, nullis præceptoribus, omnino conticeſcebant: Quarum sine auxilio jus civile perfectè cognosci non potest, neque in cæteris item scientiis magni fiunt progressus (1). E contrario in Italia litteræ majori erant in precio, majori otio & tranquillitate: siquidem Græci homines barbarorum a facie fugientes eo invexerant suæ linguæ amorem. Tum vero excitatæ magnopere fuerant ab nonnullis Pontificibus Maximis sapientia præstantibus. Bononia princeps appellabatur inter reliquas Italiæ Civitates. Ad magnorum virorum, qui ibi ludum exercebant, nomen undique auditores confluebant.

Hieronymus Gonzalus Augustinus, quippe qui vir erat prudens, consideravit, idem de ingenii ac de peregrinis mercibus contingere, quæ idcirco pluris æstimantur, quod peregrinæ sunt. Major certe alieno cœlo rerum experientia acquiritur: tum vero conjunctorum amore destituti exterarum gentium benevolentiam virtutibus, & cumprimis prudentiâ nobis conciliare studemus. Itaque Antonio Fr. imperavit, uti se pararet ad iter statim Bononiam versus arripiendum: quò quidem sine cunctatione profectus libenti animo est; quippe qui Italiam invadere, ejusque describere antiquitatis reliquias, atque cum viris eruditis colloqui magnopere cupiebat.

Petrus Diatius Valerius scripsit, Augustinum in Italiam Novembri & Decembri mensibus navigasse, Bononiamque pervenisse III. Calend. Januar. An. MDXXXVI. Idem de tempore Andreas Schottus (2) affirmavit; ait enim, id contigisse Paulli III. Pont. Max. An. II. Quod quidem certò sciri videtur; nam in litteris, quas postea Ant. Augustinus, quum esset Cæsaraugustæ, dabat ad Hieronymum Zuritam, quo familiariter utebatur, a. d. IV. Id. Octobr. An. MDLXXIII. ita adscriptum est: „ Huc quidem veni, quum ejusmodi nihil cogitarem, post „ annos XXXVIII. quibus abfui; cras vero discedam “.

Statim ac Bononiæ fuit Ant. Augustinus secum attente reputavit quem ad finem eo se contulisset; quam haberet præstantissimos doctores audiendi facultatem; quid homines expectarent ab ejus ingenio, & a superiorum temporum studiis, quæ quidem optima fuerant, quæve (ut quidem spes omnibus erat) ad summam laudem pervenire debebant.

Illud in primis etiam atque etiam constituit, quod in toto vitæ cursu constanter præstitit, ut illis tantum familiariter uteretur, quorum conjunctio sibi aliquem fructum afferret.

Juris studium prudentiæ illico maximis conatibus renovare cœpit. Inter multos, qui eam disciplinam profitebantur, perscrutabatur quam quisque sequeretur docendi rationem, ut optimos eligeret. Audivit Ludovicum Gozadinum, Augustinum Beroum, sive Beroyum, Joannem Alexandrum, & Petrum Paullum Parisium, qui quidem inter eos omnes doctores primas agebat. Is in Brutiis natus erat. Responſa vendebat quam plurimo. Ab Paulo III. Pont. Max. primum Fiscii Judex, mox Nuscentis Antistes creatus, ac denique purpura simulque Divæ Balbinæ ad urbem Sacerdotio auctus fuit (3) An. MDXXXIX. De eo viro, deque illius ambitione Antonius Augustinus pluribus epistolis sermonem habuit. Itaque quia homines nunquam apertius veros animi sensus patefaciunt, quam in familiaribus colloquiis, inque litteris ad amicissimos quosque scriptis: ideo abs re non erit, ut hic ea exscribam, quæ Antonius Augustinus scripsit de docendi ratione, qua Paullus Parisius uteretur. Igitur litteras ad Matthæum Paschalem, qui tunc Romæ erat, dedit Bononiæ Idib. Aprilib. An. MDXXXVII. hoc exemplo: *Litteras tuas accepi, quibus dupliciter sum delectatus; & quod tuæ erant, & quod quotidie magis perspicio, me tibi esse carissimum. Quod scribis, te minutatim velle totum docendi horum Jurisconsultorum modum cognoscere; etsi scio hæc magna ex parte nota tibi esse, tamen obtemperare volens ea, quam potero, paucis perstringam. Plura expectato, cum nactus plus otii fuero. Paulli igitur Parisii, horum omnium [ ut ad te antea scripsi ] facile principis, institutum hoc est. Primum si quid caput illud legis, quod interpretandum voce sumpsit, materiæ suæ, quæ ab illis, qui calamo sunt interpretati, desiderat, sine disputatione, ut artis initia, docet. Deinde ipsa legis verba aggreditur, quidque ea significant, declarat. Mox interpretantium quid quisque rectius sentiat, quidque illum moveat, ut ad has potius, quam ad illas partes accedat, doctissime, ut omnia, disserit. Quod hoc exemplo manifestius fiet. Finge illud Paulli responsum, quam legem esse Justinianus voluit, [4] Re conjuncti videntur, non etiam verbis, nostri reliqua in manibus esse: cujus interpretes disputant: verbis tantum conjuncti re solum junctis præferantur, nec ne: quidque horum legislator senserit. Accursii, Paulique. ( de Ca-*

(1) Andr. Schottus in Orat. Fun. Ant. Augusti.

(2) Id. ibid.

(3) Ughellus in Ital. sac. vol. VII. pag.

354

(4) L. Re conjuncti. 89. Dig. de Legat. 3.

stro) *sententiæ recitantur, quibus multum tribuamus licet; non tamen adeo eorum nos auctoritas frangit, ut ne plebejum [ ut sic dixerim ] legulejum aliquem audiamus potius, si nos ratione moveat. Hic Parisius omnium sententiis ita ab eo dictis, ut propemodum ille ipse, quem refert, esse videatur; unam sibi defendendam eligit, pauca de suo addens. Quod reliqui (non) faciunt, qui non quæ in rem auditorum sint, sed plausus quærent. Quibus quid in republica nocentius? Quid enim aliud desideres, si legum interpretumque sensa calleas? Quanquam quicum loquor? Nonne eo, qui tum divini humanique juris scientiam, tum discendi artem novit? Tacendum potius est, quam sus Minervam, ut ajunt. De his igitur hæc tenus. Et, ne quid de Parisio omittamus, paullo post Augustinus hæc addidit: Parisius ad vos cogitat, quod sub Camera paucos audire, quam a tanta auditorum frequentia audiri mavult. Extra jocum male nobiscum agitur, quisquis sit ille, qui succedet, uno alterove excepto. Sed hæc Deus viderit. Alia vero epistola ad ipsum Paschalem data Bononiæ IV. Calend. Majas An. MDXXXVII. primum ei significavit, quæ sibi esset studiorum ratio. De se modestissime scripsit. Graviter de eorum hominum barbarie conquestus est, qui ab humanioribus abhorrent litteris. Tum vero de Paulo Parisio, deque Alciato sermonem cœpit habere. Itaque sic ait: Ego quidem tenui antiquitatis umbræ persecutione contentus, limitatis sacrosanctum ærarium alios habere facile patior. In id namque incidimus temporis, ut eos minus peritos juris esse, apud quos humanarum litterarum magis sit, vulgo putent. Quamobrem neminem [ unum alterumve excipio ] me earum studiosum esse, scire velle, signum tibi sit, tuum nomen patrio sermone his & superioribus litteris ascriptum. Inde vero de Petro Paulo Parisio ita scripsit: De meo Parisio ita habeto, hominem esse exactæ ætate, ac bene nummatum, quæ res eum, ut in Purpuratorum collegium cooptetur, valde juvant, quod ille quidem facilius sperat, si, quod ferunt, camera Auditor, ut vocant, CCCC. HS. eum sibi locum a Paulo Pont. Max. mercatus est. Itaque usque ad Calend. Junii, ut cum S. P. Q. B. pepigit, hic erit, postea ad Urbem. Hæc te jam istic scire putavi. Qua de causa brevius, quam opus erat, scripsi. Magna sumus in expectatione Andreae Alciati, qui acceperit necne conditionem, quam Petrus Paullus Parisius habebat, hique obtulerunt, ignoramus. Si non venerit, actum est. Quum itaque Augustinus valde ob eam rem animi penderet, alia epistola item ad Matthæum Paschalem data XVII. Calend. Septembr. ita scripsit: Patavium proficiscor, ut Socinum (intellige Marianum) juris omnium consultissimum [ Parisium unum excipio ] audiam. Lazaroque Bonamico græcis in litteris doctore utar. Nosti, opinor, hominem. Hac Augustinus epistola Mariano Socino prætulit Paullum Parisium: quamvis litteris ad Bernardum Boleam eadem die datis Marianum appellavit optimum longe præceptorem post homines natos. Litteris vero ad Matthæum Paschalem datis V. Calend. Sextil. An. MDXXXV. illum paullo moderatius appellaverat optimum legum interpretem.*

Quum itaque Augustinus videret nihil pro certo afferri de Alciati adventu; cuperetque, quæ esset Patavinis juris præceptoribus docendi ratio, cognoscere, litteris ad Matthæum Paschalem Bononiæ datis VI. Calend. Novembr. An. MDXXXVII. ita scripsit: *Alciatus plane decepit nos, vel potius hos. Ego enim Patavium [ si non pro certo eum adventare fuerit nunciatum ] proficiscar. Quo si salvus advenero [ quod Dii faciant ] illum hic novam docere jurisprudentiam facile patiar.* Hæc Augustinus de Alciato scribebat; proptereaquod tunc temporis Jurisconsulti passim de eo viro ita sentiebant, ac loquebantur. Iniquo enim animo videbant, Alciatum jura majori, quam ipsos, elegantia docere. Itaque ut ei novam docendi rationem, purioremque verborum cultum concedebant; ita illum nonnullis celeberrimis illius ætatis doctoribus inferiorem ingenio, doctrinaque esse contendebant. Forte hac in re non omnino a veritate aberrabant. Enimvero major ille orationis ornatus in quibusdam Alciati scriptis tantopere valuit, ut nostris quoque temporibus, cum aliorum illius temporis scripta vix extare scimus, hæc non sine laude legantur, inque hominum manibus versentur quottidie.

Bononia discessit Augustinus a. d. IV. Pataviumque pervenit postrid. Calend. Novembris. Id ipse scripsit in epistola ad Bernardum Boleam Nonis data. Paucis post diebus Bononiam Alciatus pervenit; atque III. Nonas ludum aperuit, eamque habuit orationem, quæ hodie quoque legitur in quarto illius scriptorum volumine.

Augustinus litteris ad Bernardum Boleam prid. Nonas Novembr. datis ita scripsit: *Heri Mariani Socini, Marcique Mantuæ auditores fuimus. Alexandrinus vero nolle minimo, ut ait, precio jura docere dicitur. Itaque aut stipendii ei aliquid accedet corollarium, aut Bononiam ei Karnas 6041. De illis si quæris: alter mihi totis se his feriis expoliuisse, ut quamplurima non admodum ponderosa nonnullo eloquentiæ sale aspergeret: alter sive infirmitate, sive dedita opera jejune dixisse videtur.* Verum Joannes Antonius Alexandrinus, quod cupiebat, videtur obtinuisse. Nam Antonius Augustinus in epistola ad Bernardum Boleam data Calend. Decembr. se illum audire scripsit. Ac quoniam ea epistola Augustinus suum de clarissimis illis jurisconsultis judicium patefecit, ea hic exscribam, quæ memoria magis digna videbuntur. Itaque ita inquit: *Jucunda mihi tota illa de Alciato disputatio fuit, quam cum legerem, Bononia me non discessisse arbitrabar. Miro enim artificio [ latine, mihi crede, non assen-*

assen-



assentatorie loquor] rumorum illos fluctus es persecutus. Et quoniam is artifex es, ex intima tua velim arte ipsius hominis imaginem ad me mittas. Non quod a nostra veteri possis nos sententia, in cœlum feras eum licet, commovere; sed quod quem fortasse aliquando sum doctorem habiturus, nosse, ut quam maxime, desidero. Jam enim eum istic esse pro explorato habemus. Nostri vero doctores se in dies magis magisque ostendunt. Quamquam Joannes Antonius Alexandrinus non admodum presenti animo docere videtur, immutatamque eum auditores ajunt. Antea enim nihil illi potius esse, quam memoriam ostentare maximam & ut istic a te presente audiri, ut de suo diceret, jurisconsultos interpretari pro nihilo ducere: nunc contra omnes vel minimas interpretum particulas, quasi mansa quædam, in os inserit, nimiusque nunc, qui parcus antea fuerat, factus est. Quem non ita stertentem videas tum, cum quotidianis in circulis M. cum Mantua congreditur. Mira enim in utroque in hostes impetum faciendi, auxilio milites juvandi, tela propulsandi, totius denique militaris artis scientia. Quos qui videat, ingenium ne, an memoriam admiretur magis, non facile judicabit. Illum si jactantia absit, huic præferes: hunc, si adsit, Alexandrinum alterum esse putabis. Quid quæris! Alter me Joannemque nostrum, Mantua Georgium auditorem habet. Vespertinorum doctorum non eadem ratio est. Fabius enim nescio quis, nec doctus, nec acer cum Mariano componitur optimo longe post homines natos (1). Est enim in illo præter vocem quod laudes, nihil: in hoc memoriam firmiorem tantum desiderabis. Hacque de causa deditâ putamus operâ, illos una, aut ad summam altera, nescio quid causatos, contentos fuisse disputatione. Reliqui, & reliqua ferenda. Quid aliud! Quid! Etiam a Bonamico (Lazaro) latinas, græcasque litteras disco, quem si me audies, neve in illis Romulo (Amasæo), neve in his enucleandis Petro nostro (2) comparabis. Maxima tamen in eo est ut in homine bonis [litteris] multos annos versato doctrina.

Exstat Ant. Augustini epistola ad Matthæum Paschalem data Bononiæ XII. Calend. Quintil. An. MDXXXVIII. Quare satis patet, id verum esse, quod Andreas Schottus (3) affirmavit, Ant. Augustinum Patavii octo omnino menses fuisse: quod etiam Augustinus ipse ad Matthæum Paschalem scripserat. Nam quum pervenisset Patavium a. d. IV. Calend. Novembr. An. MDXXXVII. a. d. XII. Calend. Quintil. consequentis anni Bononiæ erat. Ait enim, Bononiæ aliquot annos ero. Neque enim Patavii per comitia, & calores juri opera dari poterat. Quanam intelligeret comitia, nescimus. At crediderim ego, Anton. Augustinum novisse, se brevi in Divi Clementis collegium cooptatum iri. Notari debent quæ scripsit aliâ epistolâ item ad Matthæum Paschalem datâ VI. Calend. Sextil. An. MDXXXVIII. Ita enim ait: Nunc quid scribam vix habeo. Nam neque, quæ novi accidunt, scire aves, & cum aves habes istic unde certius cognoscas: neque sunt, opinor, alia scriptione digna, præter mea studia, in quibus sum, vel quod a te admoneor, totus. Quæ, ut volui, procedunt; nam totam brumam Socino operam dedi, optimo [mibi crede] legum interpreti. Æstate humanioribus litteris studeo, proximam hyemem Alciato, pontificioque juri daturus. Quid mihi adhuc Alciatus, nolim quæras. Non sunt enim temere de doctissimis viris verba facienda. Hoc de uno te possum facere certiore, auditores frequentes Paullum Parisium, Marianumve Socinum desiderare; plerisque vero gaudere, & triumphare. Sed aliâ hæc uberius. Hic autem observare oportet, eum, de quo Augustinus scribebat, Socinum fuisse Marianum minorem. Ea enim familia, ut quondam familia Muciorum, plurimos tulit Jurisconsultos. Prior fuit Marianus major: Tum Bartholomæus: Deinde Marianus minor, qui filium habuit Alexandrum Socinum; qui & ipse doctrinæ laude excelluit. De his omnibus Jacobus Philippus Thommasinus fufe egit (4).

Quod attinet ad Andream Alciatum Mediolanensem, qui in Paulli Parisii locum successit, atque ad illius doctrinam, jurisque docendi rationem; cui quidem viro multi ob rei novitatem tunc adversabantur; Augustinus Quintilianus (5) sequutus est sententiam, qui de magnis viris modeste, in primisque prudenter verba ait esse facienda. At Alciati æmuli fortasse ingenio illi, disputandique arte anteibant; juris quoque doctrinam fortasse æque ac ipse, vel ipso magis callebant; sed ejus disciplinæ omnino ornamenta non noverant. Alciatus enim primum illam exornare cœpit; eaque propter jurisconsultorum princeps fuit meritò appellatus.

De horum omnium ingeniis, docendique modo præclara Ant. Augustinus scripsit in epistolis, quas legit Nicolaus Antonius (6). Itaque quo præsertim magistro uteretur elegerat Paullum Parisium, clarissimum juris pontificii interpretem; qui postea propter ejus singularem doctrinam, pietatemque fuit purpurâ ab Pont. Max. donatus; sibique qui succederet reliquit Andream Alciatum Mediolanensem, illius ætatis jurisconsultorum, ut diximus, principem; qui eâ,

(1) Fortasse deest Præceptore.

(2) Intellige Petrum Ruitium JC. Celtiber. quem in græcis litteris enucleandis Lazaro Bonamico præfert.

(3) Andr. Schott. in Orat. habita in Fun.

Ant. August.

(4) De Gymnas. Patav. lib. II. capp. II. & XII.

(5) Lib. X. cap. I.

(6) Nic. Antonius in Ant. August.

eâ, qua pollebat, eruditione novum juris scientiæ spiritum intulit, & linguæ græcæ notiâ facilem aperuit viam ad illam penitus agnoscendam; dicendi vero copiâ, eloquentiâque animos ad ejus studium alliciebat: Qui quidem vir otium quoque ad eruditionem vertere noverat: otiosus enim poeticæ operam dabat; atque aperte satis ostendebat, sese Joannis Parrhafii fuisse discipulum. Quibus laudibus clarus ad Bononiensem academiam Alciatus evocatus fuit, magnâ nominis famâ; quod scilicet excellenti homines ingenio, quasi hamo pisces, ab eo caperentur. Ipse Ant. Augustinus de illis, quibus potissimum doctoribus usus fuit, mentionem fecit, cum scribens ad Michaelē Majum Proprefectum Scribarum apud Celtiberos de incommodâ juris docendi ratione, quæ quidem suo tempore obtinebat; proptereaquod præceptores ipsorum interpretum interpretes erant, tempusque spinosis disputationibus terebant, atque magis quidem ingenium, quam judicium præferebant; ita inquit (1): *Quaquam hæc non ita a me scripta sunt, ut eos reprehendam, per quos profecerim. Nam & multum Paullo Parisio summo antea juris, mox etiam religionis antistiti debemus, qui Bart. Socinum præceptorem disputando imitabatur, copia vincebat: & Marianum Socinum Patavii aliquot menses audivimus patrum sui (Bart. Socini) acumine, judicio clariore disputantem: Andr. vero Alciatum Jasonis discipulum alia quidem ratione, sed disputantem tamen audivimus: qui omnes in omnibus interpretum libris declarandis versabantur, quod mihi, cum illis operam dabam, probabatur. Cum ab eorum scholis discessi, nescio quomodo non optime factum videbatur. Nunc video nos harum disputationum laqueis temporum vitio teneri, sapientissimumque esse existimari fortuna atque temporibus uti quibuscumque, optare quidem certe & curare, ut præstantissima si possis, sin minus meliora vulgaribus facias.*

Ita significavit verecunde, ut solebat, Ant. Augustinus, sese priorem omnium fuisse, qui eam omnino relinqueret jura interpretandi rationem, quæ suo tempore erat in usu; quod scilicet interpretationes multiplicarentur, ac ducerentur in infinitum, subtiliusque de illis ineptissime disputaretur: quandoquidem uno verbo verus legis sensus aperiri poterat; quod quidem fecit Ant. Augustinus, qui judicio, brevitate, ordine ac styli nitore veteres jurisconsultos imitari studebat: quam postea rationem rari admodum sequuti sunt: nos vero XI. annorum curriculo in eo toti fuimus, ut illam curarem in Hispaniam introducere.

Iis temporum intervallis, quæ ei vacua relinquebantur post juris, cui potissimum vacabat, studium, postque necessarias occupationes uni, vel alteri linguæ latinæ, & græcæ cognoscendæ operam dabat; neque pudore impediatur, quominus ad ludum frequentius accederet Lazari Bonamici, qui mitiores profitebatur litteras, & græcam qui tradebant linguam, Joannis Fazelli atque Romuli Amasæi, qui fuit vir eloquens & perurbanus: cupiebat enim hæc sibi studia juris civilis cognitionem faciliorem reddere; ut ipse ad Majum (2) Procancellarium, & postea ad Antonium Perrenotum, quo familiariter utebatur, scripsit his plane verbis (3): *Neque enim existimo, te illorum probare sententiam, qui juris scientiam carere volunt omni non solum ornatu, sed etiam succo, & sanguine, qui ex utriusque linguæ cognitione, antiquitatis temporumque peritia toto corpore cognoscitur esse diffusus.*

Maxime tunc temporis florebat celebre illud Divi Clementis collegium, quod An. MCCCLXV. sumptibus immortalis viri Petri Ægidii Albortotii Cardinalis fuerat Bononiæ institutum; ut homines Hispani multâ ingenii spe præditi, iidemque honesto loco nati, qui litteris erudiri vellent, splendidâ ibi liberalitate alerentur. Sane in ejusmodi collegiis magnopere adolescentum acuuntur ingenia. Id enim convictus sæpe efficit: quod multorum cognoscantur mores, quodque magnam discendi occasionem assidua præbeant colloquia; quæ (si litterarum eos homines amor tenet) eruditionis solent esse plena. Itaque Ant. Augustinus in id collegium cooptari concupivit; quod facili negotio consecutus est: Atque hac de causâ Bononiæ cum esset a. d. IX. Calend. April. An. MDXXXVIII. mandata in Hispaniam misit ad Joannem Sanchetium Causidicum, uti Cæsaraugustæ, quæ ob eam rem opus essent, curaret. Postrid. Calend. Octobr. ejusdem anni omnia fuerant parata; atque IV. Nonas collegium Sacerdotum maximi Templi Cæsaraugustani, ejusque collegii Præfectus prætextam, qua Bononiense Divi Clementis collegium uteretur Sanchetio tradiderunt. Qua die Ant. Augustinus ad id collegium accesserit, fuit ab eruditissimo viro Nicolao Antonio memoriæ proditum. Nam hic in margine illius voluminis, cui Bibliothecæ Hispanæ nomen esse voluit, suâ manu scripsit, Ant. Augustinum in Clementis collegium ingressum fuisse a. d. V. Calend. Februar. An. MDXXXIX. quod idem est ac si dixisset, cum annis nondum duobus supra viginti natus esset, Disputatione, quam in collegium ingressus publice habuit, interpretatus fuit Cap. Propter sterilitatem. *De locat.* Præfectum tunc collegii gerebat Franciscus Villanovensis, qui postea Neapoli fuit regius Consiliarius, & Administer.

Mente April. An. MDXXXIX. ad Bernardum Boleam scripsit hæc verba: *Hæc Alciatum inviti amplectimur.* Eadem fortasse ratione scripsit An. MDXLIV. ad Lælium Taurellum. Nam

(1) Ant. Aug. Emend. lib. II. ad Mich. Majum.

(2) Idem ibid.

(3) Id. Emendat. lib. IV. Epist. ad Ant. Perrenotum.



Nam hic iis litteris, quibus ei rescripsit Idib. Jun. ita inquit: *De libris Alciati nuper editis nihil, nisi quod litteræ tuæ continent, cognovi: quod tamen ita sit, ut si omnes perlegissem non plura scirem, quæ ad opinionem meam de illis promerendam pertinent.* Adhuc itaque Ant. Augustinus Paulli Parisii desiderio tenebatur. Ejus porro de Alciato iudicium cum Jacobi Cujacii iudicio mihi videtur congruere; qui in iis, quæ sub Joannis Mercatoris nomine scripsit de Joannis Roberti Animadversionibus ita, sale prorsus Plautino, suam aperuit sententiam: *De Alciato vis dicam quid mihi iudicii sit; scio quid ei debeamus, scio quam jure meritoque & tua, & illius disciplina omnis, ut herba solstitialis, statim interierit.* Non defuerunt qui Alciato significarent, Ant. Augustinum de eo minus honorifice sentire: quod ex epistolâ colligitur ad Michaellem Solerium scriptâ; qua aperte dixit, Alciatum ultionem in se meditari: Atque id quidem executioni Alciatus mandavit eo (sic enim voluit appellari) Emblemate, quod in celeberrimos suæ ætatis Jurisconsultos edidit.

Postrid. Non. Sextil. An. MDXXXIX. Alphonfus Guevarensis, qui in Clementis collegio, idemque in Bononiensi Academia præfecturam tunc gerebat, Ant. Augustino facultatem fecit, uti aliquot dies a collegio abesse posset. Eò rediit postrid. Idus. Triduo autem post iterum petiit, ut sibi aliquot dies abesse liceret. Facultate factâ abiit, & ad collegium reversus est Idib. Septembribus. Itineris causas haud novimus. Postea vero in eo mansit collegio donec Florentiam perrexit An. MDXLI.

Illud silentio præteriri nequit, quod Augustinus ad Bernardum Boleam scripsit litteris datis Bononiæ VI. Calend. April. An. (ut quidem conicio) MDXL. Ita enim inquit: *Ego vero quoniam arbitrato fratrum mihi vivendum est, eis omnem curam reliqui, totusque in studiis meis sum, civilibus scilicet & his humanioribus, in quibus neque græca omitto, neque a Musis sum alienus omnino, quas vel ad plebeja verba deduxi. Musicæ præterea vocem exerceo, fidibus discam cum in illo genere satis ero versatus, ut & te imiter, & habear Themistocle doctior, & Socrate adolescente: quorum alter cum in convivio lyram recussasset, indoctus existimatus est, alter senex eâ canere cœpit.*

Notari etiam debent quæ ad ipsum Boleam scripsit V. Id. Majas An. MDXLI. Ait autem: *Ego post paucos [ut existimo] dies Doctor appellabor, qui nunquam habui, habiturusve sum discipulos. Idem & Ruitius, & Solerius noster consecuti sunt: alter ut cum præceptoribus suis disputer his feriis: alter ut in Hispania, quò redire quamprimum cogitat, ad religionem eas gentes concitet majori auctoritate. Adjeci autem ipse oculos ad ejusmodi magistratum, cujusmodi is est, quem tibi parari Jacobus Albion nunciavit. Quamquam illa carnificina exhorrenda est. Sed tamen, si non aliter licet superiora subsellia adipisci, ferendum est. Quod si putas mihi honori futurum aptumque esse meo instituto, facies me certiorum totius & oneris, & auctoritatis, & sumpuum, & commodorum; quaque ratione, quoque tempore impetrari queat. Me existimabo felicem, si te habebò admonitorem, & reprehensorem earum rerum, quas in primo geram magistratu: Beatum, si tecum iterum licebit frui tua jucundissima consuetudine, in quo, tanquam in speculo, quid me dicere, aut facere oporteat, videam.* Hactenus Augustinus. Paucis autem post diebus fuit juris civilis & pontificii Doctor solemnî ritu appellatus: quo quidem honoris genere qui fungebantur, Excellentes in Italia vocari consueverant: Ut ipse vocitatus Ant. Augustinus fuit, qui revera discipulis doctor caruit; sed non caruit libris: ut de homine nescio quo ludens ait Udenus Nisidinellus (1). Munus, quod Augustinus concupiisse videtur, ut sibi via ad majora assequenda patefieret, erat magistratus rerum capitalium in Neapolitano regno. Sed postea longe alius existit rerum cursus.

Bononiæ Ant. Augustinus sibi intimâ, perque familiari necessitudine conjunctum habuit Joannem Metellum Sequanum Alciati discipulum; quem ibi toto quinquennio studiorum socium post verò Romæ decem annos collegam habuit. Illud in Joannis Metelli Sequani, & Hieronymi Calcenæ amicitiam Ant. Augustinum induxit, quod ii unâ viverent cum Hieronymo Ofsorio, qui post Sylvensis Antistes fuit, idemque vir erat morum lenitate, magno claroque ingenio, atque scribendi elegantia valde præstans. Hi biennium una fuerant, cum Ofsorius in Lusitaniam reverti debuit (2).

A. d. XIII. Calend. Novembr. An. MDXLI. potestas Augustino data fuit Florentiam eundi, ibique nonnihil temporis manendi. Ivit, atque prid. Calend. reversus est. De tempore tunc egisse crediderim, quo redire deberet, ut Florentinum πρὸς πρυδερτὸς volumen legeret. Calend. Maj. An. MDXLII. collegium reliquit infcio Præfecto. Itaque fuit pœna mulctatus. Postea vero liberatus fuit; proptereaquod ei Pont. Max. privilegio facultatem concesserat, ut collegio abesse posset, neque ullam incideret in pœnam. Id constat ex ipsius collegii ratio-

Tom. II.

c

num

[1] In Progymnasmatum Poeticor. vol. IV. pag. CLXXXIV.

[2] Jo. Metell. Seq. in Epist. qua ad Ant. Aug. misit Hier. Ofsorii de Reb. Emm. R. Lusit. lib. XII.

num tabulis, quæ ad eum pertinent annum. Tunc putaverim, Augustinum Joanne Metello Sequano itineris comite usum esse (1). Florentiæ magnâ cum diligentia, ac fide Noricum τὸ πᾶνδεκτὸν exemplum, quod etiam Haloandrinum vocatur; proptereaquod illud Gregorius Haloander, qui in Misnia Cygneæ natus erat, præclarus voluminum juris emendator, edidit Norimbergæ An. MDXXIX. typis Joannis Petrey, addiditque postea Justinianum Codicem An. MDXXX. easque græcas leges, quas Novellas Constitutiones vocant, tum easdem latine redditas An. MDXLI. Florentiæ; illud, inquam, exemplum contulit cum Florentino τὸ πᾶνδεκτὸν exemplari, quod ita nuncupatur, quod Florentiæ sit, & Pisanum etiam dicitur, quod Pisis antè fuerit. Laboris sibi socium adjunxit Jo. Metellum Sequanum (2), qui (ut quidem credi par est) Noricum legebat exemplum, Antonius verò Augustinus Florentinum legebat: & siquando in hoc exemplari difficultates legendo exoriebantur; quod frequentes litteræ exefæ apparerent, nam multis antè sæculis volumen fuerat exscriptum; uterque laborabat, ut verum elicerent sensum. Scripsit Andreas Schottus (3) opem eis tulisse etiam Lælium Taurellum, illius ætatis doctum hominem: qui quidem multâ effectit diligentia, ut Florentinum τὸ πᾶνδεκτὸν exemplar typis describeretur, postque improbum decem annorum laborem tribus voluminibus in publicum prodiret Florentiæ An. MDLIII. Opus adeo præclarum, ut illud Jacobus Cujacius, cujus quidem nomen laudis loco est, *Dei donum* appellaverit (4). De iis simul collatis voluminibus, cum verba haberet Ant. Augustinus atque illos suos necessarios respiceret, ita inquit (5): *Ego vero, quamquam ingenii mei mediocritatem agnoscam, & cæterarum rerum non multam cognitionem, diligentia tamen tantâ usus sum, & adjutoribus his, ut illa non multum desiderarem.* Præter præsentem eorum hominum operam usus fuit notationibus, quibus Angelus Politianus, ingeniosissimus atque eruditissimus vir, Florentinum τὸ πᾶνδεκτὸν exemplar illustraverat, itemque eo exemplo, quod quidem ille cum Florentino exemplari contulerat (6): *Ego me (inquit ipse) non pauca (Politiani notationibus) intellexisse profiteor, dum Medicea liberalitate Florentinas Pandectas perlegi. Neque eo tantum libro usus sum, sed & Angeli Politiani, & Lælii Taurelli Jurisconsulti libris: quibus cum alicubi hærebam, ducibus usus sum: cum errabam, admonitoribus.*

Dum Ant. Augustinus Florentiæ erat, magna ei necessitudo fuit cum Petro Victorio, viro docto æque ac integro, restitutâque antiquitate claro.

Quum tribus omnino mensibus τὸ πᾶνδεκτὸν (7) exempla invicem contulisset Bononiam versus pedem retulit eâ mente, ut multa ibi perscriberet, quæ ad juris illustrandam prudentiam pertinerent.

An. MDXLIII. a. d. III. Non. Jun. ab Præfecto petiit, ut sibi ab collegio aliquot dies abesse negociorum causa liceret. Eò rediit III. Calend. Quintiles. Tum VIII. Calend. Sextil. petiit, ut sibi liceret Venetias pergere. Veruntamen eò profectus est III. Id. Octobris. Itineris ea causa fuit, ut Venetiis librum Emendationum, & Opinionum typis curaret describi: qui postea fuit illius operis liber quartus. Per id ferme tempus Petrus Ruitius Morosensis scripsit ad Augustinum, sese ab eo scire cupere, quid in Florentino volumine observavisset. Itaque hic homini totam rem narravit litteris datis XVI. Calend. April. An. MDXLII. hoc exemplo: *De Florentinis Pandectis quod scribis, velle te scire cujusmodi mihi libri fuisse videantur, qua ratione scripti sint; ita habeto, me tres illos menses, quos perlegendis describendisque consumsi, tum maxima voluptate fuisse versatum. Sunt enim illi libri non solum ea de causa in summa veneratione, quod ad eorum exemplum omnes, qui ubicumque reperiuntur Digestorum libri, conscripti sunt; sed quod ita scripti sunt, ut nullum exstet præclarior Antiquitatis monumentum. Ut enim in ipsis Jurisconsultorum Responsis auream illam Tullianam ætatem & elegantiam agnoscimus potius quam Antoninorum, Alexandri, & Gordiani dicendi genus [quorum tempore maxima pars, atque adeo omnes pene nostri Jurisconsulti fuerunt] sic in ipsis illis libris genus ipsum scribendi multo est antiquius, & ad illa elegantissima tempora, quæ solemus admirari propius, quam ad Justiniani, & successorum accedens.*

*Litteræ tamen ipsæ, etsi quantitate a veteribus illis monumentorum Inscriptionibus non differant, aliquarum tamen in aliam figuram forma deflexa est. Interpunctiones nullæ sunt, neque periodorum, clausularum, aut interrogationum signa: nullæ notæ litterarum, quod ipsum Justinianum iussisse videmus: quod usque eo illic observatum est, ut neque diphthongum notis, neque minutis hisce &, &, &, nusquam usi librarii sint, exceptis postremis singulorum versuum syllabis, & aliquot locis numerorum notis, quæ ipsæ sunt etiam eleganter ductæ ad antiquorum librariorum imitationem.*

Ex-

[1] Ant. Aug. in Emend. lib. I. Epist. ad Mich. Maj. & lib. III. cap. III.

[2] Id. ibid.

[3] Observat. Humanar. lib. V. cap. XXXIII.

[4] Lib. II. Definit. Papinian. ad L. II. de

div. & temp. præscr.

[5] Ant. Aug. in Emend. lib. IV. cap. penult. in princ.

[6] Id. ibid. cap. XIV.

[7] Id. ibid. lib. I. ad Mich. Majum.



*Expunctiones quoque libentissime vidi: ostendunt enim, & declarant verbum ipsum expungendi, quid apud veteres fuerit. Nam quoties unam atque alteram litteram librarius de suo [ ut fit ] alicui verbo addiderat, postea aut ipse animadvertens, aut libri dominus punctis supra eas litteras adscriptis, aut intra, supraque, aut etiam infra, aut quaque versus ductis, expungebat. Si vero unum atque alterum verbum fuerat librarii errore repetitum: parvulis his notis ductis, quibus hodie interpunctionibus [ quas parenthesis appellamus ] utimur, error emendatus est.*

*Capita autem ipsa Jurisconsultorum ita scripta sunt, ut prius nomen Jurisconsulti, & numerus libri, ex quo sumtum est, habeat, quam cetera verba: neque ut vulgo fit, adscribitur lex tertia, aut quarta.*

*Sæpe etiam vidimus quibusdam spatiis relictis sententias separatas, quod nos, quibus locis erat, in nostris libris imitabamur: in cæteris deprehendi a nostris librariis non semel in hac sententiarum separatione erratum: & ejusmodi illud est quod de synopsi, & anniculo ad te scribo. Sed si tu me tuam hac de re observationem calandam non putaveris [ neque enim existimo te frustra id a me petiisse ] non deerit munus, quo tuum in eodem genere remunerer.*

*Fecerunt tamen nobis maximam difficultatem absoluta aliquot loca, & ob tot sæculorum intervallum membranæ ipsæ ab atramento perforatæ sæpius.*

*Librariorum quoque errores, & emendatorum audacia; sed tamen tanta diligentia usi sumus, & tam multa reperimus animadvertenda, ut omnes & labores, & molestias libenti animo pertulerimus.*

*Mitto autem ad te aliquorum locorum emendationes, quæ nostrum inter nos amorem, apud discipulos tuos testentur. Addidi etiam eorum capitum interpretationem quæ libro XXVI. & XXVII. Digestorum græce conscripta sunt Florentiæ, quibus cognosces, quantum de Modestini auctoritate ante hunc diem fuerit detractum: cætera sunt in manibus. Hactenus de Pandectis Florentinis.*

Nos quidem pluribus verbis dicturi sumus, quæ Ant. Augustinus Florentiæ, & Venetiis gesserit. Nunc jam ut nemo unus est, qui se omnia nosse affirmare possit, ita dubia nonnulla se Ant. Augustino offerebant, quæ quidem ab ejus Præceptoribus non poterant solvi (1). Itaque, ut qui modestus cumprimis erat & prudens a. d. VII. Calend. Novembr. An. MDXLII. ad Lælium Taurellum scripsit, eique exortas proposuit difficultates, hic verò rescripsit ei a. d. III. Calend. Decembr. anni ejusdem, easque litteras in publicum protulit post doctissimam interpretationem obscuræ celebrisque legis Gallus Aquilius XXIX. *De liberis & posthumis*, postque M. Catonis sententias (2). Quamquam quum dubia essent ingentia, non illa quidem soluta probe fuerunt: quod hæc laus hominum, qui postea fuerunt, ingeniis reservaretur; præfertimque Josepho Averiano, Pisanae Academiae Jurisperito, viro excellenti judicio, singularique dexteritate in subtilissimis quæstionibus explicandis (3).

Ant. Augustinus experiri voluit, an ejus labores litteratis hominibus probarentur. Itaque ineunte An. MDXLIII. libellum edidit Emendationum & Opinionum, quem quidem, ut ipse scripsit (4), ad Alciati Præceptoris imitationem comparavit. Ita is laudabili cum modestiâ scribebat; ego verò sic judico, eum hoc opere, itemque reliquis omnibus præceptorem suum iudicio, rerum ordine, brevitate, nitore sermonis, optimoque decore vicisse; illi verò inferiorem tantum exstitisse dicendi ubertate, elegantiaque: negari enim non potest, Ant. Augustinum eo usum esse stylo, qui paullo asperior duriorque esset. Unâ cum libello Emendationum & Opinionum alium etiam vulgavit, quò quidem rejectâ eâ interpretatione, quam Bulgarus, aut quisquis ille fuit, barbare prorsus consecerat græcorum fragmentorum Herennii Modestini, quæ ad Digestorum caput De tutelis pertinent, sive ut melius dicam, de illarum excusationibus; ea fragmenta ad verbum interpretatus est, addiditque brevem explicationem, in qua, quasi præteriens, maximè insignes Accursianorum errores notavit. Hoc nomine appellabantur tunc temporis qui nimis additi interpretationibus Francisci Accursii, qui veterum interpretationes brevius unâ descripsit, virque fuit doctus quidem certe; namque fortuna eum barbarorum ætate nasci voluit; ejus opiniones pro oraculis sequebantur. Tunc primum Ant. Augustinus, quam linguæ græcæ cognitionem adeptus erat, in publicum protulit; quapropter in extremo libro ait, sese, si quid græcæ linguæ ignoratione errasset, in qua non magnos progressus studiis civilibus impeditus fecisset, admoneri vehementer cupere (a). Quæ quidem verba ab ejus verecundia putamus profecta esse: neque verò illis Ægidius Menagius (5) & Laurentius Andreas Hamberge-

c 2

rus

[1] Id. in Epist. qua ad Læl. Taurel. misit...

[3] Interpret. Juris lib. II. cap. XVII.

[2] Id. ad Modestinum lib. singul. ad L.

[4] Ant. August. in Emend. lib. IV. Epist.

IV. §. Ulpianus. XIII. &amp; ad L. VII. §. Jam vero. VII. de excusat.

ad Ant. Perrenotum.

[5] In Jur. Civ. Amœnit. c. XXXI. &amp; in Ind.

(a) Vide etiam Emend. &amp; Opinion. lib. II. cap. I. in princ.



rus (1) uti debuissent ad significandum, græce eum mediocriter scivisse: quod inferri ex ejusmodi dubitatione non debet, eoque magis quod græcis postea litteris sedula non navavit operam. Librum utrumque misit ad Antonium Perrenotum tunc temporis Atrebatensem Antislitem, postea Cardinalem Granvelam appellatum; quem quattuor antè annis studiorum socium Patavii habuerat cum ambo Marianum Socinum audirent; cujus ipse Socini ludum reliquit, ut audiret Andream Alciatum; qui juris instauravit scientiam, mitioresque vehementer amabat litteras (2).

Id operis omnium plausu exceptum fuit. Itaque fumebat animos Ant. Augustinus, seque rursus maxima cum diligentia labori addicebat: enimvero instare ei cœperunt, atque adeo eum urgere necessarii ejus, ut in Hispaniam regrederetur; quare extremam addidit manum tribus aliis libris Emendationum & Opinionum, quos paraverat, eosque simul cum Modestini de Excusationibus libello ad Lælium Taurellum misit. Hic, ut erat doctus Augustinique amantissimus, si quæ emendanda vel meliora facienda sunt sibi visâ, hominem adnonuit; misitque libellum Modestini de Excusationibus ad Jacobum Taurellum Fr. qui nonnulla in legendo notavit: sed ea notationes nescio, an nostris existent temporibus. At Lælius id sibi efficiendum censuit, ut Bernardus Junctâ ad Thomam Junctam Fr. qui typographicam Venetiis exercebat artem, scriberet, uti simul ac Metellus ad se venisset magnâ cum curâ, diligentiaque illos describeret libros iis conditionibus, quas ipsi statuerent. Metello enim integrum erat hoc, vel illo uti typographo. Id omne ex iis litteris constat, quas Lælius ad Augustinum dedit Florentiæ XV. Calend. Junias (ut quidem credi potest) An. MDXLIII.

Venetas Ant. Augustinus se contulit (ut inde in Hispaniam progredere) An. MDXLIII. Jo. Metello Sequano comite (3): in ea urbe typis curavit describi quattuor libros, qui hodie habentur, Emendationum & Opinionum, eo in quartum locum deducto, qui ante unicus fuerat, ut ne distraheretur a singulari illo libello, quo fragmenta continentur librorum de Excusationibus Herennii Modestini, quæ quidem fragmenta in volumine τὸ πρῶτον servata fuerant, veterique illius quarti libri Præfatione, ut par erat, non avulsâ novos tres libros misit ad Michaellem Majum Procancellarium apud Celtiberos.

Descriptionis fuit opus absolutum a. d. VII. Id. Septembr. An. MDXLIII. Magna hujus historiæ pars apertius intelligetur, si ea consideretur trium librorum præfatio, quæ quidem est hujusmodi: *Cum a primis temporibus ætatis ita nos, Mai, juris civilis cognitioni dederimus, ut doctissimis hominibus audiendis multos annos peregrinationem nostram non moleste tulerimus: & cum ab eorum latere discessimus cœpimusque nostras operas ad juris civilis libros intelligendos applicare, qua in re & veterum peritorum & nostrorum temporum juris interpretum libris uteremur addidissimusque curæ nonnihil Latinæ Græcæque linguæ, quod utriusque maximam cognitionem in nostrorum librorum optimis auctoribus videremus: Nulla res non magis dubios incertosque dimittebat, quam quod non eandem omnibus legum libris scripturam, quodque molestissime semper tuli, contrariam non uno atque altero loco, sed pœne sexcentis inveniremus. Namque ita existimabam, non posse quemquam aliorum disceptationes definire, aut de jure interrogatum respondere, aut discipulos docere suos, aut defendere clientes, quæ jureconsulti munia esse putantur, si de legum ipsarum verbis dubitaret. Itaque cum didicissem optimam juris civilis partem [4] ex nobilissimis illis libris, qui Florentiæ nunc sunt, patrum nostrorum memoria fuerant Papis, exscriptam esse: cum primum per caterarum partium juris studia [5] licuit, a Cosmo Medice Tuscorum Duce humanissimo impetravi per Jo. Lunam civem meum, virum ob rei militaris peritiam, integerrimam fidem, generis nobilitatem, morum comitatem, Cæsari (6) Hæturicæque toti valde carum, ut mihi & Jo. Metello Sequano, adulescenti moribus & ingenio præclaris, tandiu illis libris uti liceret, quandiu nostrorum librorum emendationi operam dare voluimus. Nos vero id egimus, ut non solum, quæ in nostris libris mendosa esse videbantur, mutarem, sed etiam, quæ vulgo clariora censerentur, non relinqueremus [adscribere], proptereaquod ea quæ aliter scripta in aliis (libris) sunt, quod ex ipsorum librorum lectione cognovimus, adulterina adventitiaque esse necesse est [7]. Cum enim hi libri describi & interpretari cœpti sunt, quo tempore barbara quadam lingua erat sola, quæ ne his quidem temporibus, quibus omnes disciplinæ in veterem splendorem restituantur, aboleri potest, nec a nostris gymnasiis, judiciis, & libris expelli, ea omnia, quæ aut Græcè scripta sunt, aut quæ habent aliquid veterustioris elegantia, quæ maxima in veteribus consultis fuit, in barbara & ignota dicendi*

ge-

[1] In Dissert. de utilit. ex human. liter. in Jurisprud. studii capienda. pag. 298.

[2] Ant. August. In Emend. lib. IV. Epist. ad Antonium Perrenotum.

[3] Id. ibid. lib. II. cap. IX. Jo. Metell. Seq. in Epist. qua ad Ant. August. misit Hieron. Ostor. de reb. Emm. R. Lusit. lib. XII.

[4] Hoc est τὸ πρῶτον volumen.

[5] Videlicet jur. civ. Institut. Justiniani Cod. & Novell. Constit.

[6] Carolo Quinto.

[7] Ex his apparet, eum voluisse Florentinum exemplar proponere, veluti originem omnium τὸ πρῶτον exemplorum.



genera maximâ sententiæ mutatione factâ converterunt. Deinde cum ea, quæ propter librariorum errorem non multis litteris mendosa in Tuscis illis libris sunt, in cæteris scriptorum audacia & diversa inter se, & multis modis mendosa, maximis interpretum controversiis causam dedissent, nos (1) illa ipsa menda, & errores, quorum maximâ parti diligens lector ignoverit, eisdem pœne literis & lituris accepimus (2). Sed cum antiquissimum illud juris civilis monumentum sine ullis, aut raris verborum atque membrorum spatiis scriptum sit, ipsaque litterarum figura Romanæ Græcæque veteri scripturæ proxime accedere videatur, nisi quod quædam a Gothis accepta, qui jam inde a Theodosianis temporibus Latinis Græcisque hominibus conjuncti fuerunt, agnoscere videbamur, & fugientibus ob vetustatem litteris, & aliquot locis emendatorum audacia oblitteratis: ad has, inquam, difficultates Angeli Politiani libros adhibuimus, qui primus nostrorum hominum (3) errorem cognoscens illos libros cum suis contulit, cujus laboribus multa Digestorum loca accepta ferenda sunt, quæ alii ejus libris usi ediderunt (4), & quod ad conficiendum illum laborem tam brevi tempore (nec enim tres amplius menses ei rei impendi) maxime utile fuit, usus sum & iudicio & ingenio præclaris, & libris Lælii Taurelli Fanensis doctissimi & integerrimi viri, cujus hac eadem in re optinè positi labores maximum propediem juris civilis studiosis lumen præstabant. His auxiliis usus, cum in illa festinatione non satis temporis adhibuissem ad singulorum utilitatem expendendam (id enim solum agebam: ut penè dixerim totidem litteris nostri libri, quot illi, constarent) Bononiam reversus cœpi hos ipsos libros in eam rationem emendatos, ad cæteros omnes, & ad interpretes eorum applicare: atque ita reperi me non solum expectatione mea non esse frustratum, sed longe compendio rerum superatum. Neque enim solum scribendi varietate, quæ tertio quoque verbo inveniebatur, liberatus sum: sed & per multa, quæ certa esse existimantur, maximo librariorum & interpretum peccato non recte scripta esse animadverti. Quæ cum mihi necessaria esse viderentur, quæ omnes, qui juris prudentiæ operam dant, non laterent, conceperam animo majus nostris viribus onus: omnes has emendationes, nostrorumque interpretum errores indicare. Neque id tantum cogitabam, quod pro certo putarem Florentina emendatione mutandum esse, conscribere: sed quod in Florentinis ipsis libris mancum, aut mutilum, aut incertum esse existimarem (5), & ut uno verbo dicam, omnes Quinquaginta Pandectarum libros ad illosum scripturam, a quibus orti sunt, reducere. Sed me de cursu nostrorum studiorum Illustrissimi viri Fernandi Cardonensium Ducis, sororis viri, iussa, & mihi carissimorum fratrum preces, quibus ego nihil negare possum, domum revocant, & nostra cogitata præcipitare cogunt. Accidit tamen percommode: quod hi ipsi libri (6) Lælii nostri opera, qui in maximis occupationibus, maxima tamen diligentia et ante nostram lectionem, & postea usus est, quamprimum in oculos manusque omnium venient. Itaque nos Læliano munere contenti, maximos illos minutatim singula expendendi labores in aliud tempus rejecimus, tantum selegimus insigniores quosdam locos, qui nobis aut ob Tuscos libros mendosi, aut ob nostram illis de rebus opinionem non rectè interpretati esse videbantur, eosque quatuor his libris collocavimus, quos Emendationum atque Opinionum inscripsimus. His id à nobis actum est, ut illorum optimorum librorum scripturam, quippe quæ sola ut fuit, sic esse debuit, maximam lucem nostris libris afferre ostendamus. Addimus aliquando, quæ nostra opinio sit de rebus ab his ignoratis, qui dicendi & Latine loquendi artem, ut cæteras disciplinas, quas omnes veteres jurisconsulti complecti videbantur, a juris scientia alienas esse arbitrantur. Librum quoque singularem ad Modestinum, sive de Excusationibus; quem superioribus diebus ad illustrem ingenio, meritis & disciplinis Antonium Pernctum Nicolai F. Atrebatensem Pontificem, cum quarto librorum nostrarum Emendationum misimus; his libris conjunximus, quod non multum ab eadem re discedere videbatur. Quæ omnia tibi arbitror, qua tu es prudentia & elegantia, non injucunda fore: non quod his rebus indigeas, vir peritissimus, & totius Citerioris Hispaniæ negotiis occupatissimus: sed quod a me, cujus parentes amasti, fratres diligis, studiis faves, hæc qualiacumque nostræ scientiæ auxilia proficiantur.

Hactenus Ant. Augustinus. Henricus Brenemannus, vir summo iudicio miræque plane librorum cognitione præditus, inquit [7] eum id opus confecisse cum vix undeviginti annos natus esset. Andreas Schottus dixit, eum tunc annos natum XXV. Atqui uterque in errorem adductus fuit: nam quum illud opus vulgasset An. MDXLIII. erat tunc annos natus sex supra viginti.

Dum

[1] Ant. Aug. & Jo. Metell. Seq.

[2] Ergo animus ei erat exemplum τῆς πᾶσι δεκτικῆς habere tam fideliter a Florentino volumine excipitum, ut illud etiam in erroribus imitaretur: ut deinceps ait.

[3] Videlicet Jurisconsultorum.

[4] Emend. lib. IV. cap. XIV.

[5] Non ergo Florentinum volumen erroribus omnino carere putabat.

[6] Loquitur de Florentino volumine.

[7] In Hist. Pandect. lib. IV. cap. IV.



Dum Venetiis librum illum præclarum typis curabat describi, studiis utilissimis eodem tempore plurimum operæ dabat. Multus erat in Marciana bibliotheca. Ipse scripsit (1), ibi se operam navasse græcis libris legendis, quibus leges, pontificiaque decreta continerentur. Præterea diversa simul contulit exempla vetustissimorum, atque excellentium librorum, qui Dionysio Areopagitæ referuntur; eosque summâ emendavit cum diligentia, atque notationibus quætos misit ad Franciscum Turrianum (2) Legionensem, doctissimum virum summoque opere antiquitatis restituendæ studiosum; qui postquam rem litterariam libris editis illustrasset, Tridentinoque interfuisset Concilio, in quo Pontificii Theologi personam gessit, ætate virtuteque gravis An. MDLXVI. ipso natali ejus die ad Jesuitarum societatem accessit.

Quum in ea bibliotheca Ant. Augustinus libros exscriberet, incidit in volumen quoddam pervetustum earum legum, quas Novellas appellant; ex quo ea fere omnia excerptit, quæ in Norico volumine Grægorii Haloandri deerant, atque de toto volumine plenius typis describendo cogitavit [3].

Enimvero Augustinus litteris ad Didacum Hurtadum Mendozensem Bononiæ datis Calend. Sextilib. An. MDXLIV. apertius manifestavit, quantum amplissimo viro deberet, ex quo tempore Venetiis unâ fuerant, quæve ipse eâ in urbe elaboravisset. Nam præter cætera ita inquit: *Neque enim ignoras, me, dum nostrarum Emendationum atque Opinionum libelli istic ederentur, per te fuisse consecutum, ut ex Marciana ista singulari Bessarionis bibliotheca domitua cum multæ eruditionis viro Arl. Arn. Perafyxo, alio etiam Græco librario adhibito, veterem quendam τερπικρον librum conferrem, ex quo permulta describenda curavimus, quæ nunc in vulgus edimus.*

Vulgatis ab Ant. Augustino Emendationum & Opinionum libris, magnopere ea res homines Italos, Gallos, Belgas, Hispanosque ad juris illustrandam prudentiam accendit. Ergo ita sese omnium præbuit cognitioni, ut quocumque iret, loca omnia sui nominis famâ plenissima reperiret.

A. d. IX. Calend. April. An. MDXLIV. Ant. Augustinus in Clementis collegio adhuc versabatur, quò quidem paullo post Calend. Januar. reverius erat. Eodem anno a. d. XIII. Calend. Novembr. facultatem sibi fieri petiit, ut ab agro Bononiensi abesse posset: Neque amplius unquam ad collegium rediit. Namque se Romam contulit; quo quidem pervenit non ita ante ipsas Novembr. Calend. Pauli III. Pont. Max. An. X.

Romani itineris causa fuit, quod Ludovicus Gomerius Oriolensis Jurisconsultus, qui ingenii acumine subtilis meruit appellari, quive e XIIvirum litibus judicandis Collegio erat, idemque Pontificiæ Domus Præfecturam gerebat, atque Sarnensis erat Antistes; quod quidem sacerdotium adeptus fuerat VIII. Calend. Majas An. MDXXXIV. fato functus erat. De die vero, qua hic mortem obierit, non satis constat. Nam inscriptio quædam, quæ in Oriolensi maximo Templo est prope Divinæ Trinitatis Aram, indicat illum interiisse An. MDXLII. [4] Hughellius autem in eo libro, cui nomen Italiæ Sacræ esse voluit, illius mortem [5] ad An. MDXLIV. retulit. Itaque Celtiberis postulantibus Carolus Quintus Cæsar Ant. Augustino [6] eum magistratum mandari censuit. Annum tunc Augustinus agebat omnino septimum supra vigesimum. Placuit ea res summopere Pont. Maximo. At quanquam Augustinus XIIvir renunciatus fuisset An. MDXLIII. non tamen magistratum statim inivit. Nam Lælius Taurellus litteris ad eum Florentiæ datis IX. Calend. Februar. An. MDXLIV. ita ait: *Cooptari te jam valde cupio. Sed & spero fore tabellam jam in manibus, collegasque frequentes in nostram sententiam ituros.* Sed ne tum quidem iniit magistratum: quod postea contigit circiter Calend. Quintil. An. MDXLV. Nam Lælius Taurellus homini eam rem gratulatus est a. d. III. Idus verbis notatione dignissimis. Ait enim: *Litteris tuis evangelia deberi fateor ejus nuncii, quo mirum in modum delectatus sum; te tandem ad solemne istud, sanctumque jusjurandum admissum esse: Quo non tam tibi, quam ordini vestro curiæque [ quibus præclari ingenii, atque industriæ tuæ dotibus frui datum est ] gratulemur; justitiæ demum sanctitatisque, quibus templum, oppressis vexatisque, quibus perfugium paratum est.*

Et si maximis Augustinus ob eum magistratum occupationibus distineretur, jus civile tamen, quantum poterat, illustrare non desistebat. Æternâ est memoriâ digna epistola, quam ad Lælium Taurellum scripsit Calend. intercalariis prioribus An. MDXLVI. cum ei mitteret manu volumen scriptum, quod græcas continebat Codicis Justiniani constitutiones, quas ipse collegerat, interpretatusque fuerat; quæve epistolâ narravit ei, e quibus libris il-

las

[1] Ant. August. in Emend. lib. II. cap. XI.

[2] Franc. Turr. in Epist. qua Jo. Sapien-  
tis cognomento Cyparissioti scripta ad Anton.  
August. misit.

[3] Ant. August. in Emendat. lib. II. cap.  
IX.

[4] Rodriguetius in Biblioth. Valent. pag.  
CCCV. Ximenius de Valentim. script. vol. I.  
pag. 97.

(5) Vol. VII. col. DCCCXVI.

(6) Ant. August. de Emend. Grat. lib. post.  
Dial. IV. in princ.



las eruisse leges; hoc exemplo: Diutius tibi deberi non potest, quod pene convitio a me flagitas munusculum, ut græcas ad te constitutiones, quas insthinc Jo. Metellum tuum ad me attulisse scripseram, in Latinum sermonem conversas mitterem, cum eo corollario, quod postea sum pollicitus. Habes jam quod expetisti. Nec illas solum ipsas accipies, quas ille in vestra Medicea Bibliotheca inter Pontificii Juris Græcos libros invenit: sed & alias, quas hic in Vaticana, & in aliis Bibliothecis animadvertimus in Justiniani Codice Constitutionum desiderari. Sed ut venatoribus, qui aliquot insignes feras ceperunt, voluptati maxima est narrare, neque prædam spectantibus injucundum audire, quibus indicibus atque vestigiis in eos saltus, aut silvas pervenerunt; quæ fuerit canum, aut sociorum sollicitudo; quæque postea dum singula aut excitantur, aut agitantur, aut capiuntur, acciderint; ita mihi faciendum esse putavi, ut quo pacto hanc nostram minoris fortasse voluptatis, non minoris tamen sudoris, ac pulveris venationem peregerim, conscribam. Nam cum ante aliquot annos in eos Institutionum, ac Novellarum locos incidissem, quibus harum legum mentio fieret: cumque in his ipsis XII. libris Constitutionum, & ex titulorum pollicitationibus, & ex adscriptis notis initio aliquarum legum, quæ Græcam aliquam deesse significarent, multa esse mutila, & manca vidissem: male nobiscum esse actum putabam, si eas aut consulto prætermittas Justiniani iussu, quod nonnulli docti viri crediderunt, aut aliquo facto amissas, aut alicujus invidia calatas esse existimassem. Sed & cum animadvertissem ad calcem libri tertii conversam barbaram Constitutionem exstare, qua de aleæ lusu agitur: mirabar quid esset, quod & illa, & Novellarum liber, & ea capita, quæ in Digestis Græce scripta sunt a Berguntione Pisano, ut Odofredus scribit, non a Bulgaro, ut vulgo creditur, Latina, ut illis temporibus licuit, facta, tam cito periissent. Ecce autem & Digestorum loci permulti, & Græcarum Novellarum liber Haloandri, & aliorum ope restituti pristino splendori sunt. Sed & ab eodem Haloandro in multis Constitutionum titulis diligenter est significatum, quo in loco Græca lex desideraretur. His stimulis concitatus cœpi omni nostra, & amicorum diligentia in græcorum librorum Bibliothecis perquirere, anne alicubi laterent inter Juris Civilis Græcos Interpretes, quos permultos fuisse acceperam, quas investigabamus vagas illas feras. Et initio, ut illam Justiniani de veteri jure enucleando omittam, quam apud Te ex vestris illis Pandectis descripseram (eaque Græce, & Latine, ut illinc accepi, cum notis nostris earum rerum, in quibus inter se diversæ sint interpretationes, suo loco posita est) reperta a nobis Venetiis est pulcherrima Zenonis Constitutio de ædificiis privatis in Bessarionis locupletissima bibliotheca, in eo libro, in quo Justiniani, Justinii minoris, & Leonis, ut vocant, Sapientis, omnes Novellæ leges continentur. Ejusdem Constitutionis exemplum non satis integrum postea a nostro Metello isthic repertum est, & quod longe præstitit, viginti fere Constitutiones de rebus sacris conscriptæ. Quibus nos alias adiecit tum ex tertia Synodo Ephesina, tum etiam ex aliis duabus Græcarum legum Collectionibus. Ex quibus Epitomis quoque, ac Paratitlis adjuti sumus, quod in his vestigia, atque sententias aliarum permultarum inveniremus. Hæ autem Collectiones, de quibus agimus, e quibus plus compendii factum est, cum Theodori Balsamonis, aut Joannis Zonaræ Canonum interpretationibus conjungi solent, aut cum Photii Patriarchæ XIV. titulis, quibus etiam nonnihil debemus in ludor. præsertim interpretatione, de quæ, ut alias tecum familiariter jocabar, cornicum oculos me confixisse scripseram. Uno itaque volumine omnes leges comprehensæ sunt, quas Justinianus libro primo Codicis, & libro primo Novellarum (est enim is quoque liber in certos quosdam libros, ac titulos divisus) de rebus sacris tractantes collocat. Hæ tamen, quas Græco sermone lib. I. Codicis Justinianus constituit, integræ extant magna ex parte: Latinarum vero, & ipsarum Græcarum, quæ XIII. titulis continentur, in Epitomen redacta sententia est, additis singulorum titulorum, ut vocant, Paratitlis, in quibus similes loci ex aliis Juris Civilis partibus referuntur. Debetur quidem certe huic, quisquis fuit, neque enim nomen adscripsit, non parum, quod ejus opera factum est, ne in optimis rebus positæ veterum principum operæ perirent. Nam licet pie, ac sancte receptum esse videatur, ut in his rebus, quæ ad Religionem constituendam pertinent, Pontificum, non Regum sententiæ perquirantur: negari tamen non potest, quin moderandis omnibus Reip. partibus, seditiosis ac perniciosis civibus compescendis, ipsius denique Religionis majestati tuendæ ac conservandæ, principum virorum auxilium necessarium sit. Sed ut illo revertar, unde sum digressus, his omnibus locis, quos dixi, in unum locum conjunctis, nostrum fuit onus tum eadem cum Latinis libris conferre, tum veteribus vestigiis, indicibusque conjungere, tum ipsarum legum ordinem perscrutari, tum denique, quam petieras, facere interpretationem. In quibus omnibus sæpius fortasse me, & propter rerum ipsarum obscuritatem ac novitatem, & propter nostras valde ab his rebus alienas litium occupationes, labentem, ac conniventem agnosces. Sed est in eo tua aliqua culpa, qui me in præcipitem locum adduxeris: Mea solum, quod nihil Tibi negare, aut sciam, aut possim. Quamquam, ut joculari desinamus, ego omnia præstare debeo, qui sciens prudensque me in periculum conjecerim. Vale. Calend. Februarii MDXLVI.

Age vero Ant. Augustinus magnâ, qua pollebat, doctrinâ prudentiâque ita eum gessit magistratum, ut Pontifici Maximo, totique reipublicæ plenissime satisfaceret, tantâ omnino

in-

integritate, atque innocentia; ut prorsus difficile sit æstimare, an in eo major temperantia, an judiciorum major severitas eluxerit (1).

\* Barbare  
dicitur A-  
sperferium.

Cum in eo magistratu esset, Bononiam ad Clementis collegium dono misit bacillum \* argenteum setis ad alteram partem ornatum (cujus generis bacillis Sacerdotes lustrali aquâ populum aspergunt) hydriamque item argenteam. Id verò munus nostris quoque temporibus in eo collegio servatur, ut hominis liberalitas in memoria exstet, hancque habet inscriptionem: *Ant. Augustinus Auditor Rotæ hujus S. Collegii Collega.*

Mortuo Paulo III. An. MDXLIX. IV. Id. Novemb. quum decem & quinque annos reipublicæ summam tenuisset, Regum animis ad pacem conciliatis, Tridentinoque ob reipublicæ tranquillitatem advocato conventu; in ejus successit locum Julius Tertius, qui Paulli nomine ad Tridentinum Concilium legatione functus fuerat. Hic Pont. Max. Ant. Augustinum plurimi fecit, quicum intima animi secreta communicare solebat, eumque de maximis rebus consulere: atque illum tandem in Britanniam legavit, quo tempore Hispaniæ Rex Philippus Secundus in matrimonium duxit Mariam Britannæ Reginam Henrici Octavi F. Ferdinandi & Isabellæ Hispaniæ Regum N. Regniq. Eduardo Octavo mortuo, hæredem: quæ quidem femina ad se vocato Reginaldo Polo Cardinali propinquo suo, sapientiâ prudentiâque homine clarissimo, ingentem insulam verissimæ religioni, Romanæque reipublicæ universam restituit: quamobrem adeo insigne matrimonium ei debebatur. Legationis ea causa fuit (2), ut Ant. Augustinus Pontificis Maximi nomine Regibus gratias ageret; quod eorum sapientiâ diligentiaque effectum esset, uti in eo regno sanctissima religio, & Pontificis Max. auctoritas in pristinum statum redigerentur. Ut autem Ant. Augustinus mitteretur, illud in causa fuit, quod Reginaldo Polo opem ferre deberet in componendis iis, quæ ad Sacerdotes, sacrorumque Ministros pertinerent. Magnopere etiam viri sapientis prudentia, si coram adesset, ad illud conducere posse putabatur, ut multa in perpetuum tempus constabilirentur, quæ ad sacerdotia pertinerent; utque Britanni, qui ab Romano continenti tam longe absint, ad Urbem ne cogerentur accedere, nisi gravissimis atque justissimis de causis.

Paucis diebus antequam Augustinus in Britanniam proficisceretur, hoc est a. d. VIII. Calend. Februar. An. MDLV. Julius III. Pont. Max. litteras ad Polum Cardinalem dedit: Sese per Ant. Augustinum missurum enses, & pileum Philippo II. Regi, aureamque rosam Mariæ Britannæ Reginae. Idem Pontifex diploma, quo Augustinum appellabat suum Internuncium VI. Calend. dedit: eademque die illum exquisitissimis litteris commendavit Ruisio Gometio Sylvensi, qui Philippo Regi a negotiis, & a consiliis erat. Hæ epistolæ cum illo etiam diplomate Romæ in tabulario Pontificio servantur; uti etiam libellus mandatorum, quæ data Ant. Augustino fuerunt, a. d. III. Calend. conscriptus (3). Augustinus in Britanniam profectus est menie Februario, amico homine Jo. Metello Sequano comite & adjutore (4).

In Britannia Ant. Augustinus amplissimas Pontificis Max. nomine Philippo & Mariæ Regibus gratias egit; quod eorum in primis operâ ad sanctissimam religionem, qui ab ea defecerant redissent. Impediri certe posse, ne populorum animi a veritate desciscerent; modò nullum errantibus daretur apud exterarum gentes perfugium. Id facile fore factu, pace inter Britannos Gallosque parta. Pontificem Maxim. eam rem Ferdinando quoque Cæsari persuadere conari. Henricum Secundum Galliæ Regem polliceri, sese daturum operam, ut Turcarum Rex opprimeretur, sanctissimaque præsertim religio in pristinum redigeretur statum. Ipsum Pontificem in eo totum esse velle, ut veteres in rempublicam mores revocarentur. Enimvero eam rem Sacerdotum Antistitumque impediri pertinaciâ; qui se nullo corrigi modo paterentur: nec minus magistratum audaciâ; qui sibi ea sumerent, quæ ad eorum munus minime pertinerent. Pontificem nihilominus; quod ad Sacerdotes spectaret; legem scripsisse, qua multa, magni illa quidem momenti, continerentur: eam brevi esse laturum. Quod autem ad magistratus attineret, Regum in eo auctoritate opus esse. Sperare Pontificem, eos pari omnes ufuros esse consilio. Eâ lege Sacerdotum mores ad veterem revocari disciplinam, atque ab ipso Pont. Max. initium fieri. Siquæ id satis minime foret, Pontificem animum induxisse, ut quæ opus esse intelligeret, omnia vellet addere (5).

E Britannia Augustinus eodem anno MDLV. a. d. XV. Calend. Octobr. in Belgas profectus est. Ibi tum erat Joannes Paetius Castrensis. Hic itaque ab Menapiis litteras ad Hieronymum Zuritam dedit mente Sextuli; quibus litteris ita scripsit (6): „ Amicos omnes, simulque „ Regem ipsum expectamus. Venient Gonzalus Peretius, Verzoza, Ant. Augustinus, aliique „ complures“. Tum iisdem litteris ait, sese in Italiam indeque in Hispaniam simul cum Ant. Augustino iturum.

Po-

(1) Andr. Schottus *in Orat. Fun.*

(2) Latinus Latinus *in Epist. ad Andr. Massium datâ IV. Id. Feb. An. MDLV.*

(3) Pallavicinus *in Hist. Conc. Trid. lib. XIII. cap. X.*

(4) Jo. Met. Seq. *in Epist. qua ad Anton.*

August. misit *Ossorii de reb. Emm. R. Lust. lib. XII.*

(5) Pallavicinus *in Hist. Conc. Trid. lib. XIII. cap. X. num. V.*

(6) Dormer. *in Progress. Hist. apud Celtib. pag. CDLXXXVI.*



Postrid. Calend. Novembr. Paullus IV. Pont. Max. litteras ad Philippum Regem dedit: Sibi necesse esse, uti Ant. Augustinum ad Urbem, apudque se haberet. Hominem ea propter debere se ab illa legatione revocare. Epistola exstat in tabulario Pontificio. Augustinus obitâ legatione Romam reversus est Nonis Januar. An. MDLVI. relicto Jo. Metello Sequano, qui in Belgas postque in patriam se contulit, quum totis decem annis unâ fuissent (1).

Itaque cum Romam Augustinus pervenit Pontificatum obtinebat Maximum Paullus IV. atque urbs ab Hispanorum exercitu obsidebatur; maximeque metu suspendebantur animi propter recentis direptionis recordationem: Enimvero respublica, projectis armis, ad otium revocata est, & Augustinus ad magistratum, quoungebatur, rediit, & ad amicorum colloquia (2); qui quod viri essent eruditissimi, planeque ii, qui antiquitatem, atque adeo ætatem suam illustrare noverunt, multi quidem illius merita faciebant. Itaque viri, qui litteris excelleret, ad illius ædes sæpissime accedebant. Fuerunt autem ex eo numero:

Jo. Paëtius Castrensis summo vir ingenio, quique diu multas pertractasset disciplinas. Hic Augustini hortationibus se Romam contulit: nam in epistola, quam dabat Tridenti postrid. Id. Decembr. ad amicum suum Hieronymum Zuritam, quicum, quæ cogitaret, omnia communicabat, ita scripsit (3): „Mirum plane est, quam me Aguilera (4) premat arctius, uti Romam me conferam. Mihi de eâ re Frater Cardinalis Coriensis “ (hic erat Franciscus Quinnonensis) „ & Anton. Augustinus diligentissime scripserunt; ut jam me tueri non possim “.

Joannes Verfoza Cesaraugustanus, qui magnopere Q. Horatii Epistolas gravitate, elegantiaque est imitatus. Hic ætate An. MDLV. misit ad Ant. Augustinum epistolam, quæ incipit:

*Dum reus inconcinnus abest, actorque superbus,  
Antoni quid agis rerum Augustine? (5)*

Franciscus Turrianus, quo quidem viro Joannes Salviatus Cardinalis [6], atque postea Hieronymus Seripandus Cardinalis [7] familiariter cum primis usi fuerunt; quique maximos labores pro sanctissima religione sustinuit. Ei inter alia multa Ant. Augustinus eas dedit leges græcè conscriptas, quibus legibus nomen *Canonibus Apostolicis* est: Quas ipse postea Turrianus latine convertit, ediditque Antuerpiæ An. MDLXXVIII. typis Plantinianis; ut ipse in Præfatione scripsit.

Mirum autem non est, homines Hispanos domum ejus ventitare solitos fuisse: Atqui erant cum eo sæpissime Itali etiam summi viri; e quibus fuerunt:

Octavius Pacatus, qui ex eâ hominum locietate erat, qui Mariæ Virginis Servi appellantur. Hic vitâ functus est a. d. XIV. Calend. Januar. An. MDLXVII. tristemque nuncium perscripsit Latinus Latinius ad Ant. Augustinum, qui tunc temporis Ilerdensis erat Antistes (8); Augustinus autem ad Hieronymum Zuritam Calend. Jun. his verbis: „Necessarius noster, Octavius Pacatus, sive Pantagathus superioribus diebus festis mortem obiit. Tales viri jam pauci supersunt “ (9). Baptista Rufus in eo commentario, quem de Pantagathi vitâ confecit, typisque edidit Romæ An. MDCLVII. scripsit: Hominem appellatum primò fuisse Bagattum; sed quum id sibi nomen duriusculum videretur, maluisse se Pacatum appellari: Guillelmo postea Sirleto Cardinali, Marco Antonio Mureto, & Paulo Manutio illum placuisse nominare majori suavitate (a) Pantagathum. Balthazar Cespedensis in libro, quem *Humanistam* inscripsit; qui quidem liber nullo auctoris nomine exstat Madriti in Regis bibliotheca; & Auberus Miræus in Historia Scriptorum Seculi XVI. memoriæ tradiderunt, Octavium Pantagathum plures annos membris omnibus captum in lecto jacuisse in Farnesii Cardinalis ædibus. Hominem ibi sæpissime convenire fuisse solitos viros doctissimos Ant. Augustinum, Onuphrium Panvinium, Fulvium Ursinum, Levinum Torrentium, Paullum Manutium, Gabrielem Faernum,

Tom. II.

d

Lau-

[1] Lat. Latin. in *Epist. ad Andr. Mass.* XIII. Cal. Oct. An. MDLV. apud Dorm. pag. data Romæ XII. Cal. Febr. An. MDLVI. Jo. 554. col. 2.

[2] Schottus in *Orat. Fun.*

[3] Dormerus in *Progress. Hist. apud Celtib.* pag. 146. col. 1.

[4] Jo. Aguilera, de quo Nic. Antonius honorificentissime scripsit.

[5] Verfoza in *Epist. ad Ant. August.* pag. 11. & in *litteris ad Hier. Zur. datis Romæ*

[6] Vide Turriani *Introduct. ad lib. de votis monasticis.*

[7] Lat. Latin. in *Epist. ad Andr. Massima* data IV. Cal. Apr. An. MDLI.

[8] Idem in *Epistolar. vol. II. pag. 129. Epist. ad Ant. August.*

[9] Adde Ant. August. *Carm. ad Lat. Latin.* apud Nic. Antonium pag. 79. col. 1.

(a) Non major quidem suavitas in Pantagatho, quam in Pacato videtur esse: Sed fortasse ii viri Pantagathum ducebant a græcis vocabulis πάντα omnia, & ἀγαθός bonus; atque ita hominem appellabant per omnia bonum, sive optimum.



Laurentium Gambarum, aliosque permultos, qui Pantagathum multâ colebant observantiâ: propterea quod ipse, quæcumque disputarentur omnia egregie pertractabat. Ipsum, etsi suam in publicum potuisset eruditionem proferre, nihil tamen reliquit scriptum\*: sed ejus auditores magistri nomen immortalitati consecravisse. Quanti verò Augustinus omnia, quæ a Pantagatho prodibant, æstimaret, colligi ex eo potest, quod quæ ab ipso didicerat, omnia scribere solitus esset: Idque ex iis constat, quæ Fulvius Ursinus in Fragmentis\* Historicorum, quæ Ant. Augustinus collegerat, observavit in T. Livium; ubi legitur quæ Pantagatho opinio de Centuriis esset. Cæteri, quibuscum erat Ant. Augustino necessitudo, en qui fuerint:

Fulvius Ursinus Romanus (1) antiquitatis restituendæ cum primis studiosus:

Gabriel Faërus Cremonensis (2) veterum librorum emendatione illustris:

Onuphrius Panvinius Veronensis, Augustinianus Heremita, qui historiam tum imperii, tum sacerdotii magnopere illustravit. Ant. Augustinus, quæ sibi de eo homine opinio esset, ostendit iis litteris, quas ad Fulvium Ursinum dedit Tarracone X. Calend. Martias An. MDLXXIII. hoc exemplo: „ Onuphrius sæpe de rebus nimis propere judicabat. Quare etsi diligens esset, nonnunquam tamen a veritate aberrabat; ut omnibus contingit. Quin de nobilibus familiis ageretur, solebat vel minimâ suspitione animum inducere, ut putaret, aliquem fuisse alicujus filium. Ita Aubertus Goltius in Fastorum nummis multa facile addidit. Aubertum autem artificem fuisse crediderim, uti Pyrrhus, ac Æneas, & alius quidam etiam, qui in eo volumine, cui nomen Promptuario est, legitur“.

Latinus Latinius Viterbiensis (3) multâ vir doctrinâ, singularique industriâ in veteribus libris corrigendis (4). Quamquam M. Ant. Muretus in iis notationibus, quibus M. Terentii Comædias illustravit, rationem, qua Latinius in veteribus libris emendandis utebatur, nonnihil carpisse videtur.

Levinus Torrentius Gandavensis Philosophus, lyricusque Poeta insignis; qui post Antuerpiensis Antistes fuit (5):

Melchior Gaillardus susceptis peregrinationibus clarus, naturæque eximius investigator, qui cum alia, tum verò egregie scripsit de quodam Nili Fluminis simulacro, cui quidem, quum Romæ esset Ant. Augustinus, locus in urbe datus fuit [6]:

His omnibus addi potest Gentilis Delphinus (7) litterarum, & antiquitatis amantissimus vir, Lateranensis templi Sacerdos, postque Camertum Antistes: a quo Augustinus in commentariolo quodam, quod manu exstat scriptum, ait, Fulvium Ursinum maximam nummorum veterum partem habuisse. Idque etiam ex ipsius Ursini epistola colligi potest, qua ad Alexandrum Farnesium Cardinalem suum misit volumen:

Pyrrhus Tarus (8) doctus illius ætatis vir, Paulo Manutio teste [9]:

Joannes Tilius Gallus [10], cujus quidem hominis doctrinam plurimi fecit Jacobus Cujacius (11).

Genſianus Hervetus, cui viro; quum is salutandi causa simul cum Guillelmo Sirleto Cardinali ad Ant. Augustinum ivisset; Augustinus duo græce conscripta volumina ex iis, quibus nomen Basilicis est, mirâ liberalitate dono dedit. Quæ ille postea interpretatus fuit, ediditque unâ cum sex aliis Lutetiæ Parisiorum typis Arnulphi Langelierii An. MDLXXVII. \* Iis autem octo voluminibus universum jus civile continetur ab Constantino Porphyrogenneta Cæsare sexaginta omnino libris distributum. Eam porro rem ipse Hervetus falsus fuit in epistola, qua ad Joannem Morvillerium, Aurelianensem Antistitem, ea volumina misit. Hervetus, qui omnium primus Basilicos vulgavit libros, qui in suas inciderant manus, sex ex illis latine convertit, nempe XLV. XLVI. XLVII. & XLVIII. tum XXVIII. & magnam XXIX. partem. Jacobus postea Cujacius sexagesimum latine redditum Lugduni edidit typis Claudii Sennetonii An. MDLXVI. \* Cujacius omnes Basilicos libros notationibus Græcorum interpretum auctos habuisse fertur. Id a Francisco Broæo (12), qui in Biturigibus jus non sine multa laude docuit, & a Josepho Maria Suarezio (13) fuit memoriæ proditum. Adde, illos omnes libros post Cujacii mortem ad eruditissimum hominem Ferrum Fabrum Præsidem Tolosanum, qui Cujacium audiverat, pervenisse: Quo postea mortuo nemo scit,

\* Vide infra  
§. Liber Epistolarum  
&c.

\* Pag. 379.

\* In folio.

\* In folio.

[1] Ant. August. in *Antiquit. Dial.* pag. 23. & *passim*.

(2) Idem in *Carmine laudato ad Latin.*

(3) Idem in *Antiquit. Dial.* pag. 457. & de *Emend. Grat. lib. poster. Dial. IX.* pag. 273.

(4) Mir. in *Hist. Scriptor. Sec. XVI.* num. 99.

(5) Schottus in *Epist.* qua misit ad ipsum Torrent. *Orat. Fun.*

(6) Ant. August. in *Antiq. Dial. III.* pag. 115. *junctâ latinâ Schotti interpret.*

(7) Idem *ibid.* *Dial. X.* pag. 393.

(8) Idem in *Epist.* qua ad Fulv. Urs. misit *lib. de Legib. & SC.*

(9) Paul. Manut. in *Epistolarum lib. II.* *Epist. VI.*

(10) Ant. Aug. in *Epist. data Iberdæ prid. Id. Sept.*

(11) In *univers. Jur. Hist.* quam præposuit Expositionibus Institutionum Justiniani.

(12) In *Basilicor. Notitia cap. XXXII.*

(13) In *Paul. Sententiar. Præf. Thouan. in Hist. lib. XLVII.* pag. 808.



fcit, in cujus manus inciderint. Dionysius Gothofredus libros, quos Genſianus Hervetus & Cujacius latine converterant, edidit Hanoviæ typis Wecheliorum primò An. MDXCVIII. iterum An. MDCVI. \* Carolus Labbæus typis edidit Lutetiæ An. MDCIX. \* libros XXXVIII, & XXXIX. a Jacobo Cujacio latine redditos cum Indice capitum, quibus conſtarent libri XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. & XLII. Carolus Hannibal Fabrottus, doctiſſimus vir, qui Cujacium audiverat, typis edidit Lutetiæ An. MDCXLVII. \* Baſilicorum libros LX. ſeptem \* *In folio.* *In folio.* *In folio.* diſtributos voluminibus, quos libros e Regis Bibliotheca eruerat; eoſque græce ſcriptos vulgavit, additâ tamen latinâ Cujacii interpretatione, quam, ſicubi aliquid deerat, ipſe compleverat. Itaque obſervatione dignum eſt, eâ, de qua diximus, editione quadraginta & unum non amplius libros vulgatos fuiſſe; reliquos autem, quos Fabrottus in lucem protulit, id eſt XIX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XLIII. XLIV. XLIX. & LIX. illos Baſilicos libros non eſſe, qui editi a Leone & Constantino fuerunt; ſed tantum ea continere, quæ erære Fabrottus potuit partim e quadam ipſorum Baſilicorum breviori deſcriptione, partim verò ex Theodori Hermopolitæ, Harmenopoli, aliorumque Græcorum interpretum notationibus; equorum libris, qua fieri potuit ratione, Baſilici excerpti fuerunt. Nondum enim erant in Regia Lutetiæ Bibliotheca. Quocirca illud ego demiror, Carolum Hannibalem Fabrottum, qui ſcire debuiffet, affirmantibus Broæo & Guareſio, Baſilicos omnes libros fuiſſe antè apud Cujacium, poſtea apud Petrum Fabrum, non ſatis percunctatum eſſe, in cujus ſive hæredis, ſive emptoris manus perveniſſent. Enimvero Gerardus Meermauus, Roterodamenſis Reipub. Quæſtor, qui ſane vir mihi natus videtur ad licterariam amplificandam rem, eruere e Regia Lutetiæ Bibliotheca potuit quattuor Baſilicos libros, qui publicam nondum viderant lucem, hoc eſt XLIX. L. LI. & LII. eoſque in Theſauri novi Juris Civilis & Pontificii volumine quinto edidit cum græcos, tum etiam latine redditos, notationibusque illuſtratos ab doctiſſimo viro Guillelmo Ottone Reitio, cujus quidem Præfatio legi debet.

Denique alii permulti eruditi viri addendi his eſſent; de quorum neceſſitudine honorificam fecit mentionem Ant. Auguſtinus cum de iis, quæ ipſe ſcripſerat, verba haberet, præfertimque de illis, quæ per jocum ſcripſiſſet.

Quum tales viri Auguſtini domum frequentes convenire ſolerent, facilè ex ea re colligi poteſt, eam conſuetudinem eſſe debuiſſe commercium quoddam ſcientiarum utilitatis, ac voluptatis pleniffimum. Ibi, ut ait Schottus (1) ipſeque etiam Auguſtinus (2), verba habebantur de Romanis antiquitatis reliquiis; de inſcriptionibus; de veteribus nummis; de litterarum hiſtoriâ latinâ græcâque; de hiſtoriâ item tum imperii, tum ſacerdotii; de artibus, ſcientiſque omnibus; & de omnibus illis, quæ præſtantem animum alere poſſunt.

Horis, ut ajunt, ſubiſiſſis Auguſtinus emendavit M. Terentium Varronem De lingua latina, & Sext. Pompejum Feſtum De verborum ſignificatione, ut quidem legi intelligique poſſent (3).

Ant. Auguſtinus probe ſciebat, Varronem librariorum incuriâ ignorantiaque adeo turpiter fuiſſe hædatum, ut perfecte exſcribi non poſſet. Itaque in epiſtola, quam ad Hieronymum Zuritam amicum ſuum dabat Romæ a. d. XII. Calend. Octob. An. ut ego quidem conjiicio, MDLVII. ita ingenue ſcripſit: „ Ego Varronem De lingua latina typis curo deſcribi, ut quidem nonnihil ſit reliquis emendatior“. Quamquam in Varrone tunc edendo Ant. Auguſtinus omnium maxime laboraverit; ipſe tamen falſus fuit, ſcripſitque (4), ſibi in eo libro emendando opem tuliffi Pomponium Latum, Angelum Tiphernenſem, Franciſcum Bolandellum, Aldum Manutium, Michaelem Bentinum, Angelum Colocium, Octavium Pantagathum, Petrum Victorium, & Gabrielem Faernum. Liber typis deſcriptus fuit Romæ An. MDLVII. in Antonii Blandi typographi Pontificii officinâ, ut in extremo libro legitur: licèt in ipſa libri inſcriptione hæc ſint verba: *Apud Vincentium Luchinum*. Mihi quidem id volumen in Bibliotheca eſt, atque illud plurimi ſane facio; proptereaquod decem habet Indices locupletiffimos, quos poſtea exſcripſerunt nonnulli, qui Varronem ediderunt. Illud autem negari non poteſt, in Varrone emendando multum operæ conſumpſiſſe Petrum Victorium, multumque poſtea Hadrianum Turnebum, & qui omnes vicit, Joſephum Scaligerum; cujus quidem notationes Octavius Pantagathus putabat, ejus approbante ſententiam Latino Latino (5), non Joſepho, ſed patri ejus Julio Cæſari referendas eſſe: addiditque etiam Latinius, ſeſe ſuſpicari, hunc Julium Cæſarem eas notationes indignas exiſtimari, quæ ſub ſuo nomine prodirent in lucem. Quod quidem judicium injuſtum fuit, injuriâque pleniffimum. Sed quia cum id Latinius diceret, erat adhuc in hominum memoriâ mirum plane ingenium, mirabilisque doctrina Julii Cæſaris Scaligeri; ideo multi facilè putaverunt, Joſephum Juſtum ejus filium non eo pollere ingenio, ut patrem poſſet imitari. Enimvero experientia poſtea docuit, illum æquatè patrem ingenio, vi-

d 2

ciſſe

(1) Schottus in Orat. Fun.

(4) Pag. I. Edit. principis.

(2) In Carm. ad Lat. Latin. apud Nic. Anton. in Ant. Auguſt.

(5) Lat. Latin. in Epiſt. ad Ant. Auguſtin. data Romæ VIII. Id. Quinctil. An. MDLXVI.

[3] Schottus in Orat. Fun.

cisse autem doctrinâ, itemque arrogantiam, superbiâque: scilicet in magno discrimine humana versantur ingenia, si minus ea modestia, quæ ab unâ proficiscitur religione, ineptissimæ ambitionis sedet æstus.

In lucem emisit Ant. Augustinus Sex. Pomp. Festi libros e quodam exemplo, quod adser- vabatur in bibliotheca Rainutii Farnesii Cardinalis, qui litterarum magnus existit patronus, cuique Michael Sylvius Cardinalis Augustinum commendaverat (1). De erroribus, qui repe- ribantur in iis Festi voluminibus, quæ antè fuerant typis descripta, verba fecit Ant. Augu- stinus vere atque in primis modeste in Præfatione. Eadem etiam animi ingenuitate ostendit, sese ante omnes indicavisse ea quæ Festo, qui Verrii Flacci libros breviter complexus fuit at- que emendavit, & quæ contra Paullo cuidam referenda essent, qui Carolo Magno Cæsare illos Festi libros disturbavit sceleratque. Præter hæc Ant. Augustinus commutavit, ordineque donavit verborum Verrii, Festi, & Paulli seriem. Veteres enim tantum priorem verborum lit- teram observabant; omniaque vocabula, quibus eadem esset littera prior, unâ congerebant; ordinem vero exquisitiorem omnium syllabarum contemnebant. Itaque id egit Ant. Augustinus, consulitque legentium commodo, ut vocabula facilius adinvenirentur. Quid præterea in ea re gesse- rit, videri potest in Præfatione; liber autem typis descriptus fuit Venetiis An. MDLXIX. curante Carolo Sigonio, excellenti ingenio exquisitâque doctrinâ viro, quicum Ant. Augustinus necessitu- dinem habebat. Augustinus verò iis litteris, quas ad Fulvium Ursinum postrid. Non. April. ab Subalpinis dedit, mandavit ei, ut nonnulla Festi exempla amicis hominibus impertiretur: Hi erant Farnesius Cardinalis, Fulvius ipse Ursinus, Horatius quidam Præsul, Gabriel Faernus, Octavius Pantagathus, Benedictus Eggius, Latinus Latinus, Massensis Præsul, & Aquilæus Maffejus. Aliâ autem epistolâ datâ Panormi a. d. XII. Calend. Decembr. An. MDLXIX. quum Sigonius sedulam in Festi libris describendis navasset operam, ita ait: „Intellexi magnâ cum „ voluptate, Sigonium quamplurima Ciceronis fragmenta typis describenda collegisse, atque „ iis, quæ ego paravi, uti velle; ut scilicet rependam ei operam, quam ipse in Festi libris e- „ dendis posuit“.

Viginti amplius post annis (2), id est An. MDLXXXI. Fulvius Ursinus quum iterum Farnesianum exemplar considerasset, rursus volumen typis curavit describi, singulisque paginis adponi voluit eosdem versiculos, singulisque versiculis easdem litteras; atque ubi in Farnesia- no volumine exesa essent verba, ibi voluit interjecta apparere spatia, ut quis conjecturâ du- ctus ea verba probe restituere possiet: quod quidem magnâ felicitate effecit idem Fulvius Ur- sinus, atque adeo ante Josephum Scaligerum: cujus quidem integras notationes, simulque notationes Antonii Augustini, Fulviique Ursini edidit in usum Ludovici Borbonii Galliarum Regis F. memoriâ illustri Andreas Dacierus multâ variâque vir eruditione; qui simul cum Anna Fabra Uxore, scemina eruditissima, ab Calvinianis recesserunt partibus, id eis maxime sua- dente Ægidio Menagio Poeta cumprimis nobili (3). Volumen ita a Daciero editum hominum usui est sane aptissimum; proptereaquod in singulis paginis scriptum princeps habet, multorum- que etiam notationes: quanquam verò illud rarius est, majorisque pretii, quod edidit Fulvius Ursinus Romæ typis Georgii Ferrarii An. ut diximus MDLXXXI. \* quod item mihi in Biblio- theca est. Sed est etiam aliud exemplum rarius, quod item apud me est, editum \* *Medio- lani tertio nonas Augustas. millesimo: quadringentesimo: septuagesimo primo. Ad: honorem & laudem: illustrissimi ac invictissimi Galeazi Mariae Mediolani Ducis Quinti ac Ducatus sui anno quinto.*

His itaque distinebatur Ant. Augustinus cum Romæ esset. Videamus modò quam hono- rifice exceptus fuerit quum ad Urbem post Britannicam legationem reversus esset.

Paullus quartus, qui tunc Pont. Max. erat, quum Ant. Augustini virtutes plurimi faceret, velletque ea omnia, quæ de ipso augendo ornandoque Julius Tertius cogitaverat, executioni mandare, mortuo An. MDLV. Philippo Saraglo Alliphano Antistite (quod quidem Regni Neapolitani in Campania oppidum est) id sacerdotium Ant. Augustino mandavit a. d. XVIII. Calend. Januar. An. MDLVII. qui quidem triduo post fuit sacris initiatus, dieque alterâ oleo pontificali more inunctus.

At Pontifex Max. a. d. XV. Calend. Januar. An. MDLVIII. misit Ant. Augustinum ad Ferdinandum Primum Cæsarem: qui ei significaret, pacem inter Pontificem ipsum & Phi- lippum Secundum Hispaniæ Regem convenisse. Homini etiam dederat in mandatis, ut quæ inter Philippum Secundum Hispaniæ Regem, & Henricum Secundum Galliarum Regem dissidia orta erant, ipse diluenda curaret; qua de re ad utrumque Regem legatos miserat. Viennæ in Austria Augustinus familiariter usus fuit Wolfango Lacio, Medico cumprimis docto (4), aliisque multis. Eodem An. MDLVIII. a. d. IV. Calend. Octobr. Neapolim, indeque Allipham contendit.

Post

[1] Ant. August. in Præf. libror. M. Verrii Flacci, & Sext. Pomp. Festi.

[2] Ipse Ursinus in Præf. Notat. qua agit

de Festi fragm.

[3] In Elegiar. lib. Eleg. XVI.

[4] Ant. Aug. in Antiq. Dial. II. pag. 466.



Post eam legationem, qua quidem egregie functus fuit, mense Majo An. MDLIX. Philippi Secundi Hispaniæ Regis jussu; qui quidem Rex hominum ingenia noverat perscrutari, atque Augustini virtutes faciebat plurimi; Siciliam insulam Censor invisit; quo in munere obeundo tum Regi, mandatis egregie confectis; tum vero Siculis omnibus singulari integritate cumulatissime satisfecit (1). Calendis Jun. An. MDLIX. Messanæ erat; nam ex eo oppido litteras ad Fulvium Ursinum Nonis dedit. Atque cum ibi quoque esset XVI. Calend. Novembr. ejusdem anni ad Martinum quemdam suum urbanæ domus Præfectum scripsit, uti facultatem Fulvio Ursino faceret ea omnia videndi, quæ in suis ædibus essent, maximeque libros ac numeros veteres, simulque auferendi quæ vellet. Eandem etiam facultatem Rebatensi nescio cui fieri voluit. Mense Octobris An. MDLX. Siciliam Neapolim feliciter navigavit, ac Novembr. mense rediit ad Urbem.

Dum hæc ab Ant. Augustino gerebantur, magna interim in Hispania inter doctos homines, atque vehemens orta erat dissensio de causis belli Indici, deque illius administrandi ratione. Joannes Genesius Sepulveda Pozoblancensis (Turdulorum (a) prope Cordubam id est oppidum; quo quidem in oppido natus erat An. MCDXCI. mortemque obiit An. MDLXXII. ætatis suæ LXXXI. quum Carolo Quinto Cæsari historiæ scribendæ inservisset) doctus imprimis atque eloquens vir, dialogum quendam divulgaverat, qui inscribebatur *Democrates, sive De convenientia militiæ cum Christiana religione*. Paullo post dialogum alterum confecit, qui inscribebatur *Democrates alter, sive De justis belli causis*. Hoc altero dialogo illud sedulo expendere voluit, quod inter doctos homines quæstionum atque adeo controversiarum origo fuerat: num barbari, Indorum nomine appellati, qui falsa Deorum numina colerent, sub Hispanorum potestate jure, an injuriâ redacti fuissent, & quottidie redigerentur, ut illorum numinum cultu prohibiti verissimæ religionis præcepta non inimicis animis audire deberent. Librum Sepulveda multis legendum dedit; ideoque variæ de ea re exstiterunt sententiæ: quum plerique existimarent, eam barbarorum gentem, proptereaquod contumax esset, atque a sanctissima religione aperte refugeret, merito idcirco in servitutem jure belli redigi posse. Qui huic favebant sententiæ, illam studebant confirmare aut modeste, aut audacter; ut qua quisque erat indole. Sepulveda magnorum virorum auctoritate sese tutabatur: omnes autem in eo erant, ut perniciosissimam disputationem e medio tollerent. Petrus Sotus Dominicanus, doctissimus plane vir, qui Carolo Quinto a confessionibus erat, scripsit ad Sepulvedam, ne librum in manus hominum edere festinaret. Idem ei consilii dederunt Joannes Ægidius, qui in Academia Salamanticensi Theologiam profitebatur, & Antonius Honcala Vanguasensis, qui apud Abulenles in maximo templo sacerdotium gerebat, pietate vir doctrinæque insignis. Enimvero Sepulveda, qui ab una hominum pugnacitate metueret, illi quidem fortiter resistebat. Disputatum pertinaciter est Salamantiæ, adeoque magis Compluti: Atque Complutensem quidem Academiam Rex jussit, quæ sibi esset de ea re sententiæ, aperire. Refert autem Alvarus Gometius Castrensis (2) illius ætatis scriptor, qui plurimam meretur fidem, Academiam postquam cum Genesio Sepulveda diu multumque disceptatum fuit, Regi respondisse his plane verbis. „ Quam liber doctrinam continet, ea quod defendit, id vel optime probat; sed quum ea „ satis certa non sit, æquum non est, librum typis describi atque in vulgus edi. Ob eam Academicæ sententiæ librum edi non est permittum. Atqui Sepulveda, qui vir esset propositi tenax, aliud sese convertit; ut sibi tandem librum divulgare liceret. Quum igitur Vallisoleti esset misit illum ad Ant. Augustinum cum litteris a. d. VII. Calend. Septembr. An. MDXLIX. [3] scriptis; eumque rogavit: Uti, quoniam doctissimus haberetur & esset, totam eam rem diligenter expenderet, utriusque partis rationibus invicem collatis; atque si ei sua probaretur causa librum viris exhiberet doctrinam, judicio, & prudentiam claris, tum Theologiæ & Pontificii juris peritissimis, atque præsertim aliquot Collegis suis; ut decerneretur, an liber in publicum prodire deberet, necne. Librum legit Ant. Augustinus, eique doctrinam, elegantiamque plenissimus visus est [4]. Illum legendum dedit Philippo Archinto, qui librum De Fide & Sacramentis doctissime scripserat, ejusque doctrinam prudentiamque Augustinus plurimi faciebat: itemque Ægidio Fosquerario, Pontificiæ domus Præfecto, postque Mutinensi Antistiti, qui Tridentino conventui inter theologos principes interfuit, atque ex iis fuit, quibus mandatum est, uti ea volumina conformarent, quibus sanctissimæ religionis præscripta, sacrorum cæremoniæ, & sacerdotalis quotidiana precatio \* continentur; obiit autem Romæ An. MDLXIV. Illum librum Augustinus ostendit etiam nonnullis aliis gravissimis, doctissimisque viris theologiæ atque juris scientiâ claris; qui quidem omnes Sepulvedæ singularem prorsus eruditionem in omni genere litterarum, ejusque acre ingenium admirati sunt. Et quum omnibus ea quæstio digna videretur,

\* Romanum. Catechismum, Missale, & Breviarium.

[1] Schottus in Orat. Fun.

[4] Ant. August. apud Sepulv. Epistolar.

[2] De rebus gest. Franc. Ximenii lib. VIII. lib. V. Epist. LXXIII.

[3] Sepulv. in Epistolar. lib. V. Epist. LXXII.

(a) Turduli pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, ubi urbs Corduba est.

tur, quæ quidem emitteretur in publicum cum propter rei magnitudinem, tum verò quòd ad Hispaniæ gentes, itemque ad Christianam rempublicam tam arête pertineret; Ant. Augustinus multa ejus libri exempla typis describi, vulgarique curavit: atque existimavit quidem, id Sepulvedæ fore gratum; neque enim eum librum conscripserat, ut silentio sepeliretur; neque alia de causa tam acriter pro ea re propugnauerat, nisi quòd ei, quæ diceret, certa viderentur esse, & quidem digna, quæ pro certis haberentur. Enimvero licet multa descripta typis fuissent exempla, ut ipse Ant. Augustinus ait (1), sive non pauca, ut ait Nicolaus Antonius sequutus in ea re Andream Schottum, qui quidem conscripserat Genesii Sepulvedæ vitæ historiam, quæ habetur in principio eorum voluminum, quibus omnia Sepulvedæ scripta continentur, quæve ab Arnaldo Millio edita fuerunt Coloniae Agrippinæ An. MDCII. Nihilominus postea rarissimus is liber effectus est; ut quidem Millius exemplum illius habere non potuerit, neque eum Nicolaus Antonius unquam viderit: itemque ego omni adhibita diligentia illum videre non potui. Andreas Schottus inquit (2), Antonium Augustinum permisisse, eum librum in tenebras conici; quod agnovisset, magnas rursus de ea re in Hispania controversias agitari: quæ quidem adeo longe progressæ fuerunt, ut Rex An. MDL. jufferit, Vallisoleti doctorum hominum haberi conventum, qui diligenter expenderent eum librum, tum librum quoque, quem scripserat Bartholomæus Casafius, sive Casausius Hispalensis, Chiapensium Antistes; qui, quod e Dominicanorum esset familia, multos habuit ex suis sodalibus, peracresque fautores. Hujus autem inter scripta, quæ sane rariora facta sunt, typis descripta Hispali in ædibus Sebastiani Trugilli An. MDLII. quamvalidæ apparent rationes, quibus Sepulvedæ opinionem oppugnavit, ad id Collegium missæ. Quamobrem minus mirum videri debet, Melchiorem Canum, qui ad insulas Fortunatas ampliissimum gerebat Sacerdotium, virque erat præclarâ eruditione, summoque ingenio, sed naturâ asperimus, ita de Genesio Sepulveda illiberali quidem sermone scripsisse (3): *Sepulveda homo neque meo judicio imperitus, & suo valde doctus, certe & eloquendi arte clarus, & a Theologiæ studio non abhorrens.* Adeo inurbanâ oratione magis Ciceronem (4) imitatus mihi Canus videri solet, quam ea loquutus, quæ quidem Sepulvedam tanti nominis virum decuissent. Sed tantum abfuit, ut hunc pœniteret, sese Democratem alterum conscripsisse, ut iis hominibus satisfaciendum duxerit, qui illum oppugnantes librum verborum rerumque sensus evertabant; multaque effingebant, quæ erant nullibi. Itaque Romæ An. MDL. edidit alium librum, qui inscribitur *Apologia pro libro de justis belli causis contra Indos suscepti.* Is liber nostris quoque temporibus existit; atque ex eo cernitur quid Sepulveda dixisset, ac nonnullorum malitia, qui illum impugnabant quæstionemque de iis rebus instituebant, de quibus nulla erat quæstio. Quod quidem frequentius facere consueverunt homines molesti, & popularium contentionum cupidi. Sed, ut ut res sese haberet, liber, quod quidem ego sciam, ab eo magistratu, qui ab inquirendis de religione erroribus nomen accepit, interdictus non fuit: quamquam vero non desissent qui eam rem maxime urgerent. Quinimmo, si ipsemet Sepulveda in re sua fidem meretur, Ferdinandus Valdesius, Hispalensis Pontifex, qui in eo magistratu præfecturam gerebat, quum universam illam disputationem legisset, ac diligenter considerasset, sententiam aperuit suam his verbis: „Dicam quod sentio. Ii, per quos primò effectum est, quòd minus liber emitteretur in lucem, sese optime gerent, si illum typis majoribus diligenter descriptum pro rostris in tota Hispania recitari cureat“ (5). At quamquam liber ab eo magistratu interdictus minime fuerit: illi tamen qui Regi ab negotiis Indicis sunt, omnia illius libri exempla e medio tollenda curarunt (6).

Quæ quum ita sint, liberatur plane omni culpâ Ant. Augustinus, qui illum vulgaverit librum, ex quo tam graves controversiæ ortum habuerant. Ego vero illud dolerem, ejusmodi librum, proptereaquod in eas incidit suspiciones, rarissimum fuisse factum.

Dum hæc agebantur, Philippus Secundus Hispaniæ Rex Ant. Augustinum præmiis ornare cogitabat. Itaque quum XI. Calend. Decembr. An. MDLIX. mortuus esset Michael Despuigius Ilerdensis Antistes, Rex mense Martio id sacerdotium Augustino mandari censuit, Piusque Quartus Pont. Max. reipsa mandavit a. d. III. Id. Octobr. An. MDLXI. (7) sive (ut Petro Valerio magis placet) VI. Id. Sextiles. Tunc vero amici ejus mihi dubitasse videntur, an id muneris recusaturus esset, necne: ut ex litteris apparet ad Hieronymum Zuritam XV. Calend. Junias Romæ datis, in quibus ita est adscriptum: „Quod mihi tu, & Paetius necessarius noster gratulamini, mihi sane pergratum fuit. Pluribus verbis non erat opus, quibus me hortaremini, ut urbe relicta me Ilerdam conferam. Id enim valde cupio, atque adeo magis utroque vestrum; ut scilicet in Patriam, & ad propinquos, necessariisque meos, inter quos tu primas tenes, aliquando redeam“.

Non

(1) Ant. August. *ibid.* Epist. LXX.

[2] *In Sepulv. vita præfixa ejus operibus.*

[3] *De Humanæ Histor. auctorit. lib. IX. pag. 572.*

cap. V.

(4) *De Orat. lib. I. cap. LXXXIII.*

(5) *Sepulv. in Apolog. pag. 440.*

(6) *Barcia in Biblioth. Orient. Epit. vol. II.*

(7) *Constit. Synod. Ilerd. pag. 177.*



Non tamen illico in Hispaniam reverti potuit. Namque tunc temporis agebatur Tridenti celebris ille conventus propter universæ tranquillitatem reipublicæ, quæ tamen fati constabili-ri non potuit. Itaque a. d. V. Calend. Sextil. An. MDLXI. Augustinum Pontifex Max. iussit Tridentinum adire Concilium; reque ipsa a. d. VI. Calend. Septembr. Roma Tridentum profectus est, atque Octobr. menſe Florentiam, Bononiam, Venetiasque attigit. Bis crediderim Augustinum Tridenti fuisse; nam prid. Calend. April. An. MDLXII. Ilerdæ comitia primò habuit.

Itaque Româ se conferre Tridentum debuit; quo quidem in Concilio præclare suam plane singularem rerum scientiam prudentiamque, atque indolis suavitate patefecit. Erat eorum omnium, quæ ad religionem spectant, peritissimus; noscebatque quantopere sacerdotum mores ab ea sanctitate degenerassent, quæ antiquitus adeo fuerat in honore. Itaque cupiebat, eorum hominum vitæ genus ad veterem illam dignitatem, majestatemque revocari, atque restitui debere. Quocirca ita plane existimabat, quoniam corpori adhibenda esset medicina, initium a capite faciendum esse, ut membra omnia convalescerent; atque in ea re suâ sapientiâ, dicendique libertate utebatur; & quum ambas illas prudenter misceret simul, modeste inquit, ut quondam Propheta Jonas (1); „ Nostrâ scilicet culpâ factum est, ut in Gallia, & in Germania tam graves obhortæ sint tempestates. Itaque ab religiosis hominibus est initium faciendum. Quare id agite, Patres, ut vestris consiliis rempublicam, quæ jam prope casura videtur, sustineatis“. Hac oratione multum profuit ad ea decernenda, quæ de ordinum disciplinâ decreta fuerunt.

Inter plurima magni momenti negotia illud statuere Patres cogitabant, ad Divinum Christi Corpus rite communicandum sanctissimo τῆς ευχαριστίας mysterio, opus non esse, illud per speciem tum panis, tum vini deferri. Per eam occasionem Ant. Augustinus dixit, quæ legerat in quodam codice, qui adservabatur in Vaticana Bibliotheca; eâque fuit sententiâ, ut id caput clarius conscriberetur, ut quidem factum fuit [2]. Cum hæc acta essent, Paullus ille Sarpus, qui propter insignem stili suavitatem suavis meruit appellari, sed propter iniquissimas obrektiones calumniator dici debet, in Tridentini Concilii, quam confecit, historiâ scripsit, Ant. Augustinum, quum Ferrierus Præses e Concilio egressus esset, eumque nescio quid interrogasset, ridicule respondisse; proptereaquod historiâ ignoraret. Qui Ant. Augustini modestiam probe norunt, quem quidem nunquam puduit fateri, atque adeo scribere, sese multa nescire, facilius judicabunt, Sarpium omnia funditus evertisse, quam Augustinum hominem fuisse ridicule ignarum (3).

Magna in eo Concilio exstitit controversia, quæ quamvis ad privatos tantum homines pertineret, mirificos tamen excitavit clamores. Erat enim ab iis Patribus, qui libris præerant interdicens, orta disputatio; quod quum iussissent, aliquot Theologos legere atque expendere debere librum quendam Bartholomæi Carranzensis, Toletani Pontificis, cui libro nomen Catechismo erat, hique respondissent, nihil sibi in eo libro reprehensione dignum visum esse; iudicium Patres approbaverunt, atque ipsius Toletani Pontificis procuratore id petente rem publicis monumentis testari non dubitaverunt. At quoniam is liber, ipseque, qui illum scripserat, Pontifex Toletanus Hispaniensi magistratui, qui inquirendis de religione erroribus præest, subdebantur, Gastelujus quidam, qui ei magistratui a secretis erat, scripsit de ea re ad Lunensem Comitem, graviterque cum eo fuit conquestus: Hic verò cum iis Patribus diligenter egit, decretumque e medio petiit tolli. Gravate illi; quòd sibi æquitatis consilium plenissimum videretur. Ibi tum Ilerdensis Antistes Ant. Augustinus plura contra id decretum locutus est; atque quædam indicavit libri loca, quæ, ut ipse interpretabatur, reprehensione sibi digna videbantur. Longius etiam progredi non dubitavit. Iudicium enim, quod factum fuerat, palam improbavit, dixitque, eos Patres ipsâ rei conscientia fati stimulari debere. At Antonius Muglicianus, Pragensis Pontifex, qui inter illos Patres Præfectum gesserat, pro se proque omni eo Collegio cum Pontificis Max. Legatis conquestus est; ab eisque petiit, ut suam aperirent de ea re sententiâ; illud affirmans, sese ab omni conventu absuturum, donec sibi, ut oportebat, fati foret factum. Tum vero Moronius Cardinalis se in eam controversiam interpoluit, remque ad concordiam facile addaxit his conditionibus: Ut ejus chirographi, quo illi Patres Pontificis Toletani librum publice approbaverant, ulla amplius exempla ne exscriberentur: Ut Ilerdensis Antistes sese illi Patribus, Pragensique in primis Pontifici coram excusaret: Atque ut utraque pars silentium faceret. Hac itaque ratione ea fuit controversia sedata. Atqui memoriæ nunnulli prodiderunt, Lunensem Comitem e manibus procuratoris Pontificis Toletani eripuisse, sive ipsum potius procuratorem precibus, quibus resistere haud poterat, adstrictum Lunensi illum chirographum tradidisse. Quamquam autem illi Patres Pontificis Toletani de Catechismo Christiano commentarios publice approbavissent; fuit nihilominus iis commentariis locus datus in volumine librorum interdictorum, quod Pii Quarti Pont. Max. auctoritate typis editum fuit; quodque postea Sixtus Quintus auxit; atque rursus Clementis Octavi jussu

[1] Jonæ I. XII.

[2] Conc. Trid. Sess. XXI. capp. I. &amp; II.

(3) Pallav. in Hist. Concil. Trid. lib. XVII.

cap. VII.

\* In 8<sup>o</sup>. su typis vulgatum fuit Hannoviæ An. MDCXI. \* In eo etiam librorum interdictorum volumine locum habuerunt, quod Madriti editum fuit An. MDLXXXIII. mandante Gaspare Quiroga Cardinali Pontifice Toletano. \* Item in eo librorum interdictorum corrigendorumque volumine, quod typis vulgatum fuit Madriti An. MDCXL. \* quo tempore ejus in Hispania magistratus, quem ab inquirendis de religione erroribus nomen habere diximus, præfecturam gerebat Antonius Sotomayorensis. In eo quoque librorum interdictorum volumine, quod Innocentio Undecimo Pont. Max. imperante fuit Romæ typis editum An. MDCLXXXI. \* In illo etiam, quod Clemente Undecimo Pont. Max. typis fuit Romæ divulgatum \* An. MDCCXVI. Atque demum in omnibus iis, quæ diversis temporibus edita in Hispaniâ fuerunt: Ut etiam si Franciscus Forerius, qui Xlviris, qui ei rei præfuit, a secretis erat, postrid. Calend. Jun. An. MDLXIII. arbitrium typographo fecisset, uti illos commentarios posset in publicum proferre; atque ipse postea Pius Quartus Pont. Max. a d. VI. Calend. Quintil. ejusdem anni facultatem concessisset, uti Romæ suis sumptibus typis describerentur; non tamen vel tunc temporis, vel unquam postea ii commentarii fuerunt typis descripti; quod scilicet is scriptor adversarios habuerit quamplurimos. Quod sane magno nobis argumento esse debet, Ant. Augustinum optimis fultum fuisse rationibus. Quare ab ipso Augustino fuisse epistolam quandam exaratam crediderim, quam peracrem sane in Martinum Aspilcuetensem Vasconem [a], qui Pontificis Toletani partes summo studio tutabatur, manuscriptam legi.

An. MDLXIII. Joannes Villeta Theologiæ Doctor, qui in ea Academia, quam Raymundus Lullus antè instituerat, ludum exercebat, tam pro se, ut qui in ea Academia præceptorem gerebat, quam nomine amplissimorum virorum Joannis Lulli, & Galcerandi Paulli Lulli Barcinonensium, qui Academiam illam, cæteraque, quæ fuerant a Raymundo Lullo supremis tabulis instituta, administrabant, ab Tridentino Concilio (ut Andreas Moragueusius in \* Annalibus scriptum reliquit) petiit, ut in librorum interdictorum volumen nullus Raymundi Lulli liber referretur. Negabant enim ei viro talem notam inuri oportere: quod fuisset (ut ipsi putabant) per calumniam malitiamque ab improbis hominibus confectum quoddam Gregorii Undecimi Pont. Max. decretum, quo nonnulla Lulli scripta interdicerentur. Itaque negotium certis viris datum est, qui ad decem & septem fuerunt, hoc est Venetus Pontifex \*, quattuor minores Pontifices \*, quattuor Antistites \*, Sacerdos majoris ordinis unus \*, duo Sodalitiorum Præfecti generales, atque Doctores quattuor multâ scientiâ clari, referente Ilerdensi Antistite Ant. Augustino: Atque quum hic quid sibi de tota re videretur iis Patribus retulisset, decretum pro Raymundo Lullo factum fuit; ut memoriæ tradiderunt Moragueusius, & Vincentius Mutius (1), atque pluribus etiam Cufurerius (2).

Nimius essem si ea omnia, quæ Ant. Augustinus in Tridentino Concilio gessit, singulatim narrare velim. Illud autem præteriri nullo modo potest, ipsum Concilii Patribus auctorem fuisse, uti statuerent, nulla minorum Pontificum iudicibus \* litium præmia deberi; quam ipse postea legem mandavit servari quum Ilerdensem, quumque Tarraconensem obtineret Provinciam.

Tridentino peracto Concilio Carolo Lotharingio, & Ludovico Madrutio Cardinalibus mandatum est, ut illud conscriberent decretum, quod nuncupatur *De recipiendis, & observandis Decretis Concilii*. Fuit autem & mirâ prudentiâ comparatum, & gravibus electisque verbis compositum. Ii autem viri, ut sibi commissum negotium ex sententia conficerent, Ant. Augustini & Didaci Covarrubiæ (3) operâ usi sunt. Stilum ad Ant. Augustinum referendum esse crediderim. Incipit autem: *Tanta fuit horum temporum calamitas.*

Cum in Hispaniam Augustinus, Tridentino misso Concilio, cogitaret; ibique pro eo, quod gerebat, munere nova sibi fore studia videret a. d. V. Id. Februar. An. MDLXIV. Hieronymum Maljulium familiarem suum cum librorum manu scriptorum armariis octo Bononiam ad Divi Clementis Collegium misit. Qui vir eo cum libris pervenit XVIII. Calend. Apriles. Magna eorum librorum parte legum, pontificiorumque decretorum interpretationes continebantur: Atque ex illis plurimos fuisse antè Ludovici Gometii creditum est; quod ejus nomen in iis esset adscriptum.

Itaque Tridentino feliciter peracto conventu in Hispaniam Ant. Augustinus reversus est An. MDLXIV. una cum Oscensi Antistite Petro Augustino Fratre. Didacus Covarrubia memoriæ tradidit, Tridentini Concilii finem fuisse factum Nonis Decembr. An. MDLXIII. seseque in Hispaniam profectum pervenisse Barcinonem a. d. IV. Calend. intercalares alteras An. MDLXIV. Antonius autem Augustinus terrestre fecit iter, perque Gallias adequitavit, atque ex equo forte decidit, sed nullum habuit detrimentum. Barcinonem Petrus & Antonius Augustini pervenerunt, qua in urbe expectabantur ab Joanne Augustino Fratre, &

ab

[1] In *Balearis Majoris Hist. lib. II. cap. XIV.* II. & præsertim ad pag. 317.

[2] In *Dissert. Hist. de Raym. Lullo Diss.* [3] Covarrub. *lib. XXIV. cap. VIII. num. VI.*

(a) Vascones pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie Navarra dicitur.



ab Isabella Sorore, quæ Cardonensium Ducis uxor erat, atque ab aliis quoque propinquis. Barcinone Ant. Augustinus Ilerdam recta contendit quò sacrâ hebdomade pervenit. Statim provinciæ diligenter amanterque administrandæ totum se dedit. Illud in ea re admiratione, plurimaque laude dignum est, Augustinum ne excurrisset quidem in patriam, qua tamdiu abfuerat, sed ad Ilerdensem, quam obtinebat, provinciam recta contendisse. Eam deinde quotannis conventibus agendis lustravit (1).

Eodem anno MDLXIV. a. d. VI. Calend. Septembr. edicto jussit, uti Tridentini decreta Concilii servari deberent. Ea res offendit Collegium Sacerdotum Ilerdensis maximi Templi; cui quidem id Augustinus fecisse videbatur contra quam inter Antistites, & Collegium illud convenerat; eaque propter ii viri Conventum Provinciâlem Tarraconensem appellaverunt. Porro id constat ex illius anni actis, quæ in eo Templo servantur. Visum fortasse Augustino est, ad se unum eam rem, non ad Collegium illud pertinere. De mense Octobr. iter Tarraconem versus cœpit facere, ut Antistitum Conventui, quod ibi agebatur, interesset. Postea vero Ilerdæ conventum habuit.

An. MDLXVI. quum Barcinone esset litteras Idib. Februar. dedit ad Pium Quintum Pont. Max. quibus litteris dignitatem amplissimam homini est gratulatus, dixitque, omnes Hispaniæ Pontifices Antistitesque paratissimis esse animis ad mores conformandos rectiusque instituendos: Urbanam novam morum informationem collaudavit; pollicitusque est, Hispanos Concilii Tridentini decreta executioni fideliter mandatuos (2).

His sane rebus cumprimis distinebatur assidue. Enimvero qui semper humano generi prodesse concupierat, si quid temporis vacuum dabatur, ea in ordinem redigebat planeque absol-vebat, quæ ad jus cum civile, tum pontificium spectantia jam pridem exaraverat, extremâque additâ manu identidem vulgabat. Itaque perlongo annorum cursu usque ad extremum vitæ diem multa edidit, quæ partim ad jus civile, eaque adolescens conscripserat, partim vero pertinebant ad jus pontificium, eaque scripserat maturiori ætate; nonnulla quoque, quæ per ocium facta fuerant, sed tantæ illa quidem utilitatis, ut videri possit, quam probe noverat argumenta quæcumque, etiam quæ ad urbanitatem quandam venustatemque pertinerent, cum eâ, quaungebatur, dignitate conjungere. De omnibus autem, quæ scripsit, sermonem habebimus, seriemque annorum sequemur, quibus singula in lucem prodierunt.

Ab instituto meo non erit alienum, ut quæ An. MDLXVI. Latinus Latinus ab Ant. Augustino percunctatus est, quæve Augustinus responderit, breviter exponam. Nam sæpius accidit, ut hac de re inter homines quæretur; multique sunt, qui errore ducantur. Itaque Latinus ita ad Augustinum scripsit: *Nunc abs te pro singulari tua in omnes humanitate peto, ut quod viris doctis certe, & iudicio non mediocri præditis in dubium venisse audio, tuâ sententiâ definias: Quod & te facile præstare posse, certo scio. Est enim quæstio, ut ego quidem sentio, indigna, de qua viris doctis dubitandum esse censeam; & mea tamen plurimum interest, eruditorum virorum tui similibus suffragiis quorundam pertinaciam retundi, qui nisi quid ipsi primi viderint, aut senserint, nihil videri rectum putant. Est autem hæc quæstio: Ejusne, qui die XVIII. Decembr. mortuus est Anni MDLXVI. inscribendum sepulcro sit XV. Calend. Januar. MDLXVII. an vero MDLXVI. ut adhuc videmus in usu, & more positum.* Ad Latinium Augustinus rescripsit hoc exemplo\*:

*Ant. Augustinus Episc. Ilerdens. Lat. Latinio Sal.*

*Nunquam putarem in re levi, & quæ prima fronte non videatur esse digna, ut scribis, doctorum virorum cogitatione, diutius fore dubitandum: nisi me ipsum illud, quod dubitationem aspernatur, movisset, ut aliquid acutius excogitarem, ne tibi dubitationis expertem quæstionem proponenti, vulgari quoque litterarum genere rescriberem, & me eadem sentire quæ te, ac ceteros crederem, affirmarem. Sed cum tu neutram partem definias, ego meam explicem oportet: quæ sive eadem sit, sive aliena ab ea, quam tu carere dubitatione existimas, eam ad te mittere non dubitavi. Quæris, ejusne, qui die XVIII. Decembr. MDLXVI. mortuus est, inscribendum sepulchro sit XV. Calend. Januar. MDLXVII. an. XV. Calend. Januar. MDLXVI. quod in usu & more positum esse affirmas. Quid movet eos, qui aliter scribunt, quam in usu sit, existimo esse, quod illis verbis XV. Calend. iam intelligimus quintum decimum diem ante Calendas Januarias, quæ Calendæ Januariæ futuræ sunt anno MDLXVII. At qui usum vulgarem secuntur, cogitant, eum diem, qui est quintus decimus Calendarum esse anni MDLXVI. licet ipsæ Calendæ Januariæ sint anni MDLXVII. Eadem quæstio foret, si quis Calendis natus esset: diceret, pridie Calendas, pridie Natalem meum quinquagesimum; sed non diceret, se quinquaginta annos natum ante ipsas Calendas. Si Indictio Calendar. Septembr. mutaretur, quarto Calend. Septembr. Indictionis septimæ scripsi, significaret illum Indictione sexta scripsisse ante Indictionem septimam? Quid in annis Imperii, Pontificatus, Regni, si Calendis initium sumserunt? An dicemus mutaturum Ponti-*

Tom. II.

e

ficem,

[1] Didacus Murillus in lib. de extructio-  
ne Ædis Pilariæ pag. 438.

[2] Abrahamus Bzovius in Opere posth.  
Annal. Eccl. f. 274. ad An. Chr. MDLXIV.

\* Epist.  
extat in Bi-  
blioth. Vatic.  
Cod. 6201.

*ficem, aut cæteros, annos post Idus proximi mensis? Non igitur habenda est ratio Calendarum; sed eius diei, qua scriptum, vel gestum quid est. Idque recte in usu, & more est, nec facile mutandum: nisi pro tuo acumine aliud videatur. Aride expecto miniatulas ceras, ut ille ait, tuas in iis, quæ superioribus diebus conscripsi primus de controversia Sigoniana. Tu valebis, & nos amabis. V. Idus Februarias. Tamarito.*

Ita Augustinus Latinii litteris Tamarito rescripsit; ibi enim Antistitis vice fungebatur, quod quidem munus adeptus fuerat cum ad urbem XIIviratum litium iudicandarum gerebat, ut constat e quodam volumine, quod adservatur in tabulario Ilerdensis maximi Templi, quo in volumine Sacerdotia, quæ suis orbantur Sacerdotibus descripta leguntur. At mihi quidem videtur in annorum scribendo numero vel temporis, quo quis scribit, vel Calendarum habenda ratio. Quapropter si litteras darem hoc anno MDCCLXIV. a. d. XVIII. Calend. Januar. ita adscriberem: *Olivæ Anno MDCCLXIV. XVIII. Calend. Januariæ.* Qua in re satis patet, eas Calend. Januar. ad An. MDCCLXV. pertinere. At si id mihi placeret dicere, possem sine reprehensione ita adscribere: *Olivæ XVIII. Calend. Jan. Anni MDCCLXV.* Re autem non satis declarata, ita de annorum numero intelligendum est, ut ad tempus, quo quis scribit, sit referendus.

Eodem An. MDLXIV. quo anno in Hispaniam Ant. Augustinus reversus erat, juris ille doctor omnium plane præstantissimus Jacobus Cujacius in lucem protulit libros VI. VII. & VIII. Observationum; atque ad finem capitis XL. libri VIII. postquam utilitatem græcæ interpretationis Constitutionum Justinianearum exaggeravit, multisque verbis commendavit illarum lectionem ita colligit: „ Juris studiosos hortor, illos quidem, quibus licet esse otiosis magis, quam mihi, qui maximis distineor occupationibus; ut veteribus libris, iisque qui vulgo circumferuntur invicem diligenter collatis “ ( loquebatur de duobus earum Constitutionum exemplis, quæ diversis temporibus edita fuerant; unum namque primus omnium ediderat Ambrosius Camaldulensis, qui Chrisoloram audiverat, illudque ex Nicolai Boerii exemplari excrisperat; alterum verò ediderant Ludovicus Miræus & Emarus Ranconetus An. MDLX.) „ hos mendis omnibus purgare curent, emendatosque ad veterem eorum famam auctoritatem, que restituant “. Cujacius Ant. Augustini consilium, quod multos ante annos ceperat, divinasse videtur: qui quidem publicâ utilitate permotus, atque etiam quod forte in ea re a nemine vellet præiri, edidit Ilerdæ An. MDLXVII. plurimas græcas Constitutiones, quæ in Justiniano Codice non erant. Veterem addidit Novarum Constitutionum interpretationem ab Juliano confectam, qui juris scientiam Byzantii profitebatur, tuncque id munus summo erat in honore: proptereaquod juris disciplina, cæteræque artes liberales eo tempore tribus tantum scholis publice tradebantur; quarum una erat Beriti, altera Romæ, tertia Byzantii. Is Julianus græcas Constitutiones latine convertit. Volumen ex illis Ant. Augustinus composuit longe quidem plenius splendidiusque, quam quod tunc temporis vulgo haberetur. Illas vero constitutiones Augustinus excrispsit e plurimis græcis voluminibus, quæ eo tempore in tribus Italiæ locupletissimis bibliothecis adservabantur, hoc est Romæ, Florentiæ, & Venetiis. Præsertim vero in Veneta Divi Marci Bibliotheca cum libros græcos excrisperet legeretque eâ mente, ut aliquid inde legum, pontificiorumque decretorum erueret, in perveris Novellarum volumen incidit, ex quo ea fere omnia excrispsit, quæ in Norico deerant volumine (1). Multos item emerat libros: alios quoque per librarios excrisptos sibi comparaverat. Magnam ejus laudis partem Joanni Metello Sequano referebat; a quo quidem Lugdunenses typographi exemplum constitutionum aliquot extorserunt: is enim ante omnes in Florentina Bibliotheca in quodam incidit volumen constitutionum, quæ ad religionem spectarent, ex quo multam illarum partem ambo eruerunt. Postea Augustinus vidit Romæ & Tridenti aliquot illius voluminis exempla pervetera. Plurimas etiam constitutiones excerptit ex tribus postremis libris Codicis a Jacobo Cujacio editi: Atque Cujacius quidem edito Basilicorum libro LX. multum auxilii Augustino dedit, ut ejus liber in lucem prodiret locupletior: Et sane longe plus auxilii dedisset, ut quidem Augustino spes erat, si eo vivo typis descripti vulgatique fuissent reliqui Basilicorum libri, quibus Cujacius pollicitus fuerat, sese constitutiones græcas copiosius vulgaturum: quibus quidem aucta res litteraria fuit, mortuo Cujacio, curante eximio illius auditore Carolo Hannibale Fabroto, multâ exquisitâque doctrinâ viro. Itaque jure ac merito ait Ant. Augustinus (2), sese iis colligendis edendisque constitutionibus ullum neque sumptum, neque laborem reliquum fecisse, quin summam ei rei adhiberet industriam. Eò autem constitutionibus illis divulgandis spectabat; uti cæterarum sensus facilius intelligeretur, eorum temporum historiâ patefactâ; antiquitatis cognoscerentur mores; verborum, quorum in legibus plurimus est usus, interpretatio haberetur; & quod maxime interest, ea aperirentur juris civilis loca, in quibus de his legibus mentio fit, sive de rebus similibus sermo habetur. Iis præterea constitutionibus multæ leges videntur fuisse latæ de sanctissima religione; multæ contra populos, qui ab ea dissentiant, contra Hebræos, contra illos, qui diis falsis sacrificantur; multæ de improbis sacerdotibus corrigendis; multæ etiam de templis, cæterisque pulvinaribus honorandis, ornandisque. In prima voluminis parte ante illas constitutiones posuit τὰ προλεγόμενα Matthei cujusdam Monachi,

[1] *Emend. lib. II. cap. IX.*

[2] *In Præf. Coll. Constit. Græc.*

quod



quod ea iudicaret digna, quæ legerentur; continent autem juris civilis historiam, multa que de Græcis juris Interpretibus.

Quod ad Julianum attinet, ea res multa complectitur. Tantum dicam, Ilerdensem Antistitem edidisse illum librum emendatiorem, pleniorumque, quam antè fuerat; licet in eo restituendo doctissimi viri diligentem posuissent operam. Sed vero ipse quoque falsus fuit, superesse adhuc nonnulla loca vitiosa, quæ quidem ab aliorum manibus remedium expectarent. Nonnullis locis libri ordinem immutavit, ut Novellarum Constitutionum ordini responderet. Latinas Constitutiones locis, quibus oportebat, aptavit; cum ut Juliani industria magis manifestaretur collatis invicem legibus; tum ut minor esset labor in græcis constitutionibus percipiendis, quæ idem attingerent argumentum. Laborem minuere semper maxime studuit. Sed ad majorem legentium utilitatem respiciens addidit τὰ παρατιτλά, indices, lectiones varias, & aliquot Juliani verborum, quæ subobscura essent, interpretationem; quæ quidem magno sunt auxilio adolescentibus, atque etiam iis, qui longius in jure civili progressi sunt.

Ego quidem Ant. Augustinum aliquo modo eâ gloriâ privarem, quæ tanto viro debetur, si illud silentio præterirem, multa ex his, quæ ejus parta labore sunt, postea eruditissimis Fratribus Petro & Francisco Pithœis vulgo fuisse relata. Siquidem sub eorum nomine quædam in Juliani interpretationem observationes editæ fuerunt, quas Ant. Augustini fuisse constat. Est autem quam verisimile, Pithœos Fr. ad ea, quæ jam ante typis fuerant descripta, sibi forte oblatas observationes addidisse; deinde ab nonnullis totum volumen fuisse exscriptum; atque ita eas observationes reliquæ scripturæ admixtas in Claudii Pelethieri Præsidis Bibliothecam allatas fuisse. Ex ea enim Bibliotheca erutæ fuerunt a Francisco Desmarefio Gallo, qui Lutetiæ Parisiorum jus civile profitebatur, atque illius operâ multo splendidoque artificio typis descriptæ editæque fuerunt Lutetiæ ex Regis typographiâ An. MDCLXXXIX.

Eodem An. MDLXVII. Ilerdensis Antistes librum curavit in vulgus edi, qui ita inscribitur: *Sacerdotale volumen, quod Ordinarium Ilerdense dicitur Ant. Augustini jussu editum. Ilerdæ apud Petrum Rob. MDLXVII.* Eum autem licet diligenter exquisiverim, nondum tamen videre potui. An. MDLXIX. a. d. III. Non. April. Concilium Ilerdæ iterum habuit.

An. MDLXX. Non. Januar. pecuniæ suæ tantum Ilerdensi maximo Templo donavit, unde perpetuo puer aleretur, qui iis pueris esset addendus, qui in eo Fano musicis rebus interveniunt. Quapropter ex eo usque tempore ii pueri sex numero sunt: ut patet ex tabulis illius Fani, quæ ad eum pertinent annum.

An. MDLXXI. volumen edidit, quod inscribitur *Breviarium Ilerdense recens ab Ant. Augustino Episcopo collectum. Ilerdæ apud Petrum Rob. (id est Roburium) MDLXXI.* Inscriptum volumen fuit *Breviarium Ilerdense recens*, ut ab illo distingui posset, quod in Indice librorum variorum Ant. Augustini \* nuncupatur *Breviarium Ilerdense vetus. Lugduni apud Dionysium de Harfy. MDXXXI.* \* Eum vidi librum in Hispaniarum Regis Bibliotheca, legique Præfationem, quæ eruditione plenissima vereque amplissimi viri pietate digna est. Post vero a. d. XIV. Calend. intercalare priores An. MDLXXII. Collegio Sacerdotum Ilerdensis maximi Templi placuit, ut Petro Roburio, quod voluminis illius exempla MD. typis in ea urbe, Antistite assentiente, descripsisset, sumptus impenderetur: Atque in tabulis, quæ ad illum pertinent annum, legitur, eam editionem vitii non caruisse.

Antonius Contius An. MDLXXI. in altera, quam conscripsit, Digestorum, quæ ipse edidit, Præfatione, falsus fuerat, sese Ant. Augustino multum debere, velleque iis uti auxiliis, quæ sibi vir eximius quotidie ministrabat, quum iterum Digesta esset editurus.

Per id tempus Ant. Augustinus graviter ægrotavit: Atque tunc, ut mihi quidem videtur, carmina duo latine alterum, alterum hispanicè confecit. Latinum carmen ita incipit: *Alme puer* &c. Hispanicum ita: *Tu, que Dios tienes por nombre, &c.*

An. MDLXXII. a. d. IV. Calend. Martias mortem obiit Petrus Augustinus Oscensis Antistes, fuitque in maximo Oscensi Templo humatus ad aram maximam sinistra parte sepulchri Joannis Arragonii Antistitis. Id enim ipse Petrus moriens ab Sacerdotum ejus Fani Collegio petiit, quod se indignum putaret, cujus quidem corpus sepeliri deberet ad dexteram tanti viri, quantus Joannes Arragonius Vasco fuerat. Petri Augustini sepulchrum, quod amplius non exstat, hanc habebat inscriptionem (1):

PETRUS AUGUSTINUS ANT. ET (2).  
EPISCOPUS OSCENSIS ET JACET.  
EX HELENEN. EPIS. ET ROTEN.  
PRIORE QUI BIS TRIDENTI CONCILII  
CAUSA AFFUIT.

VIXIT ANNOS LX. DIES III.

SEDIT ANNOS XX. VI. MENSES VIII. DIES XVIII.

IN A. D. V. KAL. MARTII. CIO. D. LXXII.

e 2

Post-

[1] Ainsa in lib. de Oscens. reb. claris III. cap. de Episcop. XXIV.

[2] Fortasse hæc desunt verba: ALD. ALBANELLE F.

\* Ad Cod.

329.

\* In 80.

Posteaquam Augustinus a Tridentino Concilio reversus fuit, secum ipse constituit ingenium omne, omnem industriam, diligentiamque ad rempublicam juvandam adiacere. Itaque totis viribus operam dabat, ut multorum Conciliorum acta tum græce, tum latine scripta colligeret, & aliquando in manus hominum ederet; illorum item vulgare cogitabat historiam, *σχόλια* quibus obsura quæque declararentur, & varias lectiones, quæ optimis exemplis invicem collatis haberi possent. Quamobrem exemplaria græca sibi curavit permitti, quæ in locupletissimis Italiæ Hispaniæque Bibliothecis adservarentur, quattuor Generalium Conciliorum; quæ quidem Divus Gregorius dicere solebat, Jesu Christi historia \* addenda esse (1). Enimvero ut maxima quæque sine Regum, vel potentum virorum auxilii executioni mandari non possunt; ita quum primò Augustinus eam rem animo agitare cœpisset, quid sibi esset virium attente consideravit, & quanti laboris opus susciperet. Itaque ad Regem misit Sebastianum Leonem doctum hominem, prudentem, impigrumque, qui sibi esset a secretis; ut id negotii diligenter curaret. Multis eum commendavit, & præsertim necessario suo Hieronymo Zuritæ his litteris:

„ Qui tibi has litteras reddet, Sebastianus Leo vir est, qui in te colendo nemini plane concedat. Itaque cum eum, tum quod is gerit negotium, tibi a me non oportet commendari. Rem consilio, tuâque in primis prudentiâ juvabis. Quare quæ maxime cupimus, ea omnino speramus futura. Cura ut valeas. Vale. VII. Calend. Octobr. An. MDLXXII. Ilerdæ “.

\* *Evangeliiis.*

Sese Ant. Augustinus ad omnes amicos suos convertit, uti negotium adjuvarent. Regi res affertur: Atque illud profecto demirarer, præclarissimam rem ab prudentissimo Rege nonuisse executioni mandatam; si minus scirem, maxima quæque dissidiis semper obnoxia esse, atque, quod pejus est, iis interdum difficultatibus impediri, quæ vinci nullo modo possint. Diem ex die regii ministri ducebant: Qui ejus generis hominum mos esse consuevit, injustus ille quidem; nanque ita frustra distinetur, ac inique illuditur humana spes: ut quidem eo tempore non sine magno reipublicæ damno Ant. Augustinus expertus fuit. Mihi quidem inest suspicio, eâ re nonnullorum hominum litteratorum invidiam fuisse excitatam, qui ejusmodi gloriam aut sibi reservari cupiebant, aut suæ ipsorum gloriæ impedimento fore putabant. Nam litteris, quas Ilerdensis Antistes a. d. IV. Id. Septembr. An. MDLXXIII. dabat ad Hieronymum Zuritam præter cætera hæc scripsit: „ Sese quoque pollicentur edituros aliquot Hispaniæ Conciliorum acta, quæ nemo unquam vidit. Utinam id agant incunctanter “. Postea vero hæc: „ Quod ad meum attinet opus, quanquam omnem fere abjecerim spem, nihilominus rem urgere non prætermitto; gloriosius enim quiddam esset, tantoque Rege magis dignum. Librorum, quos græcos habeo, indicem ad te mitto; ut, qui semper fui, liberalis potius, quam in petendo arrogans vobis videar. Nonnullius usus eum fore spero. Sin aliter evenerit, Ferdinandum Columbum imitabor: siquidem me ad alios viros principes vertam, servatâ tamen in patriam charitate. Mihi enim placere non solet, quod olim ii equites facere consueverunt, de quibus in historiis Hispaniensibus memoriæ proditum est “. Consequenti vero anno MDLXXIII. quum ad epistolam quandam rescriberet, quam acceperat ab præstantissimo illo doctorum hominum patrono, ac litterarum fautore Gregorio Decimotertio, ostendit ei, quid animo ageretur de Conciliorum actis cum græcis, tum latinis colligendis edendisque; itemque de pontificiis epistolis, quibus quidem fons & origo aperiretur, unde sacrorum institutio & sacerdotalis vivendi disciplina manat omnis: Atque illud plane affirmavit, sese, si vita sibi suppeteret, omne studium omnemque diligentiam in id opus, quod susceperat, collaturum; eumque rogavit etiam atque etiam, ut tantæ rei favorem, ac patrocinium porrigeret (2).

Ad Zuritam vero de ea re fovenda ita scripsit: „ Cum hæc scripisssem, litteræ mihi ab Rege, & ab Antonio Gratiano redditæ sunt. Pollicebatur Rex, sese ad ea, quæ optamus, alio tempore descensurum absolutis Isidori libris. Gratianus vero agebat, necesse esse Regem his rebus paulatim assistere, neque esse deterrendum. Ego autem sic judico; quo opus est majus, eo major Regem gloria sequetur: Quem quidem non decet minora agere, quæ quicumque facere possit. Abs te peto, uti litteras meas communicare ne prætermittas, deque tota re sermones habere cum iis, quibuscum habendos duxeris “.

Eodem An. MDLXXIII. Barcinonem se contulit, ut Antistitum Concilio, quod habebatur, interesset. Ibi litteras Gregorii XIII. Pont. Max. accepit, quibus petebat, uti sibi libros quosdam mitteret, qui multum ponderis habituri essent in eo emendando volumine, cui Decreto Gratiani nomen est. Romæ enim de illo volumine emendando maximopere agebatur. Alium quoque librorum, quos cuperet, indicem ad Augustinum miserat. Sibi etiam permitti polcebat Ilerdensis Concilii acta; tum Isidori exemplar pervetus, quod Cæsaraugustæ esse ferebatur. Atque iisdem litteris hortabatur eum, ut illi Gratiani Decreto emendando opem ferret. Augustinus lectis iis litteris statim in eo totus fuit, ut illos perquireret libros; in primisque ad Hieronymum Zuritam, qui libros manu scriptos habebat plurimos, magno illos quidem pre-

[1] *Lib. I. Regesti Epist. XXIV. Unde Canon Sicut. II. de origin. & auctor. Canon. Dist. XV.*

(2) *Ant. August. in Epist. ad Greg. XIII. P. M. apud Card. Aguirrium in vol. IV. Concilior. pag. 646.*



pretio comparatos, epistolam a. d. XII. Calend. intercalares primas dedit hoc exemplo: „ Scripsit ad me Pontifex Max., uti sibi Hispaniæ & Galliæ Conciliorum acta, quæ nunquam edita fuerint, itemque Isidori libros curem perferri. Tu velim mihi perscribas, unde ejus generis volumina haberi possint, atque etiam ea Conciliorum acta, quæ Isidorus collegit. Præfertim de Ilerdensis Concilii actis, quæ typis descripta passim habentur, quæsit, an in exemplari manu scripto quid amplius legatur. Quædam enim capita Gratianus profert, quæ nullibi reperiantur. Placentinum Antistitem mortem obiisse audivi “ ( is erat Petrus Pontius Legionensis primò Rodericopolitanus, post Placentinus Antistes, qui mortem obiit a. d. XVI. Calend. Februar. An. MDLXXIII. quum ejus in Hispania magistratus, qui ab inquirendis de religione erroribus nomen habet, Præfectus fuisset renuntiatus. Is Bibliothecam, in qua insignes manu libros scriptos habebat plurimos, Philippo Secundo Regi legavit ) „ Is perveteres libros, de Conciliis præfertim, habebat plurimos. Tu vide si quid de iis, vel saltem si eorum omnium index haberi possit: Atque si minus ii ad Regis Bibliothecam accedere omnes debeant, nobis nonnullos fac cures. Ego quidem me Tarraconem, indeque Ilerdam conferam. Tu velim, litteras ad me dare ne prætermittas, & Conciliorum negocium ne deferas “. Scripsit: *Si minus ii libri ad Regis Bibliothecam accedere omnes debuissent.* Certe illi omnes libri in Laurentianam Regis Bibliothecam comportati fuerunt, ut memoriæ prodidit Ambrosius Moralensis in Præfationibus librorum XI. & XII. Annalium, quo loco sermonem habuit de veteribus libris, deque aliis quibusdam subsidiis, quæ ad regiam bibliothecam augendam parata fuerunt. His itaque utitur verbis: „ Me vero Placentiam quoque Rex ( Philippus Secundus ) misit, ut inde efferrem quamplurimos libros veteres manu scriptos, qui Petro Pontio Legionensi, Placentino Antistite, demortuo “ ( hunc diximus vitæ sanctum esse (1) XVI. Calend. Februar. An. MDLXXIII. ) „ in ejus Bibliotheca remanserant. Et quanquam multa ex eâ Bibliothecâ volumina, præclara illa quidem, eruerim, quibus regia augetur bibliotheca, ut sæpe in historia dicendum mihi erit; tamen cætera omnia dignitate vincebat volumen quoddam pervetus, quo Conciliorum acta continerentur; quod quidem volumen fuerat ante te apud Benedictinos Sodales in adibus Millanis Cogollensibus. In eo legitur fuisse id volumen exscribi absolutum annis post Christum natum CMXCIV. atque adeo exscriptum fuit ante hodiernum tempus annis amplius DVIII. (a) Appellatur in eo Sancius Rex, & Urraca Regina itemque Rex Ramirus; atque hujus sub imperio legitur, fuisse volumen illud exscriptum a Sacerdote quodam, cui nomen Velasco erat, simulque a quodam illius discipulo, cui Sisebuto erat nomen. Neque hic opus esse arbitror, ut verba faciam de multis illis Conciliorum actis, deque aliis rebus, quæ hoc Codice continentur, quæve alibi reperiri non possunt; si quidem in historia de his omnibus, ut ipsa feret occasio, scripturi sumus. Nonnulla etiam in eo sunt, quæ volumine absoluto addita post eum annum fuerunt “. Huc etiam pertinent quæ Moralensis idem scripsit in principio notationum, quibus illustravit Divi Eulogii librum qui nuncupatur *Apologeticus*; itemque quæ scripsit Ægidius Gonzales Davila in volumine, quod inscribitur *Theatrum sacrum Sacerdotum Placentinorum*. \*

\* Ad fel. D.

Ilerdam cum rediisset, ad Pontificem Max. rescripsit eâ luculentâ plane epistolâ, quam nobis Aguirrius Cardinalis servavit (2), datâ Idib. Aprilibus.

Enimvero in ea epistola maxime notari debet, quod Augustinus ad Pontificem Max. scripsit, sese Conciliorum omnium acta cum græca, tum latina colligere; atque id opus, itemque novam universi juris pontificii distributionem duo quædam esse, quæ tanto Pontifice digna prorsus viderentur.

Eodem An. MDLXXIII. Ilerdæ Concilium tertio habuit. Tum de mense Octobr. quum patriâ annos XXXVIII. abfuisset, Cæsaraugustam se contulit suos propinquos salutatum; quod constat ex iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam IV. Id. Octobr. illius anni dedit (3).

Consequenti An. MDLXXIV. quum Ilerdensem Academiam Censor visiteret, Ilerdenses tot hominem molestiis vexaverunt, ut in oppidum Monzonem exful ire debuerit, unde tamen brevi post tempore rediit; nam eodem anno Tarracone Concilii causa adfuit.

Ilerdæ Ant. Augustinus litteras ad Fulvium Ursinum VI. Calend. Octobr. An. MDLXXIV. dedit hoc exemplo: „ In nescio qua Hispaniæ parte græcum nuper inventum fuit volumen, quo quidem præstantissima veterum Historicorum fragmenta continentur. Magnam eorum partem in manibus jam habeo. Reliqua exscribuntur. Næ ego si vel margaritæ, vel carbunculi, vel adamantes essent, tanti hauri iacerem. Omnium vetustissimus Polybius est, quem XL. libros scripsisse constat. Ex his nostri quam pauci integri nostris extant temporibus. Reliquorum usque ad XVIII. librum fragmenta habemus. Fragmenta verò hæc libros „ XXXVIII.

[1] Dormer. in *Progress. Hist. apud Celtib.* pag. 101.

[3] Dormer. in *Progress. Hist. apud Celtib.* pag. 386.

[2] In *vol. IV. Concil.* pag. 646.

(a) Error in annorum numero est: nam ab An. 994. quo volumen illud scriptum fuerat ad An. 1573. quo (vel etiam postea) Moralensis Annales scribebat, Anni 579. intercesserant.

„ XXXVIII. atque adeo amplius complectuntur. Cum in ea loca, quæ typis habemus edita,  
 „ incido, video in hoc exemplari illa quoque aliquid amplius continere. Sed longe plus lucri  
 „ in cæteris reperitur. Jam T. Livius furti nomine supplicio affici extremo oportet: propterea  
 „ quod totas paginas ab hoc excellenti scriptore furatus est. Eiusmodi furta ego quidem agnovi  
 „ in fragmentis aliquot præclaris, quæ habeo. Alia etiam fragmenta mihi sunt de Historiis tum  
 „ Romanis, tum Græcis: Quarum historiarum partem L. Florus, aliique breviter sunt perfe-  
 „ cuti; partem verò vel perperam narraverunt, vel exscripserunt. In eo Polybii XXXVIII.  
 „ libro illud legi proverbium τὰ μὲν δίδόμενα, quod in ea Ciceronis ad Atticum epistola est;  
 „ quodque Erasmo, Victorio, Manutio, aliisque faceffit negotium. *Nos cornicum oculos, ut*  
 „ *ajunt, (a) evangelia.* Sic igitur habeto: Multa hoc volumine præstantissima contineri. Aliàs  
 „ etiam Ant. Augustinus de his ipsis fragmentis sermonem habuit. Enimvero his omnibus, quæ  
 „ Augustinus Urfino suppeditabat, Fulvius Ursinus usus fuit in eo libro, qui ita inscribitur: *Se-*  
 „ *lecta de Legationibus, & alia fragmenta ex libris non exstantibus græce edita ex Bibliotheca*  
 „ *Fulvii Ursini. Antuerpiæ apud Christophorum Plantinum An. MDLXXXII.*

At vero Ant. Augustinus toti sacrorum disciplinæ pernoscendæ ita operam dabat, ut di-  
 „ sciplinas civiles ne desereret: quodam enim quasi vinculo junguntur simul. Quam igitur o-  
 „ mnia sedulo scrutaretur, ea res occasionem illi præbuit, ut de Alvaro Gometio Castrensi neces-  
 „ sario suo viro docto, in primisque modesto quereretur. Quod quidem ita se habet. An. MDLXIX.  
 „ *In fol.* Alvarus Gometius Castrensis edidit Compluti typis Andreæ Angulensis \* præclarum illum li-  
 „ brum, quem inscripsit *De rebus gestis Francisci Ximenii S. R. E. Cardinalis Archiepiscopi*  
 „ *Toletani*: Opus adeo eximium, ut Nicolaus Antonius, summo iudicio, plurimâque doctrinâ  
 „ vir, dixerit, sese sæpius dubitasse, an in eo scriptionis genere fieri quid posset præstantius, at-  
 „ que perfectius. Eum legit librum Ant. Augustinus, qui quidem Nicolao Antonio longe præsta-  
 „ bat ingenii acumine, iudicioque plane expolito: Studebat enim, ut iudicium suum rerum ma-  
 „ gnitudini responderet. Itaque librum legit An. MDLXXIV. deque eo illis litteris, quas ad  
 „ Hieronymum Zuritam dedit postrid. Calend. Februar. ita iudicavit: „ Librum De rebus gestis  
 „ „ Francisci Ximenii lectito. Mihi verò probatur: quanquam melior quidem, & elegantior esse  
 „ „ potuisset. Attamen multa continet, quæ mihi placeant. Unam minus probo Paulli Jovii i-  
 „ „ mitationem in quibusdam de fato, aliisque, quæ ea redolent tempora, cum falsi dii cole-  
 „ „ rentur. In hoc libro nonnullus est sermo de patre meo in carcerem coniecto, quem non le-  
 „ „ gisse mallet. Tu eam rem, ut spero, vix attigisti. Cupio scire quid egeris de re typographi-  
 „ „ ca; ubi, quomodo, quando. Sane id epistolæ caput multa continet, quæ observatione  
 „ „ dignissima sunt. Primò namque summa Ant. Augustini religio perspicitur. Qui quum eâ vive-  
 „ „ ret ætate, quando is minus scire latine videretur, qui a quadam loquendi ratione recederet,  
 „ „ quæ falsos antiquitatis deos omnino sapit, id tamen scribendi genus odio habebat: Quo uti-  
 „ „ nam Gometius, Jovius, Bembus, aliique similes abstinuissent, eaque pestis non usque in nostram  
 „ „ manasset ætatem. Deinde insignis ejus in patrem cernitur pietas, & singularis plane modestia,  
 „ „ qua Hieronymum Zuritam rogabat, ut in illum se faciliorem præberet: Quod quidem Zurita  
 „ „ fecit; qua propter ei Augustinus gratias egit, quod parentis sui honorem curæ habuisset (1).  
 „ „ Atque ille quidem a nobis defendi debet; ne tanti viri nomen eâ re obumbretur, neve calu-  
 „ „ mniatorum iniquissimæ artes victoriam cantent diutius (2). Itaque res ita se habet.

An. MDXV. Germana Hispaniæ Regina Cæsaraugustâ Bilbilim Novam profecta est con-  
 „ ventibus Celtiberorum agendis; in eâque re plurimum ponebat studium, ut Ferdinandus Rex  
 „ vir ejus, qui apud Numantinos (b) conventibus agendis distinebatur, iisque ipsum præsele oport-  
 „ „ tebat, in ea regione consuetis commodis, honoribusque frui posset non auctis sumptibus; ne  
 „ „ quid pecuniæ distraheretur ab iustissimo bello, quod pro Regno defendendo ad saltum Pyrenæum  
 „ „ tum gerebatur, quem saltum occupaverat cum exercitu Franciscus Primus Galliæ Rex. Regi-  
 „ „ nam comitabatur Ant. Augustinus Procancellarius singulari prudentiâ, multâque vir auctorida-  
 „ „ te: Nam propter egregia ejus merita dignitatem illam obtinebat, quæ apud Celtiberos princeps  
 „ „ habetur. Gravissimæ in iis conventibus exortæ erant difficultates: proptereaquod locupletissimi  
 „ „ viri, & Dynastæ, ac præsertim Michael Ximenius Urræus Arandensis Comes, & Jacobus  
 „ „ Martinetius Lunensis magnopere instabant, ne cui in posterum liceret in jus quempiam vocare  
 „ „ eâ ratione, quam Hispani *Perhorrecenciam* appellant. Est vero id iudicii genus, cum homi-  
 „ „ nes, qui Dynastis subiecti habentur, Regem appellant vel contra illos, vel contra consuetos  
 „ „ magistratus, quos habeant suspectos. Et quanquam ipse postea Rex Novam se contulisset Bil-  
 „ „ bilim; ii tamen viri nihil ipsâ Regis præsentia permoti, in sententiâ perstiterunt, neque ullo  
 „ „ modo ad obsequium redire voluerunt. Aliæ quoque dissensiones, controversiæque addebantur.

Qui-

[1] Ant. August. in *Epist. ad Hier. Zur.*  
*data XV. Cal. Jun. An. MDLXXX.*

[2] Hier. Zur. in *Hist. Ferd. Hisp. Reg. lib.*  
*X. cap. XCIII.*

(a) Ita habet M. S. a Mayansio ad nos missum: sed proverbium hoc apud Latinos nusquam est: potius,  
 qui callidi præ cæteris essent, dicebantur *Cornicum oculos configere.*

(b) Numantini pop. qui eam antiquitus incolebant regionem quæ, hodie Castella Vetus dicitur.



Quibus quidem omnibus multâ dexteritate, multâque in primis fortitudine Augustinus Procancellarius resistere debebat. Itaque tum his de causis, tum etiam ob reliqua, quæ agebantur, negotia, necesse erat, Reginam sæpius cum eo colloqui, considerareque qua potissimum ratione tot, tantæque res dirimi, definiri que possent. Quamobrem oportebat, ut illum sæpiissime appellaret, quicum secretò colloqueretur. Quæ quidem occasionem improbis hominibus præbuerunt (quod eodem anno in carcerem detrusus fuisset) suspicandi, atque adeo affirmandi, illum Germanam Reginam in sui amorem pellicere voluisse, eaque propter in vinculis haberi. Atqui credi minime potest, virum tam prudentem eò amentia pervenisse, ut Reginam cum primis gravem, atque modestam de amore tentare non dubitasset; itemque Ferdinandum Regem, qui honestatis, decorisque maxime retinens haberetur, tantum flagitii inultum, impunitumque relicturum fuisse: Qui quidem pro summâ ejus prudentiâ non eam rem magistratibus commisisset, ne (qui eorum mos est) magis scelus divulgaretur, quam ei digna statueretur poena. Enimvero res ita se habet. Alphonso Pontifici, Ferdinandi Regis Filio, haud probabantur, quæ Augustinus Procancellarius in iis conventibus gesserat. Atque ut plerumque consilia magis ex eventu ponderantur, quam ex rerum ordine, & temporum opportunitate; quibus tamen humana cogitur inservire prudentia; Ferdinandus Rex de Alphonso Filii sententiâ ea, quæ Augustinus gesserat, improbavit, eumque ad se venire jussit. Is Arandam Dueriam, quo in oppido erat Rex, pervenit Idib. Sextilib. An. MDXV. eâque nocte in ipso ejus diversorio fuit in vincula coniectus jubente Ferdinando Gometio Herrerensi Judice, statimque ab Joanne Villarazensi, qui Hieronymi Cabanillæ Præfecti Celerum vices gerebat, cum equitibus in arcem Simancasiam ductus fuit. Conditur in carcerem, in qua nemo esset alius, & ne ei quidem ab suis servis ministrari permittitur. Hominis comprehendendi causa fuit ea suspicio, quod minus recte negotia Regis curasset in illis Celtiberorum Conventibus. Causam Rex jussit agi apud Philippum Ferrariensem, qui quæstiones haberet, testimoniaque acciperet; ita tamen, ut reum neque absolvere, neque condemnare, neque publicis interdiceret muneribus possit. Mandata etiam data fuerunt Ferdinando Montemajorensi, qui Alamantiæ in maximo Templo per amplum gerebat sacerdotium \*, Nicolao Ticinensi Dominicano, Ludovico Joanni, Martino Pontio, Ludovico Montalteni, atque Garziæ Padillano & Jodoco Laurentino, qui duo Regi erant a consiliis; uti in omnibus Hispaniæ regionibus, quæ ad Celtiberorum Regnum pertinerent, atque in proximis Insulis, tum Neapoli, & in Sicilia de eo viro diligentius investigarent testimoniaque acciperent. Quos proxime nominavi, ii erant ex eo Collegio, quod Celtiberorum negotiis præesse consueverat: sed ex illo postea ad illud transducti Collegium fuerunt, quod negotiis præerat Italicis. Quæstionibus habitis, testimoniisque receptis tota res Francisco Ximeno Cardinali, eique Collegio, quod negotiis præerat Numantinorum & Carpetanorum (a), commissa est. Advocatis Filii Celtiberorum est accusatio demandata; omniaque diligentissime acta sunt, adeo ut nullus fraudi, nullus omnino gratiæ sit locus relictus. Dum hæc tantâ gerebantur severitate Augustinus Procancellarius se tamen noluit defendere; proptereaquod conscientia testimonio maxime fideret, speraretque fore, ut suâ ipse innocentia satis defenderetur. Tantum ad Regem libellum misit, eique significavit, sese in carcerem indictâ causâ fuisse contrusum; licet nonnullis fortasse meritis ornaretur. Regem etiam atque etiam rogavit, ut sua sibi flagitia patefaceret, seque vellet audire; deinde imperaret, quæ vellet. Interim Ferdinandus Rex a. d. X. Calend. intercalares primas An. MDXVI. mortem obiit: Atque Ximenus Cardinalis sive quod Carolus Austriacus, qui in regnum successerat, ita jussisset, sive quod Judices Augustino Procancellario potestatem fecissent causam coram novo Rege dicendi (quem Regem ipse appellaverat conquestus de quibusdam actis minus probe congestis) Aprili mense ejusdem anni MDXVI. ei arbitrium fecit in Belgas eundi. Itaque profectus in Belgas est, Bruxellamque Calend. Quintilib. pervenit. Continuo novum adivit Regem: Atque visis actis, quæ ob signata allata fuerant, erantque in iis scriptæ Judicum sententiæ, quibus causa in Hispania fuerat demandata; ac rebus omnibus mature consideratis (tantum quoad ea, quæ erant in actis; non autem quoad aliud quidpiam, quod ad ullam pertineret futilitatem, levitatemque) Rex, quum Philippus Ferrariensis, tamen potestate careret, Augustinum publicis interdixisset muneribus, eam interdictionem abrogavit, hominemque ad Procancellarii munus, ad ejus opes, nominisque famam restituit plenissimâ, eademque honorificentissimâ culpæ liberatione. Latam scripsit sententiam Hugo Urrius Ajerbensis, Regis Scriba a. d. IX. Cal. Octobr. An. MDXVI. Scribendo adfuerunt Petrus Urræus Regis ad Casarem legatus, & Petrus Matensis regiæ liberalitatis Administer, qui duo fuerant Antistites designati ille quidem in Sicilia Casaraugustæ, hic vero Turdetanorum (b): Franciscus & Joannes Bellomontani Consilarii, Joannes Acugna, Joannes Manriquiuis Larenis: Joannes Gonzaletius Villalimplicensis & Petrus Quintana Scribæ. Adfuerunt etiam Franciscus Zarzola, Joannes Laurentius Ferreira, & Ludovicus Cosco regii liberti. Hi quidem omnes scribendo adfuisse leguntur. Aderat præterea magnus equitum, virorumque principum nu-

\* Archidiaconus erat.

(a) Carpetani pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie Castella Nova dicitur.

(b) Turdetani pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, ubi urbs est, quæ Pax Augusta dicitur.

numerus; qui vel eo forte venerant, vel quadam permoti cupiditate sciendi, quorum tantæ expectationis iudicium evaderet.

Hoc itaque Ant. Augustinus plane cupiebat, Alvarum Gometium Castrensem vel totam eam rem silentio prætermisisse, vel si illam mavisset scribere, quemadmodum vere gesta fuerat, enarravisse; ut scilicet parentis nomen ne inquinaretur: Debuisset enim non solum dicere, eum crimine male gestæ reipublicæ, quod illi fuerat illatum, omnino liberatum fuisse; sed etiam addere, id ab unâ manasse calumniâ. Id itaque Ant. Augustinus (ut quidem credi par est) cum Alvaro Gometio aperte conquestus fuit; quare totam eam rem illum plane edocuit: Atque ut Alvarus Gometius veritati omnino inservire volebat; sed tamen Ant. Augustinum necessarium suum nolebat offendere; ei (ut quidem suspicor) respondit: Scriberet ipse illud historiæ caput, qua potissimum vellet ratione; sese id omne suâ manu plane exscripturum, atque historiam typis iterum eo modo describi curaturum: ut ea res quemadmodum contigerat, & quemadmodum ipsi placeret Augustino, in historia appareret. Ego quidem conjecturâ ducor, ut ita censeam: Namque totum illud iudicium in ea historia tam accurate, tamque exquisite enarratur, atque tanto nitore conscriptum est, eoque stilo, qui propter duritiem quandam Ant. Augustini stilo simillimus videatur; ut omnino illud historiæ caput Augustino referendum esse crediderim. Neque vero meam sententiam Alvaro Gometio injuriæ esse volo; cuius quidem doctrinam, iudiciumque plurimi facio. Jamdiu mirabar vehementer, Andream Schottum; qui unus scripsit, desiderium Alvaro Gometio fuisse, ut illud de Augustino Procancellario caput (1) in suo illo libro locum haberet, qui liber inscribitur *Hispania illustrata*; non illi capiti ullum dedisse locum. Enimvero animadverti postea, id fortasse non fuisse executioni mandatum, proptereaquod Hieronymus Blanca illud caput suis de rebus Celtiberorum Commentariis ad unguem iniecerat (2): Atque ita Schottum crediderim noluisse idem plane caput in diversis historiarum libris multâ legentium molestiâ iterari. Atqui quod Hieronymus Blanca ei capiti in suis commentariis locum dederit, mihi magno est indicio, illud ei ipsum Ant. Augustinum dedisse.

Sed jam ad viri sapientissimi Augustini vitam revertamur. Laurentius Surius Chartusianus Lubecensis, sapientiâ doctrinâque clarus vir; tametsi iudicio non quidem erat exquisitissimo; quum intellexisset, Ant. Augustinum Conciliorum acta græca & latina vulgatum esse, deque ea re cum Guillelmo Rovillio Lugdunensi typographo jam egisse, scripsit ad eum; ut permetteret, Gervasium Calenum Coloniensem latina Conciliorum acta typis describere, Rovillium vero græca. Itaque Ant. Augustinus a. d. VII. Id. Septembr. An. MDLXXV. homini respondit iis litteris, quas in nostram usque ætatem servavit Aguirrii Cardinalis (3) diligentia: Quibus sane litteris magnum ingenium suum, eruditionem insignem, atque animi ingenuitatem liberalitatemque patefecit. Ex ea epistola plane perspicitur, illi Conciliorum libris divulgandis neque animum, neque diligentiam, neque liberalitatem, sed tantum potestatem æquatque vires defuisse.

Eo sane erat animo Ant. Augustinus, ut maxima quæque aggredi, & perficere posset. Dum vero qua potissimum ratione executioni illa mandaret meditabatur; minora agere non omittebat. Itaque ad Gregorium XIII. Pont. Max. scripsit: Sese post multorum annorum peregrinationem cum in Hispaniam, quasi postliminio, reversus cognovisset aliquot apud Tarracenses, & Barcinenses exempla servari quattuor priorum collectionum earum Epistolarum Pontificalium, quas Decretales appellant, multum studium multamque operam in eorum lectione librorum posuisse, atque in iis etiam conferendis cum illo volumine, quod ex eisdem Epistolis Gregorius IX. Pont. Max. composuit; quod idcirco Gregorianum dicitur. Itaque Herdæ An. MDLXXVI. edidit *Antiquas Collectiones Decretalium* Notationibus illustratas; quarum singulis capitibus numeros addiderat. Ea quattuor Pontificalium Epistolarum volumina totidem habent auctores (4).

Primum namque confecit Bernardus Circa, qui in Ticinensi maximo Templo sacerdotium gerebat, postque fuit Faventinus Antistes. Is quidem Pontificum Maximorum Epistolas, nonnullaque ex Conciliorum actis excerpta capita collegit An. MCXL.

Alterum composuerunt volumen Gilbertus quidam, & Alanus: tametsi vulgatum fuerit sub nomine, neque sine multâ gloriâ, Joannis Gallensis, sive Vallensis Volaterrani. Continet autem id volumen eorundem Pontificum, atque etiam Celestini Tertii Epistolas ejus generis, quibus Rescriptis nomen est. Addita etiam fuerunt τὰ σχόλια auctoribus Vicente, Tancredo, Alano, Laurentio, aliisque. Multa alia quoque nullo auctoris nomine apparebant; quæ quidem eidem Joanni Vallensi tributa sunt.

Tertium composuit volumen Bernardus Major, qui in Gallæcorum maximo Templo sacerdotium obtinebat. Is quidem collegit Innocentii Tertii acta; adeoque liber nuncupatus fuit Romanus. Sed quum ea res apud Romanos offensionem peperisset; quod ibi quædam legerentur quæ

[1] Andr. Schottus *ad Calcem Orat. Fun.*

[2] Hier. Blanca *in Comment. de reb. Celtib. pag. 513. C. XIV.*

[3] *In Concilior. vol. IV. pag. 647.*

[4] Ant. August. *ad cap. I. de Constitut. in hac Collect.*



quæ locum in judiciis nunquam obtinuerant, ab eodem Innocentio impetrarunt, ut Pontificia auctoritate nova fieret collectio [1].

Quarti hujus voluminis auctor non fuit ab Ant. Augustino memoriae proditus. Is vero liber constat ex Concilii Lateranensis, quod sæpius Generale Concilium appellatum fuit, Decretis, atque ex Innocentii III. Pont. Max. Epistolis; fuitque comparatus An. MCCXV. Sane Anselmo Lucensi Antistiti, qui vixit Gregorio VII. Pontifice Maximo atque in ejus locum in amplissimo Lucensi sacerdotio successerat circiter An. MLXXX. tribui ea collectio non potest. De eo autem Anselmo Sigebertus (2) mentionem fecit; ejusque verba Ant. Augustinus notavit (3). Omnia adnumerat quæ ille scripsisset; sed de ejusmodi collectione ne verbum quidem. Nonnullis quidem placet, eum collegisse aliquot veterum de religione scriptorum, atque conciliorum, quæ pontificiâ auctoritate habita fuissent, regulas sententiasque. Atqui idem Ant. Augustinus aperte jam dixerat, quid ipse de hac collectione sentiret (4). Quamobrem licet Augustinus post tres illos libros quartam etiam edidisset collectionem: Non tamen hæc vere est, ut existimavit doctissimus Andreas Schottus (5), illa ipsa, quam idem Augustinus Anselmo Lucensi Antistiti tribuendam censuerat; sed tantum collectio quædam, quam ipse inscripsit Decretalium Collectionem Quartam. Continet autem plurimas Innocentii Tertii Epistolas, quæ tertio divulgato volumine fuerant conscriptæ, omniaque Concilii Generalis Lateranensis Decreta ejusdem Pont. Max. auctoritate comprobata. Multa sunt in hac collectione, quæ, quod in prioribus voluminibus dura nonnihil atque obscura apparerent, fuerunt postea, non sine magnâ prudentiæ & æquitatis notâ, in commodiorem usum redacta. Addita ab Augustino fuerunt τὰ σχόλια doctissime ab Joanne Teutonico, & a quibusdam aliis conscripta. Hic est ille Teutonicus, cujus nonnulla habemus doctissime scripta, atque ad Gratianum missa: eaque post a Bartholomæo Brixienti interpolata fuerunt, idemque de eis in collectione, quam ipse comparavit, mentionem fecit. Ab eo autem quamplurima eruit Bernardus Parmensis, cujus in Gregorianis τὰ σχόλια libris sunt nostris quoque temporibus magno usui; ut quidem notavit Joannes Andree Filius, atque sæpius eum appellavit testem, ejusque retulit verba additis, vel omissis, quæ sibi viderentur. Igitur utrisque nos uti possumus, & quasi e splendido quodam fonte aquam haurire optimam: Ut uno eodemque tempore videri possint quæ fuerint Innocentii Tertii verba, & quæ illorum interpretatio. Id volumen, itemque τὰ σχόλια Augustinus exscribi curavit e quodam exemplari, quod in Panormirana Bibliotheca adservabatur: atque illud cum libris Tarraconensibus, & Barcinonensibus contulit.

Id autem Ant. Augustino, quamobrem has ederet Collectiones, in causa fuit, quod magnam earum utilitatem probe consideraret. Quum enim eæ Pontificii juris fontes sint, puriores in sua ipsa origine ebibuntur. Multa dempsit auctor Gregorianæ Collectionis Divus Raymundus de Pennafort, quæ, nisi legantur, non recte ea, quæ reliqua sunt intelligi possunt; & sæpe sub diversis Titulis reperiuntur unius Rescripti partes; quæ sejunctæ quidem non nisi cum difficultate aliqua intelliguntur, simul autem positæ, utpote unius ejusdemque orationis membra, nedum difficultatem habent nullam, immo vero sensum clarissimum patefaciunt. Certior præterea in Antiquis Collectionibus inscriptionum & priorum nominum scriptura est, & apparet, quæ fuerint exscriptoribus errorum causa. Quare Innocentius IV. pleraque secundum autographa regesta mutari jussit. Nimia quoque Antonii Contii, & Joannis Quintinii confidentia detegitur, qui multa Pontificiis decretis inferuere. Eximiâ vero modestiâ Augustinus ingenium quidem laudavit; at illud tanquam mali exempli facinus, ut par erat, arguit, quod publicam auctoritatem invadere atque usurpare privati homines ausi essent. Ad quod accedit quod iidem, sive datâ operâ, seu quacunque alia de causa, complura omisere, quæ non minus habebant utilitatis, quam ea quæ ab ipsis scripta & publicata sunt. Consilium igitur Ant. Augustino fuit, eas separatim edere collectiones, easdemque notis, interpretationibus, aliisque auxiliis illustrare, quæ earum intellectum faciliorem lectoribus redderent; quum in aliud tempus differret publicare antiquorum interpretum glossas, quas ipse plurimi faciebat, Vincentii nempe Hispani, Alani, Laurentii, Tancredi, Joannis, Jacobi, & aliorum, qui, si jure agere possent, nudum relinquerent Bernardum Gregorianæ collectionis annotatorem.

At quum tanta fuerit utilitas, quæ publicationem illarum quatuor Collectionum sequuta est, & compertum sit, innotuisse Augustino quintam Collectionem Honorii III. successoris Innocentii III. a Tanredo Bononiensi Archidiacono publicatam; cujus interpretes, ut Augustinus animadvertit, (6) fuit Jacobus Albanus Faventinus Episcopus Henrici Ostiensis præceptor; credendum est, quintam hanc collectionem, quæ non minus aliis habuisset utilitatis, ideo non

Tom. II.

f

edi-

[1] Nic. Antonius in *Biblioth. vet. Hisp. Can. Eccles. Collectorum.*

lib. VIII. cap. III. num. 84.

(4) Idem *ibid.*

[2] In *Cron. An. MLXXXVI.* & in *lib. De Viris illustr. cap. CLXI.*

[5] In *Orat. Fun.* & in *Indice scriptor. Ant. August. edito. Antuerpiæ. An. MDXCVII.*

[3] In *judicio ac censura quorund. veter.*

[6] In *Procem. Veter. Collection.*



edidisse Augustinum, quod emendatum satis ejusdem exemplum non habuerit, sicuti priorum trium collectionum exempla a Tarraconensi, & Barcinonensi Ecclesiis, quartæ vero a Panormitana adeptus erat. Postea vero, anno scilicet MDCLXV. quintam edidit Innocentius Cironius (1) utriusque Juris Doctor Cathedrarius, Ecclesiæ atque Academiæ Tolosanæ Canonicus & Cancellarius, qui ad hoc pervetusto Albiensis Bibliothecæ MS. codice usus est, interpretationesque adjecit doctissimas, in quibus Historiæ, veterumque monumentorum luce eruditè multa illustravit, quæ maxime ad rectam epistolarum, quas Decretales vocant, intelligentiam conducunt.

\* De P. E.  
scurial.

Quum ego Junio mense ineunte anni MDCCXXXVI., etsi per tres tantum dies, regiam Iustrarem Bibliothecam \*, quatuor harum Collectionum in ea offendi atque agnovi Archetypum, quod in hæc definit verba: *flenda ulterius non committat*: scholia vero non habet. Duo ibi exempla præterea vidi anno MDLXXVI. Ilerdæ edita, quorum unum integris, hoc est non resectis, marginibus, quamplurimas habet Ant. Augustini notas, alterum vero emendatius notas pariter ejusdem Auctoris habet. In hoc secundo exemplari post verba, *explicit Collectio tertia Decretalium*, hæc sunt adnotata, quæ sequuntur, ab aliquo scripta ex Ant. Augustini exscriptoribus: *In fine operis quid affectionis ardor scholastica me cogit, ut quasdam Decretales, quas sub nomine Domini Innocentii III. habent scholastici, tanquam non suas respuat? Neque enim in registris ejus continentur, neque ab eo editæ comprobantur, sicut.... ab eo accepi: quarum una est de servo in subdiaconum ordinato, qui privilegio asseritur eodem gaudere cum Clerico. Secunda de subdiacono eligendo, in qua dicitur, quod ab hoc non videmus aliquem reprobatum. Tertia de dote, ubi dicitur, quod de matrimonio cognovisti, ubi de dote cognoscere voluisti. Quarta de Clericis qui renuunt ordinari: ubi dicitur, quod ejus Beneficia auferuntur. Quinta de Sacramentis..... ubi dicitur, quod illi, qui ea præstiterunt, penitus observare tenentur. Sic & de quibusdam aliis [a] accipere. Prima prædictarum, quæ incipit MIRAMUR: secunda, EX LITTERIS: tertia, DE PRUDENTIA: quarta, QUAMVIS: quinta, SUPER CONSULTATIONE: sexta tamen juri non repugnat..... Omnes quæ in hoc opere continentur, in registro ejus a primo anno usque ad duodecimum noveritis contineri.* Baillus Canonicus in Ant. Augustini Bibliotheca MS. latina Cod. 302., postquam mentionem trium priorum collectionum fecisset, orationem ita concludit: „Hæc omnia, scholia, sive glossulas diversis auctoribus adscriptas habent, quas Ant. Augustinus patronus meus amplissimus non edidit, sed tantum collectiones cum propriis notis“. Quare optandum est, ut publici juris fiant multiplices illæ notationes.

Dum grande illud opus in Hispaniis publicaret Augustinus, alterius libri editionem amicus ejus Fulvius Ursinus Romæ ad exitum perducebat, quem ego librum habeo, atque ob ejus exquisitam eruditionem plurimi facio; Familias enim Romanas continet, quæ a condita Urbe ad Augusti tempora inveniri in nummis potuerunt. In fine porro hujus libri descripsit Ursinus (ut in principii enarratione legitur) Familias XXX. quas ipsi communicaverat Ant. Augustinus; in quibus eruditionis tanta copia est, ut magnam in legentium animos iniiciat admirationem. Verum si Augustini Familiæ Romanæ recensentur; non eæ XXX. numero sunt, sed XXXV. Lamina quidem, quæ fronti illius libri est impressa, qui de Ursinii Familiis inscribitur, tunc cælata est, quum Augustinus triginta tantum Familias ad Ursinum miserat; sed hic postea, quum quinque alias ab eo recepisset, & istas vulgavit. Quod certe manifestum erit, si ea conferantur, quæ variis temporibus de ea re scripsit Augustinus. Quum Ilerdæ moraretur, hæc ad Fulvium Ursinum Etrusco sermone, quo in ejus commercio utebatur, scripsit X. Calend. Septembr. An. MDLXXII. „Rumor est, nescio unde profectus, quendam curare te typis describi *de Familiis Romanis* librum. Id ego & certo scire, & qua ratione de hisce Familiis differas compertum habere vellem. Idem namque opus aggressus fueram, illudque prosequi mens erat, atque ad te mittere; ut nunc, quod cernes, quinque mitto specimen familiarum. Quod si cum cæteris tuis has quoque meas edere simul velis, alias ego præterea XXV. mittam, quo XXX. numero fiant omnes, vel etiam XXXII. Nomina etiam collegeram, quæ sunt in omnibus Lapidibus, Nummis, Tabulis; nominibus tantum scriptis, non vero integris ellogiis; nonnullis insuper adjectis veterum Scriptorum atque Codicum locis, ut Virgilii, & Terentii Bembiani, ac Pandectarum Florentinarum; quanquam *de Propriis Nominibus*, quæ in Pandectis Florentinis sunt, prope diem librum diligenti conquisitione scriptum vulgabo“. Quum accepisset Fulvius Ursinus conditionem, suas de Familiis lucubrationes ad eum misit Augustinus, atque in alia Epistola, quam ad ipsum XI. Calend. Novembr. An. MDLXXII. scripsit, ita loquutus est: „Nomina Pandectarum propria, ut primum potero, in vulgus edam. Sunt ea quidem congregata, sed tonfore indigent, qui ea concinnet. Familiæ tres adhuc desunt *Licina, Manlia, Marcia*,  
„ quæ

[1] Tolosæ apud Petrum Bosc. in fol.

(a) Forte Accipite.



„ quæ describuntur. *Fulvia*, quam tui recordatione nominis ad te misi, post *Fabiam* & ante  
 „ *Furiam* \* ponenda est; immo vero & post hanc. Sicque tribus, quæ supersunt, quum ve-  
 „ nerint, locus dabitur. Harum porro trium habita ratione, atque earum quinque, quas antea  
 „ misi, sunt omnes numero XXXII. De aliis quoque Familiis, quæ sub P littera cæterisque  
 „ desunt, disserere consilium fuit; sed ingruente morbo, atque ita Deo disponente, incepto  
 „ desistere coactus sum (a) “. De his ipsis suis lucubrationibus in alia epistola, quam amico suo  
 Hieronymo Zuritæ a. d. XIII. Calend. Novembr. ejusdem An. MDLXXII. mentione scrip-  
 „ psit, mentionem habet Augustinus hisce verbis: „ Fulvii Ursini Liber *de Familiis* magis est  
 „ *de Imaginibus*. Quasdam ego ad ipsum misi a me inceptas lucubrationes, cum quibus utrum-  
 „ que erit. Locos communes tractat de Nummis, atque horum multos in Familias redi-  
 „ git. Imagines doctorum virorum antiquas ait se edidisse. Velim ergo, ut de hoc libro perqui-  
 „ rendo satagas, non enim ipsum vidi; quanquam picturas habeo multas & imagines, inter  
 „ quas Platonis, Aristotelis, Euripidis, aliasque; quarum tamen partem maximam suppositi-  
 „ tiam censeo “.

\* *Furiam.*

In alia deinceps plena eruditionis epistola, quam IV. Id. Septembr. insequentis anni  
 MDLXXIII. ad eundem Zuritam dedit, hæc sunt verba: „ Fulvii Ursini librum *de Imagi-*  
 „ *nibus clarorum virorum* accepi. Res est valde suspicienda; antiqua enim multa & rara con-  
 „ tinet. Liber de Familiis nondum ex toto typis descriptus est. Ego lucubratione quadam mea  
 „ illum adjuvi; ipse vero effecit, ut Romana donarer Civitate, cujus privilegii litteras amplif-  
 „ simas, quum perfectæ fuerint, videbis “. Apparet vero, fasciculos pagellarum, quæ ad Au-  
 „ gustini Familias pertinerent, ad eum, ut e prælo tollerantur, a Fulvio Ursino missos subinde  
 esse: atque id ex ea epistola manifestum est, quam ad Hieronymum Zuritam VIII. Calend.  
 Septembr. An. MDLXXV. Rodericus Zapata scripsit in hanc sententiam (1): „ Paginae typis  
 „ impressæ ad librum pertinent Augustini Præsulis, qui *de Familiis Romanorum* inscribitur,  
 „ quem antiquario cuidam (*Fulvio Ursino*) Romam misit cum aliis ejusdem argumenti ab eo  
 „ publicandum. Hæc autem omnia ab ipso typis modo vulgantur “. Quæ Romæ edita sunt  
 An. MDLXXVII. \*, postmodum vero in Thesauro Antiquitatum Romanarum Grævii \* i-  
 „ terum prodire. In nuncupatione libri, quem Alexandro Farnesio Cardinali inscripsit, Fulvius  
 Ursinus ait, Ant. Augustinam graviorum rerum curis implicatum illum ad se misisse commen-  
 „ tarium, ut cum Familiis publicaretur.

\* In fol.  
\* Vol. VII.  
pag. 1143.

Quod ad jus attinet Civium Romanorum, quo Augustinus donatus est, id nempe hoc  
 se habuit modo. Ad diem XIII. Calend. Septembr. anni MDLXXIII. scriptâ ad Fulvium Ur-  
 finum epistolâ declaravit, optare se, ut in civitatem Romanam ipse cum Augustinorum Gen-  
 te reciperetur, atque ea adjecit, quæ cuperet litteris privilegii contineri; in quibus sane non-  
 nulla sunt, quæ tam eximiam viri gravitatem atque sapientiam non satis deceant. Earum por-  
 ro litterarum exemplar ab eo Fulvium Ursinum petiisse conjectura est; siquidem semel illud  
 Cæsaraugustâ, atque iterum Ilerdâ emendatius misit Augustinus VIII. Calend. Februar. An.  
 MDLXXIV. Multum vero gaudens eas se, quas optabat, litteras recepisse significavit episto-  
 lâ Ilerdæ pariter ad Fulvium Ursinum datâ VI. Calend. Septembr. ejusdem anni.

Multos porro annos liber *de Familiis* sub prælo fuit. Et facile credendum est contigisse, ut ea  
 quæ Augustinus Scripserat communicarit interea amicis suis Fulvius Ursinus; quare, quum vir ille  
 summus tam optimè de Populo Romano meritis esset, censuit Senatus, illud ipsum esse Ant.  
 Augustino tribuendum, quod jam pridem Huberto Goltejo Belgæ datum fuit, postmodum vero An.  
 MDCXIII. Jacobo Gutherio Gallo aliisque (2), qui Romanarum Antiquitatum illustratores præcla-  
 ri extiterunt. Ad diem igitur IX. Calend. Quintil. An. MDLXXIII. senatusconsultum factum  
 est, quo Ant. Augustinus Ilerdensis Episcopus, Joannes Augustinus Frater, Vincentius Augu-  
 stinus Francisci Filius Sobrinus, istorumque Filii posterique jure civium Romanorum donati  
 sunt. Quod senatusconsultum, utpote Ant. Augustino, cunctæque ipsius Familiæ honorificentis-  
 simum, in hujus historiæ coronide ad litteram subiicietur.

Idem de Familiis Romanorum liber post Augustini mortem iterum sub hoc titulo prodit:  
 DE ROMANORUM GENTIBUS ET FAMILIIS Scriptores duo præstantissimi. Ant. Augustinus,  
 & Fulvius Ursinus C. R. Cum utili & necessaria Nobilissimi cujusdam Viri Præfatione. Lug-  
 duni apud Franciscum Fabrum CIO. IO. XCII. \*

\* In 4o.

In hac editione, post Ant. Augustini Familias, juxta Fulvii Ursini editionem ad verbum  
 positas, aliæ quædam pauculæ adiciuntur in litterarum ordinem dispositæ, quæ Augustino  
 attribuuntur. Has profecto qui edidit, docere unde eas sumperit debuisse; siquidem a Ricardo  
 Streinio eas habuit An. MDLIX. \* per Henricum Stephanum publicatas. Quid autem de eo  
 scriptore, deque ejus lucubratione sentiret declaravit Augustinus Id. Mart. An. MDLXXVI.  
 ad Fulvium Ursinum hoc modo scribens: „ Serviliam judicariam videre opto, & libros MSS.

\* In fol.

f 2

„ quos

[1] Dormer. in *Progress. Hist.* pag. 446.[2] Guther. *de Jure Manium lib. II. cap. XXXV.*

[a] Duabus hisce relatis Augustini epistolis, XXXII. tantum ab se Familiæ ad Ursinum missæ indicantur.



„ quos emi, nostrumque de Familiis; de his autem Ricardi Streinii Germani libellum an-  
no LIX. vulgatum accepi: *nihil ad nostram Thaidem*. Usui tamen erit in eis quæ defunt.“  
Ego vero illud animadverti, *Ant. Augustini Episcopi Ilerdensis de iis qui Proconsulibus, &*  
\* Pag. 110. *Proprætoribus, & Proquæstoribus dicebantur* opusculum, quod supra indicato libro \* annecti-  
tur, certe Augustini esse, quum & sub ejus nomine ipsum Fulvius Ursinus publicaverit in Fa-  
milia Carissa, & uti suum agnoverit ipsemet Augustinus in Antiquitatum Romanarum Hispa-  
narumque in Nummis Veterum Dialogo X. \* Eodem de Familiis libro ea, quæ hæcenus rela-  
ta sunt, summaria quædam consequuntur, ducta ab Ursini Familiis, quorum auctor suum no-  
men facere palam noluit.

\* Pag.  
383. *His-*  
*pan. Edit. a-*  
*pud Ma-*  
*yanf.*

Quod porro ad Familias istas Romanas attinet, anno MDCLXIII. Fulvii Ursini, &  
Ant. Augustini Familias Parisiis etiam publicavit Carolus Patinius, cujus editio multæ est u-  
tilitatis, quum nonnulla in ipsa notentur Augustini errata, quæ nimirum ei ob nominum si-  
militudinem humaniter exciderunt. Neque enim mirum est, imprudentiâ quandoque lapsum esse  
Augustinum in tam vastæ eruditionis opere, quod ipse inceptum tantummodo, non vero ab-  
solutum atque emendatum habuit. Numquam tamen a gravi reprehensione aberit Carolus  
Patinus, quod nonnulla prætermisit archetypi operis fragmenta.

\* Jacz die  
XXIII.  
Decembr. e-  
jusd. An.  
MDLXXV.

Celeberrimam Constitutionem *In Cæna Domini* nuncupatam anno MDLXXV. Hispani-  
ce interpretatum esse Augustinum suspicio est. Idque ex eo coniiicitur, quod in epistola (cujus  
exemplum penes me est) a Petro Fragio, Oscensi postea Episcopo, ad Augustinum data \* le-  
gitur hæc verbis: „ Abs te petii superioribus diebus, ut exemplum ad me mitteres Constitu-  
tionis *In Cæna Domini* nuncupatæ, quam Hispanice te interpretatum esse significabas. Spes  
quidem fuit aliquandiu fore, ut abs te id acciperem; sed, quum voti compos nequaquam fie-  
rem, constitutionem illam ego ipse interpretandam suscepi, ut omnia clarius exponerem,  
quæ eadem continentur, in eos sancita, qui Sanctæ Dei Ecclesiæ, & Apostolicæ auctoritati  
repugnare audent. Hunc vero laborem habuisse Dei beneficio aliquem proventum intelligo,  
majoremque linguâ vernaculâ injectum esse animis hominum metum ac religionem, quam la-  
tinæ linguæ circuitionibus, non facile intelligendis, contigisset. Duo ego ad te hujus in-  
terpretationis exempla mitto, atque alia insuper mittam libenter, si gratum erit“. Et hoc  
quidem docto huic Præsuli de ea constitutione judicium fuit; de qua vir clarus Josephus Ledes-  
mius abunde scripsit, qui & erudite retulit eorum, qui tunc temporis in Magistratibus apud  
Hispanos erant, repugnantiam.

Anno MDLXVII. dum Ilerdensis Episcopus foret Augustinus, ipsique a Romano Pon-  
tifice munus delegatum esset lustrandi veteris Collegii, quod Divæ Virgini dedicatum  
tunc temporis Ilerdæ erat, Cervariam modo translatum, nonnulla ibi edidit decreta, in-  
ter quæ illud est: Ut ad ejusdem Collegii Præfecturam XXIII. annorum ætas sufficeret,  
dum cæteræ non deessent ad id opportunæ qualitates; abrogato veteri decreto, quo ad hoc  
munus XXV. annorum ætas præscribatur. Decrevit etiam, ut pars antica talaris vestis,  
qua illius collegii sodales utebantur, clauderetur, latæque manicæ adimerentur, quæ ipsis  
vestibus adharebant: atque ut super eas vestes idem gestarent insigne \*, quod Collegii  
D. Clementis Bononiensis sodales, aliique gerent; ejus autem paludamenti eadem, quæ  
tunicæ a tergo esset utrinque latitudo. Ad cujus decreti formam etiamnum in eo Collegio  
vestes in more sunt. In Ecclesia vero Ilerdacenensi constituit censum, quo egenis maritandis  
virginibus dotale subsidium tribueretur; cujus rei in ejusdem census codice in archivo ejus  
Ecclesiæ, quæ ad Ilerdentem diocesim pertinet, monumentum est.

\* La Boca.

Annus Sextusdecimusolvebatur postquam Ilerdensis Episcopus renuntiatus fuerat Ant.  
Augustinus, quum Philippus II. Rex eum Tarraconensem Pontificem designavit, datisque lit-  
teris a. d. III. Calend. Novembr. An. MDLXXVI., id Joanni Zunnigeni suo ad Pontifi-  
cem Romanum Legato significavit: a quo quum Regiæ litteræ Gregorio XIII. essent exhibitæ,  
Romanus hic Pontifex, famâ & rebus gestis maximus, doctorum virorum bonorumque omnium  
fautor, singularem etiam respiciens viri eruditionem, pietatem, religionem, ejusdemque notis-  
sima in Christianam Rempublicam beneficia, ipsum ab Ilerdensi ad Tarraconense Sacerdotium  
evexit. Quæ urbs clarissima antiquissimaque, caput olim citerioris Hispaniæ, magnâ Romano-  
rum frequentia ob ejus portum celebrata, Romanarum antiquitatum vestigiis etiamnum referta,  
adeo iis tunc redundabat, ut muti ipsi parietes latinè loqui viderentur. Ad rem valde opportu-  
na est epistola, qua Hieronymo Zaritæ amico suo rescripsit Augustinus, posteaquam ipsum  
Rex Hispaniarum Philippus II. eidem Sacerdotio destinaverat; sic enim in ea epistola scribit:  
„ Illud ego plane exploratum habeo, Regis in me beneficio te, ut scribis, lætatum esse. Quan-  
quam enim summi laboris res est, tot populorum consulere commodis & saluti, alienæque  
vitæ rationem habere eum, cui propriæ non satis constet ratio; ita tamen nobis hoc ævum  
vivere necesse est, uti præcipit Deus, ut nempe alii aliorum onera sustineamus, deque rebus  
nostris varia semper hominum judicia sint. *Possumus* quidem plerique dicimus cum Zebedei  
filiis; scit autem Deus, an eorum, quæ facienda sunt, dimidiam saltem possimus partem. At,  
quocumque modo res cedat, habebis ibi, quum evenerit, hominem studiosum & amantem  
tui, qui grata omnia & utilia tibi facere semper cupiat. Unde vero rectè Tarraconem commen-  
des

„ des



des abunde habes. Urbs enim & Ecclesia antiqua atque insignis valde est, neque incommodis laborat magnarum urbium Valentia, Cæsaraugustæ, Barcinonis. Complura habet subjecta oppida vicosque, abundantique utitur annonâ pretio perexiguo, sola, ut ajunt, & sana. Piratas quidem aliosque homines pravos affert quandoque mare, at perennem contra piscatum præbet, atque ad ea quæ affluunt distrahenda, & coemenda quæ desunt, mercaturam. Ellogia sunt ibi quamplurima, aliaque antiquitatis monumenta, & plura insuper deteguntur in dies: multa quoque vetera scripta in tabulariis, & Ecclesiæ bibliotheca sunt . . . . . Quid tu, si ego narrem Procancellarii de me litteras super Tarraconensi Sacerdotio natali die meo datas esse IV. Calend. Martias? Cujus rei simile est, natali Cæsaris die Galliæ Regis captivitatem contigisse, si parva licet componere magnis, & violentam Pompeii mortem (non Cæsaris, ut perperam Petrus Megius scribit). Corona porro capiti Cæsaris imposita, & Pompeii triumphus consilio, certâque causâ, non casu aut fortunâ aliquâ contigerunt. Ut quamprimum coram simus, faxit Deus, & te sospitet. Ilerdæ IX. Calend. April. An. MDLXXVI.

Ad diem vero VIII. Id. Decembr. ejusdem anni MDLXXVI. in Tarraconensem Ecclesiam promotus fuit Episcopus Ilerdensis, ejusque possessionem per procuratores cepit IV. Calend. Mart. insequentis anni, dum ætatis suæ annum ageret sexagesimum; eodemque anno MDLXXVII. in oppido Martorelio coram Joanne Dimasio Llorisio Barcinonensi Præsule jusjurandum de more edidit, professionemque religionis: & a. d. VI. Id. Mart. (1) Urbem Tarraconem ingressus est: quo etiam anno insigne dignitatis, quod *Pallium* vocant, per Barcinonensem Præsulem accepit.

Auctoritate fuit tanta, ut simul ac Tarraconem ipsum adventare famâ vulgatum est, prædones, quorum magna vis in agro Tarraconensi erat, ultro fugam arripuerint. Pauci vero, qui substitere, brevi capti sunt & ad pœnam dati (2).

Iis primum rite constitutis, quæ ad tranquillam faustamque provinciæ suæ administrationem conducebant, tum muneri suo aptissimum opus aggredi statuit; atque ut illud ex sententia perficeret, amico suo Zuritæ VI. Id. Decembr. An. MDLXXVII. communicavit consilium hisce verbis: „ Constitutiones mihi nonnullæ, provinciales Tarraconenses, emendandæ sunt, quibus Antistitum album in fronte est, ubi & quædam de ipsorum vitæ historia attinguntur, multis sane cum erroribus in eorum serie, nominibus, annisque adscribendis. Aloysius quoque Poncius, homo litteratus, qui de laudibus Tarraconis librum edidit, eorundem historiam majori quidem diligentia, at non sine mendis scripsit in alio libro, quem publicari multis de causis non decet. Eas autem causas referre longum esset. Vellem ego catalogum illum & summaria demere, atque editis substituere nova. “ In alia deinde epistola XIV. Calend. Januar. ejusdem anni ad eundem data sic ait: „ Ea nunc a me recensentur, quæ ad Archiepiscopos pertinent; illos autem, qui ante amissam Hispaniam fuere, non omnino quidem, sed magna ex parte jam habeo. “ Demum ad censuram alludens, quam agebat de Hieronymi Zuritæ historia XV. Calend. Decembr. An. MDLXXVIII. hæc ad eum scripsit: „ De meis antecessoribus aliam cogito mittere pagellam, ibique habebis, unde censuram meam ulciscaris, si ab ea læsus sis. “

Evenit tandem aliquando, ut constitutionum Provincialium Tarraconensium libri quinque publicati sint Tarracone, quos ego habeo in ea urbe editos An. MDLXXX. Primum omnium series non interrupta Tarraconensium Antistitum ibi est usque ad Ant. Augustinum, initio ducto a Divo Fructuoso, cujus sub Gallieno Cæsare triumphum gloriosissimum poeta Prudentius celebravit, carmine illo pereleganti, cui exordium

*Felix Tarraco Fructuose vestris.*

Hi Constitutionum provincialium Tarraconensium libri continent decreta, quæ post Christianam citerioris Hispaniæ libertatem, restitutasque Tarraconis, & aliarum civitatum eidem subjectarum Ecclesias, ab Innocentii III. & Honorii III. usque temporibus, in Conciliis Provincialibus cum iidem Archiepiscopi, tum Legati Pontificum Romanorum condiderunt. Joannes Aragonensis, tam generis nobilitate, quam morum sanctitate clarus, Antistitum antiquorum in Conciliis decreta, habitâ temporum ratione, primus omnium collegit, ab iis initium faciens, quæ Asparrago Archiepiscopus, & Joannes Episcopus Sabinianensis, Legatus Sedis Apostolicæ sanxerunt. Hæc constitutiones aliæ consequuntur, ab eodem Joanne, aliisque Præsulibus in conciliis editæ, quæ a quibusdam Pontificii Juris interpretibus commentariis illustratæ sunt. Quoniam vero eæ constitutiones sine inscriptionibus erant, atque insuper imperfectæ, hi qui Hieronymi Cardinalis Archiepiscopi ab Auria Vicarii erant, alium librum publicaverunt, in quo

[1] Vid. *Catal. Archiep. Tarracon.* Doctor. Joan. Puig. Canon. Pœnitent. Eccl. Tarracon. apud *Constit. Synod. Diœces. Tarraconens.* excusas Barcinone An. MDCCIV.

[2] Schottus in *Orat. Fun. Murillo Fundacion de la Capilla del Pilar*, pag. 439. col. 1.



quo constitutiones omnes ad certos Juris Pontificii titulos referebantur. Mandavit autem Augustinus, ut hisce constitutionibus eæ adicerentur, quæ deinceps publicatæ sunt, inque respondententes titulos redigerentur. Lectiones quoque Varias edidit, & nonnulla, quæ perperam legebantur, immutavit. Noluit tamen iis omnibus constitutionibus auctoritatem addere ullam, neque eas tanquam a se conditas servari iussit; sed illud tantum egit, ut sic eas in libris suis reperisse se testaretur, utque solidam apud omnes fidem iis, quæ a se publicarentur, assereret.

Quinque post annos, anno videlicet MDLXXXV., alium vulgavit libellum, quem habeo antedicto libro adjunctum. Continet porro constitutiones Concilii provincialis Tarraconensis, de Novembri & Decembri mensibus anni MDLXXXIV. editas. In libelli istius præfatione ait Augustinus: Opportunum videri sibi, ea de morum reformatione vulgari decreta, quæ pridem oportere ad corrigendos mores, & generalis Concilii Tridentini mandata exsequenda censuisset Concilium Tarraconense: Quæ decreta adicere se narrat, ut appendicem ad suorum Antecessorum constitutiones, quas præteritis diebus collegisse se, atque edidisse refert. Ubi ea verba animadvertenda sunt, *præteritis diebus*; indicio enim sunt, præfationem illam paullo post Tarraconensium provincialium constitutionum publicationem fuisse scriptam; non vero quum editæ sunt Concilii provincialis Tarraconensis constitutiones, quas ipse condidit, quasque postremas omnino observari severe iussit.

Quum suis Operibus evulgandis, implendisque potissimum officii sui partibus distineretur Augustinus, mirum non est, nonnullas epistolarum consuetudines ipsum intermisisse, qui quantum in eis, si crebriores sint, temporis infumatur recte intelligeret. Verumtamen Latinus Latinus, qui ægrè tam erudito carebat commercio, in eam causam referebat silentium Augustini, quod ad eum, dum Tridenti moraretur, semel atque iterum scripsisset, eundem honore solito *Illustrem & Reverendissimum* non appellans. Id enim Joanni Metello Sequano indicavit Latinus An. MDLXXVIII. (1), & rursum, ut videtur, An. MDLXXIX., quum ipsius sententiæ Metellus repugnasset. Ego vero non adducor, ut credam, Virum illum sapientissimum tales animadvertisse nugas. Etenim si Latinus ea honoris vocabula in interiori epistola omisisset, æquo animo tulisset Augustinus sinceræ amicitiae libertatem; sin autem in exteriori inscriptione, dedisset id quidem familiaritati non admodum urbanæ; at hæc in scribentem tantummodo recidisset, cui de titulis, quorum expers erat, non poterat cum Augustino certamen esse. Et sane perspicuum fit, non propterea fuisse in Augustino extinctam in Latinum amicitiam, neque ab eo cessatum esse, quominus ad ipsum scriberet, dum otium esset atque occasio postularet. Annis siquidem XII. postquam a Tridentino Concilio reversus ad Hispaniam venerat, anno scilicet MDLXXVI. exeunte, vel ineunte An. MDLXXVII. carmen ei dulcissimum inscripsit, cui vicissim, alio misso carmine, Latinus elegantissime respondit Id. Februar. An. MDLXXVII. (2); & post eas omnes jactatas quærimonias, vetus etiam resumpsit scribendi institutum, ut deinceps videndum est. Anno insequenti MDLXXVIII. suæ Diocæsis conventum habuit.

Multos jam annos in ingens *de Digestorum Verbis* opus incubuerat Augustinus; ingens namque ipse appellavit (3) eâ, qua fuit, prudentiâ atque modestiâ prope singulari. Tum vero provecum se aspiciens ætate, ut aliquod incepti sui specimen exhiberet, laboremque in probe addiscenda Civilis Juris disciplina levaret, eam illius operis vulgavit partem, in qua *de Nominibus Propriis τὸ πανδεκτῆς Florentini* disseritur; nominibus enim Jureconsultorum, Imperatorumque in sua tempora redactis, rectius *χρονολογία* legum intelligitur, ex cujus incertitia multi maximique errores oriri solent. Quum ante annos quinque & triginta (4) de Florentini voluminis laudibus ageret, magnam futuram utilitatem prædixerat, si singularum legum inscriptiones tam a Græcis, quam a Latinis omisissæ restituerentur. Tum vero quanti momenti res esset experientia docuit, cum Lælius Taurellus insignis Jureconsultus Pandectas, quæ jure ac merito solæ usque adhuc vocantur Florentinæ, vulgavit tribus voluminibus \* comprehensas, sine Codice, sine Institutionibus, sine Constitutionibus Novellis, & sine ullis interpretationibus, typis Laurentii Turrentinii descriptas Florentiæ An. MDLIII. quarum ego exemplum habeo, facioque plurimi. Verum, quum paucis incepisse quicquam, iisdemque perfecisse datum sit, quod opus magna cum laude Lælius Taurellus aggressus est, id Ant. Augustinus majori sane diligentia perfecit; quid singuli Jureconsulti scripserint demonstrans, quibusque in locis eorundem mentio in Pandectis fiat: ut si cuiquam locus aliquis moram faciat, facile possit omnia ejusdem libri fragmenta, omnesque ejusdem Jureconsulti libros legere, seu alia perquirere fragmenta ejusdem argumenti. In his vero omnibus temporum ab eo semper habitæ est ratio, quod ab iis, qui ante eum scripsere, neglectum est: ut omittamus quam sæpe hi ipsi & nomina, & libros perturbaverint, atque immutaverint. In nominibus Imperatorum, eorumque constitutionibus recen-

\* In fol.

[1] In Epist. quæ extat in Lat. Latin. lucubrationib. Tom. II.

[2] Extant hæc carmina apud Nic. Antonium in Ant. Aug.

[3] Initio Præf. de Nominib. Propriis τὸ πανδεκτῆς Flor.

[4] Emendat. lib. I. cap. IV.



cenfendis nihil prætermisit, quod adjumento lectoribus esse posset. Adjecit nomina Legum, Senatusconsultorum, Edictorum, Interdictorum, Decretorum, Actionum, quæ omnia Juris fontes profecto sunt. Quanquam illa tantum in eo libro collegit, quæ in Pandectis suo nomine appellantur, nomina addens Regum, Consulium, Deorum, Heroum, Civium Romanorum, Liberorum, Servorum, Virorum, Feminarum, Provinciarum, Urbium, Montium, Fluminum, Populorum, Gentium, Familiarum, Prædiorum; omnia hæc aliaque plura octo complexus capitibus, artificio singulari. Posuit ad calcem notas, quibus, aliisque in eis indicatis libris ea, quæ in Pandectis defunt, supplerentur de Jureconsultorum fragmentis, constitutionibus Principum, cæterisque ad Juris illustrationem pertinentibus. Indice demum appposito præcipuorum verborum, quæ hoc libro continentur, eundem clausit, quo utilior nullus hucusque prodiit ad rectam civilis juris intelligentiam. Quum porro ob illius libri desiderium, ægrè donec vulgaretur expectaret Rodericus Zapata, sic ad avunculum Bilbili novà scripsit Id. Mart. An. MDLXXIX. „ In librum *de Nominibus* Notas atque Indices ad me mitti simul ac e prælo „ auferentur, ut jubeas rogo “. Exemplum tamen sine notis nonnulla, & sine indicibus etiamnum sunt; ut illud est, quod Granvillensi Comiti Carteretio dedi. Illum vero probavit librum Franciscus Garcias Dominicanus, in Tarraconensi Academia Sacræ Theologiæ Doctor, mandante Jacobo Reigio Canonico, utriusque juris doctore, Officiali, & Vicario Generali ipsius Ant. Augustini; qui, etsi nihil in eo libro esse, quo vel morum disciplina, vel Religio laderetur, immo vero multa, quæ insignem afferrent utilitatem, certo sciebat, auctoritate tamen sua noluit in ejus editione uti. Monumentum sane præclarum excellentis modestiæ! Prodiit porro Tarracone liber An. MDLXXIX. \* ex officina Philippi Mey (1). Penes me exemplum est maximo in pretio; cujus Inscriptioni post Augustini mortem ea verba addita sunt. *Barcinone. Venales habentur apud Natalem Bareston ad Forum Regium An. MDXCII.* cum qua additione exemplum pariter habeo. Ut liber iste rursus typis describatur, aptiorque paullo ordine capita disponantur, atque Jureconsultorum aliorumque Scriptorum fragmenta integra exhibeantur cum in orationis textu, tum in notis, multos jam annos vehementer cupio. Spero autem futurum, ut incolumem me servet, cæteraque ita ordinet Deus, ut voti compos efficiar.

Cujus ardui operis laborem valde ego arbitror minui posse, si is qui illud aggressus sit, tres vel quatuor adhibeat libri Pandectarum exempla, quæ verba dumtaxat habeant Digestorum; fragmentisque Jureconsultorum ita defectis, ut totidem ex his fiant separata schedulæ, eas deinde apte congruenterque disponat, chartæque agglutinet, ut manu eas describendi molestiam vitet; dum illud curet diligenter, ut hujusmodi fragmentorum lectio scripturæ Florentini Codicis contentiat, singulisque fragmentis libri tituliue Digestorum, unde ea sumpsit Augustinus, adiciatur inscriptio. Quod qui præstiterit, ellogia addens integra, quæ ab Augustino in notis afferuntur, eaque fragmentis, quæ illustrantur, subiiciens, is næ maximum operæ pretium fecerit (a), tantæque utilitatis, ut inter innumera, quæ ad illustrandam Juris disciplinam hæcenus scripta prodire, principem ea lucubratio locum sibi vindicatura sit. Magnoperè ego quidem Caroli Ferdinandi Hommelii, præclari in Lipsiensi Academia Professoris, sedulitati confido. Et Everardus Otto ornatissimi ingenii Jureconsultus in suis illis eximie utilitatis libris, qui *Thesaurus Juris Romani* inscribuntur, quibus videlicet tam multa & rara clariorum Juris Interpretum scripta continentur, egregiam hanc Ant. Augustini *de Propriis Nominibus* lucubrationem in primi voluminis fronte posuit, suis aptans locis ejusdem Augustini notas, quod sane legentibus accidit opportune.

Posteriori anno MDLXXX. quinque libros Constitutionum Provincialium Tarraconensium, quarum supra mentio est facta, Tarracone edidit Augustinus. Hoc eodem anno graviter ægrotavit. Insequenti vero anno MDLXXXI. iterum suæ Dicecesis conventum habuit; at suam Provinciam lustrare destitit senio, & calculorum valetudine: Quanquam eodem anno *de Emendatione Gratiani* Dialogos scribere aggressus est.

Anno MDLXXXII. publicavit Tarracone *Canones Pœnitentiales*, quibus addidit notas admodum eruditas. Continet hic liber I. *Pœnitentiale Romanum*: II. *Venerabilis Bedæ Presbyteri de remediis peccatorum* libellum: III. *Pœnitentium Librum Rabani Mauri Moguntinensis Archiepiscopi*: IV. *Epistolam Canonicam S. Gregorii Nyceni Episcopi ad S. Letojum Melitenens Episcopum*: V. *Epistolæ Canonice S. Gregorii Thaumaturgi Episcopi Neocæsariensis Canonem ultimum*: VI. *Canones Pœnitentiales Summæ Astensis, ex Ostiensis Cardinalis Summæ desumptos*. De his porro singulis opusculis, deque eorum auctoribus aptissime prudenterque loquitur Augustinus in sua plane disertâ præfatione. Qui liber An. MDLXXXIV. Venetiis iterum prodiit ex officina Felicis Valgriffii, rursusque Parisiis cum *Epitome Juris Pontificii Veneris* An. MDCXLI.\*

Dum

[1] Hunc librum largitus mihi est amicus meus, & discipulus Augustinus Orovius Basterius Prætor.

(a) Nimium hac in re videri mihi Mayansium sincere fateor. Etenim (quod bona venia tanti Viri dicam volo) & eam diligentiam, quæ post Everardum Ottonem a nobis adhibita est, censo fatis esse, & non facile assentior tantam molestissimi laboris futuram fuisse utilitatem.

\* In fol.

\* In fol.



Dum Bononiæ degeret Augustinus scripsit *De Legibus & Senatusconsultis* librum vere eruditissimum; cuius exinde, dum Romæ esset, Pyrrho Taro Jureconsulto dedit exemplum, quod quum plerique vidissent cuperentque in vulgus edi, ad eum, qui tunc Pontifex Tarracone erat, scripsit Fulvius Ursinus, desiderium esse omnibus, qui eas noverant lucubrationes, ut eadem publicâ donarentur luce, utque, si quid illis addendum vel tollendum putaret, id ille sibi significaret, aut, si quod aliud accuratius scriptum exemplar haberet, id ad se mitteret. Ad quæ rescripsit Augustinus (1): opus illud quum Bononiæ esset cœptum, ob multas occupationes a se neglectum fuisse: novem autem post annos alterum ejusdem operis exemplar inchoatum esse Romæ, illudque se mittere. Liber porro An. MDLXXXIII. quod vel ad vetus exemplar descriptus, vel non recte fuerat emendatus Romæ prodiit \* plerisque cum erratis, quæ multâ diligentia in fine libri annotata sunt. Est tamen in magno pretio habenda hæc editio, utpote quæ princeps sit; quanquam ego, quo molestiam conferendi sæpius emendationes vitem, non eam tantummodo editionem, sed habeo præterea Parisiensem \* anni MDLXXXIV. (2), quæ pulcherrima est. Uterque liber adjunctas habet eruditas Fulvii Ursini notas ad *Leges & Senatusconsulta*, quæ in veteribus cum lapidum ærisque, tum Scriptorum monumentis reperta sunt: Parisiensis vero Justii Lipsii *De Legibus Regiis & Decemviralibus* libellum ulterius habet, in quo illud non parvi momenti desideratur, ut legum verba, certique loci, ex quibus sunt ea desumpta, afferantur. Id autem diligenter factum conspicitur, tam in legibus Regiis, quas edidit atque illustravit Fulvius Ursinus, quam in Decemviralibus, quas Augustinus collegit, & interpretatus est. Hunc autem, quo rectius suum *De legibus & Senatusconsultis* librum ordinaret, ea de re consuluisse arbitror virum cum primis doctum, quo amicissimo utebatur, Joannem Metellum Sequanum, qui ei quod potissime hac in re agendum censeret sapienter indicavit.

Calendis Februar. Anni MDLXXXIV. Augustinus ad Hieronymum Blancam, cordatum atque elegantem rerum Aragonensium scriptorem, doctissimam *De laudibus Cæsaris Augustæ & Veteribus Pontificibus illius* epistolam Tarracone dedit, quæ legitur in fine commentariorum ejusdem Blanca (3). Neque mirandum est, illam historiæ suæ Blancam inseruisse, quippe cui illud ipsum, quoungebatur, historiarum scribendarum munus ejusdem Augustini auctoritate impositum esset. Quare in epistola, quæ penes me est, Calend. Septembr. An. MDLXXXVII. ad eruditum virum Thomam Corream Lusitanum Cæsaraugustâ datam, hæc scripsit: *Tantum gravissimos quosdam viros, & inter eos sapientissimum illum Ant. Augustinum Tarraconensem Archiepiscopum, vere totius orbis litterarii ornamentum ac lumen, auctoritate valuisse apud me, ut sciens, sed non prudens eo me opprimi onere, quod sustinere nequeo, passus sim.* Hoc eodem anno de Novembri & Decembri mensibus tertium habuit suæ Provinciæ Conventum, constitutionesque suas Tarracone typis Philippi Mey \* vulgavit An. MDLXXXV. Quo anno, quum propter annonæ sterilitatem citerioris Hispaniæ regiones miserrima fame affligerentur, ingens ad Augustinum egenorum multitudo confugiebat, ab eoque paratam suis calamitatibus opem nanciscebatur (4). Eodem anno MDLXXXV. Andreas Schottus apud Augustinum morabatur, eique, ut putandum est, in litterariis lucubrationibus inserviebat, in suis interim proficiens; scribendis namque in Senecam notationibus, dum in domo Augustini esset, operam dedit, quod ipse ad Justum Lipsium scribens indicavit (5).

Quod Hieronymo Zuritæ, insigni historiarum Aragonensium scriptori, arctum, assiduumque fuit cum Augustino epistolarum commercium, de quo tam sæpe a nobis mentio facta est, ut hic de eo peculiaris sermo habeatur exposcit.

Hieronymo Zuritæ, genere & notissima eruditione claro, in tanto pretio fuit Augustinus, ut dum Romæ hic esset, ad ipsum anno, opinor, MDLVII. epistolam ille inter alias dederit, in qua hæc sunt: „ Utinam tam ego propitiâ uterer fortunâ, ut iisdem sedibus tecum una „ consistere datum esset! Considerem sane futurum beneficio & auctoritate tua, ut meus hic „ qualiscunque labor (6) est, aliquam acquireret claritatem. Attamen videndi te tandem ali- „ quando spem non abiicio. Quin etiam spes est, ita ordinaturum res tuas Deum, ut tuo as- „ pectu sermonibusque liceat dies aliquot frui: quo mihi accidat opportune, ut abs te im- „ petrem, quod exopto; ut nimirum meo huic Operi formam atque vitam tribuas, quibus „ indiget: in eo saltem, quod ad dignitatem auctoritatemque respicit hujus Regni “.

Quum esset in Hispaniam reversus Augustinus, hujus Zuritæ desiderii precationisque memor, ad eum IV. Non. Septembr. An. MDLXVI. hæc Ilerdæ scripsit: „ Libros habeo com- „ plures & scripta, quæ adjumento erunt utriusque historiæ “ ( Hieronymi nempe Zuritæ & Joannis

[1] In *Epist. præfixa lib. de Legib. & Senatusconf.*

(2) Apud Joann. Richerium.

[3] Eandem Schottus edidit in *Hisp. Bibl. tom. I. cap. V. & Card. de Aguirre in I. vol. Concil. Hisp.*

[4] Jo. Granata in *Dedicat. Parabol. Evangelicar.*

(5) Apud Burman. *Tom. I. Epist. Viror. illustr. pag. 102.*

[6] Scribendi nempe *Annales Regni Arag.*



nis Paetii de Castro). „ Videbis autem, quum otium sit, & Codices Bibliothecæ meæ libeat  
 „ evolvere. Haud scio an videris exemplum illius orationis, quam Pater habuit An. MDVII.  
 „ dum Romana Legatione cum Hieronymo Vicio, Montefio, Petro Aloysio Garceranio\*, \* De Be-  
 „ Bernardo Despuigio, aliisque fungeretur. Forte eam ego Benavarii offendi; ubi ut & Ner-  
 „ tobrigæ nonnulla reperi scripta antiqua“. Et non pauca sane tradidit Hieronymo Zuritæ  
 monumenta, ut in multis perspicitur epistolis, ac in ea potissimum, quam Ilerdæ scripsit V. Cal-  
 lend. Sextil. anno, ut arbitror, MDLXXVI.

Quum igitur eum tam valde Zurita suæ, atque Hispanicæ nationis gloriæ studiosum ag-  
 nosceret, cuperetque rerum ab Aragonensibus Regibus fortiter gestarum Latinos Indices in  
 vulgus edere, hos ad illum misit, ut eisdem ipse expenderet & emendaret. Augustinus porro  
 V. Id. Maj. anni, ut videtur, MDLXXVI. hæc ad eum inter alia scripsit: „ In Chronicum  
 tuum“ ( idest in Indices, non in Chronicum Alexandrinum vel Fastos Siculos, ut, epistolæ  
 ipsius contextu & die repugnantibus, perperam Aguirrius censuit), „ meam aggredior censuram  
 „ ferre; illud enim mihi persuasum animo est, eam tibi sic fore gratam, ut tua mihi in meos  
 „ libros & schedas esset. Leviter abs te peccatum imprudentiâ video quibusdam in locis, in  
 „ quibus nempe litteræ aliquæ syllabæque desunt vel superant. Has ego ut addam, sive tollam  
 „ permiffum mihi arbitror, nisi tum forte, cum sic eas de industria positas esse puto, aut in  
 „ ambiguo est deesse eas vel superare. De hoc autem postremo mentionem faciam. Nonnulla  
 „ præterea verba sunt, in quibus scribendis non eadem servata est orthographia, quæ ad La-  
 „ pidum, Nummorum, antiquorumque Codicum exempla, iudicio quidem meo, servanda  
 „ esset. Emendabuntur vero ista quum describetur liber, quanquam id ante præstari magis ex-  
 „ pedit“. Prudentem sane castigationem, quæ critico cuicumque exemplo sit.

Quandoquidem vero gratam eam sibi esse testatus est Hieronymus Zurita, majori paullo  
 confidentia Augustinus a. d. V. Calend. Sextil. anni, ut mea fert opinio, MDLXXVI. sic ad  
 eum Ilerdæ scripsit: „ Illâ ego utens, quam amplissimam tribuis facultatem, serio jam censu-  
 „ ram incepti meam. Præterquam quod autem nonnulla emendantur in exemplari, quæ ad  
 „ orthographiam pertinent, & ad ea quæ in scribendo fiunt errata; aliaque pauca a me ibidem  
 „ ob ignaviam notantur, ( ut nempe seorsum eadem scribendi effugiam laborem); censuræ  
 „ hujus meæ initium ad te mitto: ut videas qua mei animi molestia iis, quæ bona sunt, obtre-  
 „ ctum, multa exquirens argumenta, pejora fortasse iis, quæ a me refelluntur; immo vero ma-  
 „ la, quum hæc tua bona sint. Istâ tamen, uti libertate, audacter ea quæ senserit loquendi,  
 „ censorem decet: & in eum, qui hoc munus attribuit, culpa recidet. Si recte aliqua fuerint  
 „ emendata, ea tu in beneficii partem accipe: in orthographia vero proficias velim“.

Iis deinde litteris, quas ad eundem prid. Id. Maj. An. MDLXXVII. Tarracone dedit,  
 hoc modo scripsit: „ Cum hac epistola simul tuam latinam historiam ad te mitto, & mea-  
 „ rum in eam notationum partem postremam. Mea autem errata ne plus tibi faceffant nego-  
 „ tii, quam totum opus, valde vereor; at de hoc querere ipse tecum, qui me, ut id agerem,  
 „ obtestatus es. Futurum vero censeo, ut tuus hic liber non modo in vulgus probetur, sed  
 „ etiam apud sapientes viros. Horum namque, & eorum, qui nascituri sunt, magis a nobis ra-  
 „ tio habenda est, quam hujus ætatis hominum ineruditorum“.

Dum hæc fierent, de Annalium Aragonensium Hieronymi Zuritæ parte altera vulganda,  
 agebant illius Regni procuratores, cui rei maximæ objectæ erant difficultates: ad quas tollen-  
 das obtinendumque quod exoptabant, prid. Non. Decembr. An. MDLXXVII. sic ad Regem  
 scripsere: „ Atque eo magis, quod, ut Tarracone typis describatur liber desiderium est, cum  
 „ ob multas quæ in ea Civitate sperantur opportuna, tum maxime ob castigationes & censu-  
 „ ram sanctæ illius Ecclesiæ Pontificis, insignis nimirum omnigena eruditione viri, summæque  
 „ præstantis auctoritate (1)“. Illud autem impetratum iri, quod optabatur, ut ederentur nem-  
 „ pe Tarracone Annales, pro certo homines eousque habuere, ut hæc Augustinus ad Zuritam  
 scripsit: „ Multum mihi attulit letitiæ epistola tua, quam ad me III. Idus dabas, quod de  
 „ tuo adventu eâ me feceris certiolem. Utinam ex tui animi sententia prospere omnia succe-  
 „ dant. Viris istis nobilibus“(Regni procuratoribus), „ ratum facias velim, valde me hoc esse  
 „ lætaturum, quod hîc lucubrationes illæ tuæ vulgandæ erunt. Enimvero tibi omnibus, quibus  
 „ potero, modis opem feram. Quo vero tempore huc adventuri sint, quæque sint hic paran-  
 „ da monitos nos esse oportet. Venturum quoque Typographum cum ministris ex eadem tuâ  
 „ epistolâ intellexi, & secum elementa, typos, cæterumque allaturos typographicæ artis appa-  
 „ ratum; chartam vero, qua opus fuerit, ni secum afferant, aliunde comportandam curaturos.  
 „ Primum omnium Latinos Annales typis esse describendos accipio, idque opus non ante Mar-  
 „ tii vel Aprilis mensium finem absolutum iri. In meis recensendis castigationibus illud, quæ-  
 „ so, diligenter animadvertite, non id mihi in animo fuisse, ut tua emendarem, sed illud tan-  
 „ tum, ut indicarem, quæ mea sit sententia: quod autem ad commentariolum schedularum at-  
 „ tinet, hoc tantum volui, ut cum eo tui Annales conferrentur, non profecto, ut ipsi majo-

Tom. II.

g

„ rem

[1] Dormer. in *Progress. Hist. in Regno Aragon. pag. 159. cap. II.*



„ rem tuâ tribuerem auctoritatem. Utilia tamen hæc tibi fortasse erunt : si minus habebis un-  
 „ de exhilareris &c. Tarracone XIV. Calend. Januar. An. MDLXXVII. “. Verum quod Re-  
 „ gni procuratores, multoque magis Augustinus desiderabant, ut Hieronymi Zuritæ Annales  
 „ Tarracone publicarentur, multifariam adversante fortuna, perfici nequaquam potuit; quare  
 „ non nisi An. MDLXXVIII. describi cœpta est pars altera eorum annalium : Quorum singu-  
 „ la folia, simul ac de prelo sublata erant, ad Tarraconensem Archiepiscopum mittebat Joan-  
 „ nes Franciscus de Arinno Procurator, & huic editioni collegii nomine Præfectus. Piora qui-  
 „ dem accepisse se folia monuit Augustinus, suamque palam ferre censuram sic orsus est : „ Pri-  
 „ ma tua jam folia ad paginam usque CCLII. attulit mihi Vincentius Augustinus. Hæc ego  
 „ in hac Visitatione paulatim considerabo, & si quid animadvertendum sit, scribam postea.  
 „ Nunc autem id tantum dico, meliorem a me orthographiam interpunctionemque desiderari;  
 „ quanquam, seu ob Castellæ Aulæque consuetudinem, sive ob aliam singularem causam il-  
 „ lud forte rectum est, quod mihi non placet. Illud porro apparet ex his, quæ hæcenus vidi,  
 „ multam a te cogitationem curamque in eo poni, ut ostendas Historiæ veritatem; quod sa-  
 „ ne multum habet molestiæ, atque tunc maxime, cum in principiis versamur; quod si nimius  
 „ in hoc evadas, longas afferens orationes, id næ erit intolerabile. Nonnullâ tamen id gene-  
 „ ris insigniora perferri possent : ut a D. Vincentio Ferrerio oratio habita, dum nuncuparet  
 „ publicèque ederet vota : Alphonsi Regis in bello, & in pace conciones & dicta : dicta etiam  
 „ Mediolanensium Principis, quum eum redderet libertati Regem, istiusque responsa : confi-  
 „ lia item eorum, qui Principi, ut Regem non dimitteret auctores erant; sermonesque du-  
 „ bitantium, an Reginæ adoptionem Rex ratam esset habiturus. Credo equidem, te summa ve-  
 „ ritate iis uti, quæ scripta reperis, ut fideliter eorum sequaris auctoritatem, atque uno teno-  
 „ re, æquabilique continuatione fluat historia “. Et post alias singulares notationes epistolam  
 „ claudit : „ Quod ulterius descriptum est dabit Franciscus de Arinno Joanni Augustino. Mea-  
 „ rum animadversionum schedula cum hoc ibit. Tu vero quod optimum arbitraberis, id facies.  
 „ Errata quædam typographi sunt. De meis antecessoribus aliam cogito mittere pagellam, ibi-  
 „ que habebis unde censuram meam ulciscaris, si ab ea læsus sis. Solpitet te Deus. Tarracone  
 „ XV. (a) Calend. Decembr. An. MDLXXVIII. “

Hac ratione censuram suam ferebat declarabatque Augustinus sincerâ illâ utens libertate, quæ amicum decet. Et Hieronymus Zurita, ut qui sapiens esset, gratias quidem egit; at ali-quantulum ea se tangi castigatione significavit. Humanum quippe! Ejus epistolam hic referre operæ pretium est. Ea autem talis erat (1):

„ Litteras tuas, quas dabas XVI. Calend. misit ad me hodie Joannes Augustinus. Ite-  
 „ rum vero atque iterum gratias tibi ago maximas pro tua censura monitisque, quæ cum iis-  
 „ dem litteris accepi quæque talia omnino sunt, ut nihil non in eis, ne litterula quidem, sum-  
 „ mam ostendat diligentiam eruditionemque tuam, atque sincerum & amantem veri animum.  
 „ Quæ ad orthographiam, & interpunctionem attinent errata, plane video, meaque cuncta sunt;  
 „ quanquam in hoc mihi puram, nec exquisitè nimis, Castellæ sequi consuetudinem propo-  
 „ situm fuit. Ita in vocibus *aver*, *uvo*, *aviendo* aspiratione non utebar, & in *arto* pro *fatis*;  
 „ rectius sane, ut opinor, quam cum aspiratione, nisi fortasse in voce *harto*, quæ *farto* an-  
 „ tiquis erat.

„ De orationibus, quæ apponi possent, parum ego meæ Rethoricæ confido: &, quod ma-  
 „ gis est, illas non amo; quin eæ summè displicent, quamvis perelegantes, quas Guicciar-  
 „ dinus habet, & Ferdinandus Pulgarius. Nos autem Aragonenses, vir amplissime, peculia-  
 „ ria quædam in hoc habemus, nostræque regionis propria. Quod vero ais, nonnihil curæ a  
 „ me esse atque diligentia adhibitum in exploranda historia veritate, id quum ita sit, satis  
 „ mihi superque est. In cæteris vero, quæ a te notantur de loquendi ratione; vel quod secus  
 „ aliquid scribendum sit, vel quod alicubi verba desint aut superent, vel quod videantur quæ-  
 „ dam de Latino versa, difficilemque habeant intellectum: Hæc ego si ita, ut mones, emendarem,  
 „ tua esset Historia, non mea; quod fieri nullo modo posse, plane intelligis; non enim eâ-  
 „ dem omnes, sed alii hac, alii longe diversa incedimus viâ. Ad id tamen mihi hæc proderunt,  
 „ quæ tam humaniter sapienterque admones, ut deinceps multa corrigam, & diligentissime  
 „ circumspiciam. Sum namque tibi ego maxime addictus, & quæ tibi est sententia, ea mihi  
 „ lex certa & stabilis habenda est. Concertationes vero omnes & pervicaciam naturâ odi. Qua-  
 „ re & si multa Ciceronis esse, & Livii, aliorumque gravium Auctorum ostendi possent, quæ  
 „ in Chronico improbat censura tua latina; selegi tamen ad tui sensum ea, quæ feligenda,  
 „ libere quidem, censui. At in illorum etiam interpunctione, castigatione opus esset, ut in  
 „ istis vernaculâ linguâ scriptis, in quibus descriptores ea sequuntur præcepta, quæ magis  
 „ libent.

„ De

(1) Dormer. in *Progress. Hist. in Regno Arag.* pag. 254.

(a) XVI. Calend. datam fuisse hanc Epist. apparet ex ea, qua Zurita ad Augustinum rescripsit, mox af-ferenda.



„ De tuis Antecessoribus lucubratiunculam exspecto summo cum desiderio. Nescio autem  
 „ quam ob causam dicas, censuram me posse ulcisci tuam si ab ea læsus sim: non enim  
 „ fieri potest, ut hæc me lædat; immo vero eam maxime me revereri par est. Et clarum Fa-  
 „ milia Gentisque tuæ nomen, ut decet, celebrari vellem. Quin, non secus ac alii amplissi-  
 „ mi fecerunt viri, aliquem posses conscribere commentarium, quem profectò plurimi facerent  
 „ nostrates, exterarumque nationum homines; quum tua omnia in eo honore, quem merentur,  
 „ ubique gentium sint. Id ego ob hujus regni gloriam, cui ætate nostra tantam addidisti cla-  
 „ ritate, vehementer opto. Sospitet te Deus, tibi que cuncta fortunet. X. Calend. Decembr.  
 „ An. MDLXXVIII. in æde D. Engratiæ.

Ex hac longa epistola intelligitur, non se summi viri Ant. Augustini castigatione esse læsum ostendere voluisse Zuritam, sed eo potius, quod futurum hoc ille addubitaverat, & per jocum talione dignam eam visam iri Zuritæ censuram significaverat. Quæ res adeo hujus facilem pupugit animum, ut iterum sumpto calamo, hoc modo suum aperuerit sensum.

„ Epistolam tuam, & in eos annales, qui publicantur, animadversiones Joannes Augusti-  
 „ nus ad me misit: In qua re amorem in me tuum, benignitatemque haud satis possum ver-  
 „ bis extollere; quod ea deferens, quæ magis tibi jucunda sunt, istæc mea, pretii tam exigui,  
 „ summâ curâ tractes ac diligentia, qua ego valde proficiam, meque corrigam. Gratias igitur  
 „ ago maximas pro hoc eximio, & inestimabili beneficio; monita vero tua ad hoc usui erunt,  
 „ ut magna ex parte emendentur ea, quæ modo describuntur. Illud unum mihi nonnihil attu-  
 „ lit molestiæ, quod extremæ epistolæ tuæ verbis paginam scribis missurum te tuorum Ante-  
 „ cessorum (in quam videlicet incumbis lucubrationem); quo ego possim censuram tuam  
 „ ulcisci, si ab ea sim læsus. Tua certe ut me lædant, non sinet Deus; immo vero sunt ea  
 „ mihi honori & eruditioni; præsertim in tanti momenti rebus, quæ tam valde mihi cordi  
 „ sunt, & ad nomen pertinent famamque meam; quæ si mihi aliqua est, eam ego perpetuæ  
 „ caritati in me tuæ, beneficiisque refero acceptam. Atque eo magis, quod, etsi monita tua  
 „ in tanto habeam pretio, non tamen ideo mihi libertatem adimis sequendi eas, quæ mihi  
 „ probantur, opiniones. Ita enim in Indicibus factum est, in quibus ego quandoque, seu quod  
 „ notitias habeam diversas, seu quod secus intelligam, animo sum obsecutus meo, tenuique  
 „ eam, quæ magis libuit, sententiam. Cujus rei exemplum est, quod tu illud me, summa  
 „ quidem diligentia, admonuisti, ne scriberetur *Johannes*; ad græcorum namque orthographiam  
 „ respiciebas, quare & *h* litteram millies ex eo nomine abstulisti. Contra vero ego censui; scie-  
 „ bam enim, & hebræum esse id nomen, & aspiratione in eo pronuntiando Latinos usos esse,  
 „ ut linguæ illius ferebat natura: atque in exemplari, quod penes me est, D. Cypriani Ope-  
 „ rum pervetusto, annorum videlicet plusquam mille, *Johannes* perpetuo scribi animadverte-  
 „ ram, ut in quodam D. Augustini Confessionum libro, ejusdem vel remotioris antiquitatis,  
 „ pariterque in CCCC. & CCC. annorum Bibliis; Aldum vero Manutium Seniore aliter  
 „ scripsit, & Biblia tam Complutensia ac Roberti Stephani, quam postrema hæc Plantiniana.

„ Quoniam porro in latinis illis, cum in hoc tum in aliis quibusdam, opinione mea seu  
 „ recte, seu perperam uti licuit, spes est eandem mihi potestatem in his etiam hispanicis factu-  
 „ rum te. Eadem namque regio Patria tibi, puto, mihi que fuit; ego vero, ex quo vir optimus  
 „ tuus Ant. Augustinus Pater obiit, ad annum usque MDXLVIII. in Castella institutus sum:  
 „ at postquam ad hoc Regnum veni, in patriam reversus multa resumpsi vernacula; quod  
 „ idem & tibi accidit, ut in vocis illius *satisfacer* emendatione conspicitur; quæ vox adeo  
 „ vernacula est, nostræque linguæ peculiaris, ut si quis ea utatur, is non modo habeatur ho-  
 „ spes, sed & tam rusticus, quam qui diceret *halda* & *heria*. Quod autem ad scribendi mo-  
 „ dum attinet, tam bene ad Castellæ morem *quenta* & *quento* scribitur, quamquam dicimus  
 „ *contar*, *contador*, & *contaduria*, ut ab annis innumeris *q* tantum, non vero *c* littera,  
 „ illius dictionis initialis in rationum libris apponatur. Vocibus etiam illis *aver*, *uvo*, & *u-  
 „ viesse*, secundum rectam Castellensium orthographiam nunquam aspiratum est, neque ego  
 „ faciam. Quod vero in *ahunque*, & *authoriad* aspiratione uteris, nescio quamobrem; nisi li-  
 „ bertas litteratorum hominum hæc est. Eadem, obsecro, perge libertate ferre censuram tuam;  
 „ summæ namque mihi profecto ea est utilitati, quum liberum & mihi sit argumentis, si quæ  
 „ suppetunt, meam tueri sententiam, atque vicissim te de quibusdam commonere, quæ video  
 „ non satis tibi perspecta esse. Utinam ejus me voti compotem faceret Deus, ut simul iterum  
 „ essemus! Futurum sane considerem, ut censuram in hisce tuam revocares.... Servet te  
 „ Deus incolumem, tibi que fausta omnia largiatur. In æde D. Engratiæ VIII. Calend. De-  
 „ cembr. An. MDLXXVIII.

Hæc Zurita scripsit quum Augustini censuram apertius infestaretur. Etenim, ut natura est hominum, indulget quandoque sibi modestissimus quisque. Verum, qui probe noverat Augustinus, animadversiones medicarum potionum instar esse, quæ quanquam amaræ sunt & displicent, dum ebibuntur, profunt tamen; ideo eâ, quæ talem decebat virum, libertate censuram persecutus est; quum præ hominis sibi amicissimi existimatione tantulam parvi duceret in præfens offensionem, quæ nimirum vel propediem obliteranda, vel æqui bonique rectius facienda esset. Itaque ad eum scripsit in hanc sententiam:



„ Binas a te accepi litteras, quibus epistolæ meæ respondebas. Ne credas tamen propterea  
 „ cessaturum me, quominus ea corrigam, quæ mihi vel non placent, vel incerta sunt. Immo  
 „ vero censeo, animadversiones hæc meas tibi esse in non exigui beneficii partem numeran-  
 „ das; quanquam nisi ea forent typis descripta, quæ lego, majori forsitan a me diligentia e-  
 „ mendarentur. Quod si cura in hoc mea nullæ tibi est utilitati, illud ego satis habeo, quod  
 „ amicitia officium arbitror me servasse; præstat enim tibi a me istæc audire, quam ab aliis,  
 „ qui te non pariter ac ego ament & laudent. Magni pretii est, cæterisque antecellit Historia  
 „ tua, si cum iis conferatur, quæ ab Hispanis Historicis scriptæ hucusque prodire; at non-  
 „ nulla in ea desiderantur, quæ habent clariore Græci & Latini historici, & quod maxime ob-  
 „ servabile est, defunt directæ & obliquæ orationes, quæ Thucydidis, Livii, & Sallustii historiis  
 „ tam magnum præbent ornamentum. In C. Cæsaris Commentariis sunt eæ quidem orationes,  
 „ sed paullum dissimulatæ: & tuus ille Cornelius Tacitus, quamvis subrusticus & humilioris  
 „ linguæ, pulchras tamen ac breves habet orationes. Illas vero Guicciardini omnes, & Paulli  
 „ Jovii nonnullas facio plurimi. De illis Ferdinandi Pulgarii non memini. Tam valde displi-  
 „ cent in eo scriptore, cum alia pleraque, tum præsertim sententias verbis claudendi consue-  
 „ tudo, ut ipsum ego, quamvis eminere inter alios videbatur, scriptoribus tamen barbaris ac-  
 „ censeam, ut Garibajo, Goberto.....

„ De orthographia & interpunctione, ut tibi libitum erit, sic facies. Mihi quidem non  
 „ probatur, ut more Gallorum, aliter scribamus ac loquimur; & quum *scripto, docto, scien-*  
 „ *cia, presumpcion* nemo dicat Hispanus, non est, cur ita a nobis scribantur. Quod vero non  
 „ sunt a te ea in Chronico emendata, quæ monui, ut in illis vocibus *Johannes, Nutricius*, aliis-  
 „ que, parum sane id mea refert: & nunc utaris licet eadem libertate, quin & majori; ete-  
 „ nim quæ tunc emendabantur non erant typis descripta: modo vero ita se res habet, ut ve-  
 „ nit in proverbii consuetudinem: *uxorem \* duxi, quid tibi est sententiæ?* Nihilominus ta-  
 „ men, quæ ego sentiam, scribere pergam ingenue; eæ sunt enim amicitia partes: tuæ erunt,  
 „ ut illud agas, quod aptius arbitraberis. Enimvero fieri non potest, ut in tam multis, quæ a me  
 „ notantur, paucula saltem tria vel quatuor probabilia non sint; istæc porro in re aliqua usui  
 „ erunt, ut in corrigendis erratis. Verum si hæc ante perfectum opus corrigantur, libertatem  
 „ adimi scriptoribus jampridem animadverti. Nolo autem meâ causâ rursus describi librum; quod  
 „ tamen, si fieret, non inde magnum detrimentum caperemus; præsertim si aliâ formâ, ut ea,  
 „ quam *in quarto* vocant. Et mutila erunt Chronica tua, nisi hisce aliis continuentur.....  
 „ Folium interius eorum, qui L littera notantur, cæteraque accepi, quæ mihi deerant. Quæ re-  
 „ liqua sunt, ut Joanni Augustino dentur, velim cures; quo videlicet ego festos hos dies tran-  
 „ sigam jucundius, quam si eos in ferendis sermonibus cum hujus Urbis oppidanis tererem.  
 „ Vale. Tarracone Non. Decembr. An. MDLXXVIII.

\* Casado  
me he, que  
os parece?

„ Huic epistolæ Zurita, aliam hanc scribens, respondit: „ Accepi litteras tuas, quas Joan-  
 „ nes Augustinus ad me hodie misit; atque ego tibi ob tuam in me benignitatem gratias ago,  
 „ quòd nimirum me tuis juvare monitis perseveras, in iis omnibus, quæ animadversionem, vel  
 „ emendationem postulant. Siquidem has tu lucubrationes, quum ad res eæ pertineant hujus  
 „ Regni, quumque earum ego onus susceperim, multâ, ut decuit, dignitate auctoritateque pro-  
 „ dire velles. Scio equidem, tantam de me opinionem habiturum te, ut, quum tot exegerim  
 „ annos postquam mihi in hæc studia incumbere propositum fuit, illa certe credas me habere  
 „ perspecta, quæ in hac mea desiderantur lucubratione, ut *Historia* appellari mereatur, tum  
 „ vero maxime, si ad veteres scriptores respectus habeatur. Omni namque elegantia, qua ni-  
 „ tent eorum scripta, cæterisque ornamentis quis non intelligat mea carere? Capita quoque,  
 „ etsi moris Græcorum sunt, quis non videat rem esse abjectam & vulgarem? Demum exhibe-  
 „ ri seriem debuisse rerum non interruptam, atque perpetuam? Ita etiam quod scribis de ora-  
 „ tionibus obliquis ac directis, id & ego profecto novi; neque in Trogi, qui eas improbat,  
 „ sententia penitus sum; etenim de illis apponendis excellentiores Græci Latinique Historici  
 „ videntur consensisse. At non ad hoc satis visus sum mihi ab eloquentia paratus atque ab in-  
 „ genio; a quibus & si probe essem instructus, si quidem illos imitari auctores fuisset mens, multa  
 „ atque infinita propemodum erant adimenda, quæ non periisse sane præstat, quam oratoriam  
 „ laudem captantes jacturam cum existimationis fecisse nos, tum aliorum, quæ maxime ad in-  
 „ stitutum nostrum opportuna sunt. Atque eo magis, quod nonnulla sunt in historia Catholi-  
 „ ci Regis; quæ multis ante annis constituta erant, quam opinione consiliisque tuis uterer;  
 „ eæ vero ideo posita sunt, quod veritati innitebantur, ex magna nimirum parte. Licet enim  
 „ interdum veris & exploratis ita verisimilia admiscere, ut non videantur commentitia.

„ Quod ad orthographiam attinet, tam valde ego tuæ adhæreo sententiæ: non esse scili-  
 „ cet a nobis aliter scribendum ac loquimur; ut hanc in omni vita legem perpetuo servaverim.  
 „ Atque hoc adeo verum est, ut in Castellæ rebus recensendis semper scribam *la fice escrivir*.  
 „ Illos vero a libellis rideo, qui scribunt *la fice escrivir*; quòd nempe latine se scire putant.  
 „ Hos ego interrogo: cur non dicant *la fice scribir*, si eousque latini sunt? Illud ergo tibi, ut prædixi,  
 „ vehementer assentior, eam esse a nobis servandam scribendi rationem, quæ ratio loquendi

„ est



„ est. Verum de ratione loquendi longe opinionem tuam a mea distare perspicio; dicimus enim  
 „ *desacer*, non vero *fatishacer*, ut scribendum præcipis, quamvis dicturum te non puto *fa-*  
 „ *tishacion*. At censura tua pro stabili firmâque lege habenda est. Scribis præterea *ahun* & *a-*  
 „ *hunque*, etsi non ita loqui consuevimus. Nihilominus tamen in eximii a me beneficii partem  
 „ numerantur monita de his tua.....

„ Utique ea, quæ mones, & gratissima mihi, & beneficio sunt perinsigni; emendabuntur  
 „ enim, ut scribis, errata quum denuo liber vulgandus erit. Quod vero ais, ita evenire ea,  
 „ quæ modo consilia das, ut est in proverbii: *uxorem duxi: quid tibi est sententiæ?* id non  
 „ meâ profecto culpâ contingit. Etenim fuit illud quidem summæ in me benignitatis, ut cen-  
 „ surâ tuâ me juvare tibi libitum fuerit: & maximo bono meo factum fuisset, ut te Tarra-  
 „ cone convenirem, teque de rebus meo iudicio gravissimis consulere; quo itinere ob eas,  
 „ quas nosti, causas superfedi. At nunquam ego abs te petii, ut censuram hanc ferres, & tuam  
 „ mandares sententiam; sed id sponte tua tantummodo præstitisti, eo nimirum, quo me pro-  
 „ sequeris, amore, atque ea veritate & sapientia, qua omnia tua fulgent. Hæc autem ego certe  
 „ in tam maximo honore habeo, ut nihil eorum mihi, ne litterula quidem excidat.

„ De chronicis vero latinis continuandis, quod ni fiat, mutila ea futura esse scribis; tam  
 „ ego sum semivivus homo, ut ne incipere quidem debuissim; at si in his, quæ modo publican-  
 „ tur, & in historia Regis Catholici multam quis diligentiam adhiberet, is næ aliquod facturus  
 „ esset operæ pretium. Et erit fortasse qui id agat, assumatque sibi onus recte digerendi histo-  
 „ riam latinam rerum hujus Regni. Verum, addat ille oportet majorem sui proprii laboris se-  
 „ dulitatem, non vero Antonium Lebrijum imitetur, qui Ferdinandum Pulgarium interpreta-  
 „ tus est, neque Silvensem in Algarbiis Episcopum, qui vernaculam Emmanuelis Regis Histo-  
 „ riam latine vertit: Quæ maxime, meo iudicio, dedecuerunt tam graves viros. Cornelii Taciti  
 „ Annalibus, historiæque valde me delectari non inficior: atque id forsitan me adeo decipit,  
 „ ut acerbius te censeam de illo opinari cum dicis, humiliori ipsum uti genere scribendi; nam-  
 „ que, ut subsperum eum esse concedam tibi, & eas, quæ sua ætate in usu erant, voces u-  
 „ surpasse; nullam tamen ego in ejus scriptis abjectionem video; immo vero suspicor, rectius eum  
 „ cæteris imitatum esse Sallustium: & eæ verborum asperitates Ciceronis etiam tempore usi-  
 „ tatae erant, ut in Cælio notatum est, & in illo ipso Sallustio, quem nimium in Catone imi-  
 „ tando fuisse accepimus..... Valeas &c. In æde D. Engratiæ prid. Id. Decembr. An.  
 „ MDLXXVIII.

Neque fatis habens Hieronymus Zurita, indignatiunculam sic suam effudisse; quum simul  
 & hæc ad Augustinum litteræ, & novæ ad illum deferrentur Augustini castigationes; longius  
 iracundiâ digressus est, quam sapientis hominis ratio postularet, atque acriorem hanc scripsit  
 epistolam:

„ Heri litteras tuas, quas XI. Calend. Decembr. dabas, Joannes Augustinus ad me mi-  
 „ sit. Et revera, quo majorem perspicio tuam in meis corrigendis erratis, mendisque diligen-  
 „ tiam, hoc magis mihi bonitas item tua, qua nimirum id præstas, ob oculos versatur. Tua-  
 „ rum namque animadversionum ingenuitatem cogito atque constantiam, simulque illud ani-  
 „ mo volvo, quam ingenti sis auctoritate dignitateque, quamque multis, iisque gravissimis  
 „ distlinearis studiis, quæ videlicet universæ Christianorum Republicæ maximam speramus al-  
 „ latura esse utilitatem. Quapropter, quod incitiam meam in tam parvis rebus tanta sedulita-  
 „ te redarguis, id in tanto viro summæ est profecto humanitatis, & singularis erga me bene-  
 „ volentiæ; vel, si eam ego non mereor benignitatem, ideo certe a te factum arbitror, quod  
 „ hujus Regni, Patriæ nimirum tuæ, res tam prave nolles tractari ab eo, qui tam parum sa-  
 „ piat, sitque ab omnibus adjumentis imparatus, quæ ad tantum suscipiendum opus fuissent  
 „ utique necessaria.

„ Verum cum severitatem considero atque inclementiam censuræ hujus tuæ, quam ego  
 „ te nec de rebus, nec de verbis rogavi, pene adducor, ut verear, ne hujuscemodi conten-  
 „ tiones atque certamina grata tibi præter modum sint: & earum animadversionum in men-  
 „ tem venit, quas ad Alvarum Gomerium mittebas, ac, opinor, ad Ambrosium quoque de  
 „ Morales, quas videlicet tanta hilaritate nobis, quum Madriti essemus, Rodericus Zapa-  
 „ ta commonstrabat, una cum tuis ad eosdem litteris, quibus nempe illud referebas, quam  
 „ commoda ipsis daretur occasio, qua probe de se ipsis purgandis cogitarent. Quamobrem  
 „ tibi hæc & negotio, & oblectamento esse ego intelligo. Censuram vero tuam illi utique  
 „ merebantur, qui eam tam vehementer concupiverant. Ast ego, cui diversum penitus in-  
 „ genium est, quum tuas non postulaverim castigationes, non video cur iisdem tam severe ve-  
 „ xandus sim, ab eo præsertim, qui tam multa, maximique momenti munera sustineat. Sic  
 „ & acerbius adhuc indignationem suam patetacere Zurita, & se in omnem partem jactare, ut  
 „ poterat, perrexit Cæsaraugustæ Idib. Januar. An. MDLXXIX.

Quare, quum Zuritam, quem summâ benevolentia complectebatur, tam graviter commo-  
 tum cerneret Augustinus, recteque nosset, non parum habere offensionis castigationes, quod ma-  
 jorem sive ingenii vim, sive diligentiam censoris esse, quam ejus, qui corrigitur, indicio sunt;  
 eximia ad eum respondit animi moderatione, animadversiones suas ut ipsi probaret fatagens,  
 & ea-



& earum veniam petens. Itaque hæc inter alia ad eum Cæsar Augusta [a] scripsit IX. Calend. Februar. An. MDLXXIX.

„ Quod ad censuram attinet a me in Alvarum Gometium latam: si de eo loqueris, quod ipse de Patre scripserat, credo equidem in hoc me peccasse, quod non satis graviter illud fecum expostulaverim; jamque exemplum sententiæ, qua in Belgio Cæsar Patrem absolvit, ad eum, mihi; ille autem mihi missurum se librum pollicitus est emendatum, quem nimirum ego in vulgusedendum curem. Quod reliquum erit id tu præstabis. Si vero de emendationibus in D. Isidorum loqueris, eas ego aggressus sum mandato Regis, qui, postquam sum in Tarraconense Sacerdotium evector, iterum de iisdem dedit mandata: atque novem jam vidi libros, & in decimo versor. Censuram porro in ejus animadvertiones gravem & severam ad eum mitto, & periculum subeo libens, ne quod bonum in ea est suum ipse vindicet; de me autem vel nihil dicat, vel illud tantummodo, emendari scilicet a me perperam, quæ a se recte notata sint. Verum ego fungor officio meo, & suo ille; meum namque laborem gratum sibi esse testatur. Quin quum ab eo petissem, ut, quæ erant in suis nummis, nomina Coloniarum ac Municipiorum Hispaniæ ad me in schedula scripta mitteret, loculum ipse misit, in quo ex auro plusquam viginti erant numismata Gothorum Regum, eadem, opinor, cuncta, quæ posuit Ambrosius de Morales. Hujus vero tantum, ut intervirem Regi, nonnulla in regiæ Escuriacensis ædis usum ellogia atque carmina, quæ mecum ipse communicaverat, emendavi. Scio equidem, contra emendationes meas elatius ipsum repugnasse. Brevi tamen ipsi pœnitendum fuit; etenim nihil aliud mihi in animo est, quam ut omnes juvem: & si in multorum beneficium hos labores subeo officiosos, fortè volente Deo hoc fit, qui & mentem dedit emendandi Pandectas, Varronem, Festum, Novellas Juliani Constitutiones, & eas quæ in veterum Pontificum Romanorum epistolis continentur, & Gratiani Decretum, & Concilia: Ultra quam quod plerique suas mecum communicant lucubrationes, & me rogant sententiam; quam ego libere scribo, alio sane animo quam indicas. Quod si te id excruciat, duplex habebis negotium; ego vero unicum, obsecrandi te scilicet, ut ignoscas, non menti quidem, quæ bona fuit, sed verbis inurbanis, & insuavibus “.

En qualem se exhibuerit Augustinus, suam ostendens in censura sinceritatem, atque in ea urgenda singularem prope constantiam amicitie, quum invisam illam Zuritæ cerneret; prudentiam vero, ac eximiam animi moderationem in ea tum demum coercenda, quum ad simultatem spectare contentio videretur.

Epistolæ, quæ superius allatæ sunt alias continent cum Augustini animadvertiones, tum responsiones Zuritæ super diversis litterariis argumentis; inter quæ de genere scribendi disputatum est, declaravitque Augustinus, arctissime se Ciceronianum esse; non ideo sane quod verba tantum ad fastidium exquirenda esse censeret (ut quidam, quos merito Desiderius Erasmus in suo Ciceroniano reprehendit), sed quod ita scribi veller, ut Augusti ætate factum est. At Zurita majorem paullo significavit placere sibi libertatem. Quæ, si rite perpendatur, in idem recidit, quod Augustinus contendebat: Scriptores quidem præferendos esse, qui Augusti temporibus flourerunt; sed ex iis quoque, qui proxime illos consecuti sunt, esse voces desumendas, ad multorum explicationem necessarias, quæ, si ab auctoribus ætatis (ut ajunt) aureæ usurpatæ sunt, in eorum scriptis non supersunt. Quare, quod evenire in disputationibus plerumque solet, id ipsum in hac contigit, ut maximi illi viri longe invicem dissentire verbis viderentur, sed revera una eademque fuerit eorum sententia. Quanquam dissimulandum non est, nimiam fuisse illam Augustini morositatem, qua nimirum immodice Plinii, Quintiliani, Taciti, Suetonii dicendi rationem depreffit; eam vero quorundam recentiorum extulit adeo, ut affirmare non dubitaverit (1), Hieronymum Ossorium, Reginaldum Polum, Petrum Bembum, Jacobum Sadoletum, Paullum Manucium, Carolum Sigonium, aliosque similes melius latine atque elegantius scripsisse illis, qui Cornelii Taciti tempore fuere, & in maximo versari errore eum, qui aliter censeat. Arduam enimvero sententiam! Nihilominus tamen Antonius Siliceus, quum de his disceptationibus loqueretur in epistola, quam ad Josephum Dormerium scripsit III. Non. Jul. An. MDCLXXXI. summi viri Ant. Augustini memoriam, nomenque revereri debuisset; qui de controversiis istis litterariis, qui sibi sensus esset, hisce verbis declaravit: „ Illud ego tantum affirmo, ut hæc editio magni estimanda sit, solas sufficere epistolas, præcipue vero magni viri Zuritæ, atque Ant. Augustini; in quibus perspicue cernas cum insolentem hujus & vere aulicam scientiam, tum solidam profundamque sapientiam Hispani, quem unum habemus, Historici, qui

*Creber utraq; manu versat pulsatque Daretem.*

[1] *In Epist. data Tarracone IX. Cal. Febr. Hist. in Regno Arag. pag. 426. An. MDLXXIX. Vide Dormer. in Progress.*

[a] *Tarracone* arbitror legendum esse.



Quo pravo Silicei iudicio nisi librum suum *de Progressibus Historiæ in Regno Aragoniæ* Dormerius commaculasset, non esset cur ego nunc dicere deberem, multum in eo homine urbanitatis ac verecundiæ desiderari, qui talia de tanto viro locutus sit, homo tam nihili, ut ne unicum quidem recte transcribere quiverit Maronis versum.

Diutinum valde Augustino fuit cum Hieronymo Zurita commercium epistolarum, quibus de diversis litterariis argumentis uterque agebant. Josephus autem Dormerius Laceraniæ Archidiaconus in suum *de Progressibus Historiæ in Regno Aragoniæ* librum eas tantum retulit epistolas, quæ vel ad illius Regni historiam pertinebant, vel ad Zuritam magnificandum ex usu erant; id enim sibi potissimum ea lucubratione propositum fuerat. Ab eodem tamen Dormerio accepimus [1], cum Hieronymo Zurita plurimum de Inscriptionibus egisse Augustinum, earumque complures habuisse Jacobum Joannem Morenum, sacræ ædis D. Virginis Sigenatis Antistitem, a quo Galcerandus Comes Guimerensis, \* antiquitatis studio perinsignis, illas adeptus est.

Quod vero ad diligentiam attinet in colligendis veterum inscriptionibus, iisdemque in communem usum impertiendis liberalitatem, in MS. Codice, qui in hac Regia Bibliotheca aservatur, cui titulus \* *Notæ variæ in Romanas, & Ecclesiasticas Antiquitates, Auctore Alphonso Ciaconio*, legi ego huiusmodi testimonium: „Urbs perantiqua Barcino est, Colonia Romanorum; quod multi indicant Romani lapides, qui in ea sunt, quos mecum vir amplissimus „Ant. Augustinus Ilerdæ Episcopus communicavit“.

Quot vir iste summus labores pertulerit in scientiis illustrandis satis ex tot tantorumque scriptorum varietate perspicitur. Nulla tamen fuit lacubratio utilior eâ, qua Gratianum emendavit, quanquam exiguo hæc volumine continetur. Quum Gratiani liber, qui *Decretum* inscribitur, maxime esset ignorantia exscriptorum, & licentiâ interpretum depravatus; eum vero emendari vellet Pius IV. Pont. Max. id commisit compluribus exquisitæ eruditionis viris, inter quos erant nonnulli æterni nominis Hispani, ut Franciscus Turrianus Legionensis, qui multa ætate & doctrina gravis Sodalitati Jesu senior nomen dedit die Natali Christi anni MDLXVI., Joannes Rodericus; Aquilius Estatus Vidigueirensis in Portugallia clarus Philosophus & Poeta; Michael Thomasius Taxaquetius ex majori Baleari., Ilerdensis postea Episcopus, cujus in hac emendatione, eodem Augustino teste, (2) potissimæ fuere partes (cui tamen ipse opitulatus est Augustinus, ut in Dialogo VI. lib. I. De Emendatione Gratiani Petrus Galefius indicat); Joannes Marfa, & Franciscus Leo postea Societatis Jesu. Alios quosdam deinceps addidit Pius V. nomine & rebus gestis sanctus, Romanus Pontifex renuntiatus, & inter eos Melchiorum Cornelium Lusitanum, Petrum Ciaconium Toletanum, quem itidem Augustinus juit [3], quemque Michaelis Thomasi Theſeum appellavit; cujus nimirum labore & eruditione plurimum ille profecerit (4); & Franciscum Pegnam Villarojenſem \* in Aragonia, ex XII viris litibus judicandis Romæ præpositis. Hic porro addidit Pontificiis Constitutionibus, quæ *Decretales* appellantur, in marginibus notas, in quibus ideo auctoris nomen dissimulatum est, quod, ut Augustinus ait, Dianæ Templum is incendiſſe videretur (5). Cum autem vir clarus, & pontificii Juris peritissimus Franciscus Florens consideraret, eos ferme omnes, qui Gratianum emendare, Italos vel Hispanos fuisse, unumque inter eos Gallum Arnaldum Pontacum Burdigalensem Vasatium Episcopum, Chronographum insignem, temperare sibi non potuit, quin maxime doleret, sicut & ego nunc doleo, vicem criticæ artis, quæ dum a nobis negligitur, tantâ (a) a Gallis diligentia, hac ætate excolitur. Ita enim hæc mutantur ut in litteras amor est, & præmia Doctrinæ proponuntur.

Per idem tempus, quo Romani Censores (Romani enim nuncupantur omnes, quanquam diversi natione erant, quia Romæ ea censura ferebatur) corrigendi Gratiani librum negotium habebant, ostendere voluit Augustinus, quam multo ipse in eo opere posset adjumento esse, scripsitque duos *de Emendatione Gratiani* libros, quorum singuli Dialogos continent viginti; Dialogi vero suas habent adjunctas notas, ne illorum contextum testimoniorum frequentia deformaret. Sunt autem in prioribus XX. Dialogis, qui loquentes inducuntur, Ant. Augustinus, Petrus Joannes Galefius, & Vincentius Augustinus Vincentii (6) Filius. Horum primus A, secundus B, tertius C litteris designantur, ordine videlicet litterarum. Petrum Joannem Nunneſium hominem pereruditum Petrus Joannes Galefius præceptorem habuit, ut ipse testatus est, scriptâ sui præceptoris laudatione, & ad calcem positâ commentariorum in librum *de Constitutione Dialecticâ*. Præclaram vero sibi Romæ & in Gallia famam comparavit, utpote qui Philosophiam, Græcam linguam, & Juris scientiam doceret. At quum Burdigalam, de publico stipen-

[1] *In Progress. &c. pag. 238. col. 2.*

[2] *De Emend. Grat. Dial. 3.*

[3] *Ibid. Dial. 6.*

[4] *Ibid. Dial. 3.*

[5] *In fin. Not. Dial. 20. lib. poster. de*

*Emend. Grat. juncto Francisco Florente in Præf. de Meth. & Auct. Collect. Grat.*

(6) Qui Patrem Franc. Augustinum Anton. August. Sobrinum, ut opinor, habuit.

[a] Secus apud Mayanſium; sed mendum aliquod videtur irreplisse.

\* *El Conde de Guimerà Don Galceran de Pinos i Casbro.*

\* *Apuntamientos varios sobre Antiquedades Romanas i Ecclesiasticas, su Autor el Padre Frai Alfonso Ghacon.*

\* *De Villaroja de los Pinares.*



pendio proposito, ad illius Academiae regimen esset arcessitus, dum nimirum civili bello Gallia exardesceret, ab armatis ex insidiis cum uxore oppressus interiit, ut fama est, in Pyrenaeo monte, insigni amissa graecorum codicum bibliotheca (1), quorum copiam atque excellentiam Isaacus Cataubonus celebravit in fine praefationis in Athen. De eo Ant. Augustinus, dissimulato nomine, mentionem habuit, ipsum *hominem doctum & amicum suum* appellans [2]. *Doctissimum & acutissimum* An. MDLXIX. (3) Jacobus Cujacius nuncupavit: sicque *acutissimi ingenii & doctrinae plane singularis virum* Hercules Ciofanius in suis in Ovidii Metamorphoseon librum eruditae notationibus (4), ex officina Christophori Plantinii An. MDLXXXII. Antuerpiae editis. Valentiae commoratus est, & quin ab ea civitate An. MDLVIII. discessisset, Joannes Baptista Cardona, qui ibi morabatur, ad Augustinum prid. Id. Jul. data epistola, quae penes me est, haec scripsit, quae sequuntur: „ Locum illum de Cruce opto vidisse te „ in graeco Gregorii Nissenii Authographo. Si autem istic est Petrus Galesius, moneo, ut eum „ detineas, nec abire sinas; est enim vir summus, quem diutius nobiscum commorari nobis „ datum non est “. Tantis itaque sine exceptione ulla laudibus perspectis, nulla possum ratione adduci, ut ea credam vera esse, quae de tam praestanti viro scripsit Joannes Meurius, in libro, quem *Themis Attica* inscripsit, & post eum Aegidius Menagius in suis in Diogenem Laertium notis (5): Calvinianas nempe partes secutum, factumque ejus criminis Romae reum: & quamvis tunc quidem, quod ei obiiciebatur, crimen comprobatum non fuerit, crematum tamen postmodum in Belgio Galesium esse. Belgium Andreas Schottus patriam habuit, & post mortem Galesii scripsit, quippe qui suam vulgavit An. MDCVIII. Francofurti Bibliothecam; neque credendum est, tanti rumoris nuncium ipsum ignorasse. Ait quidem Colomesius in suis *Miscellaneis curiosis*, Galesii supplicium Schottum dissimulasse, ut Patriae suae parceret dignitati. Id autem aequum est ac si mentitum esse Schottum dixisset, quod non ego profecto credam. Italum fuisse Petrum Galesium, in suo tractatu *de Antichristo* scribit Floremundus Remundus. Quare an duo exstiterint eodem nomine viri docti dispiciendum esset.

In posterioris autem libri Dialogis loquentes inducuntur (6) Ant. Augustinus; & Franciscus Aduartes, quem Barcinonem Augustinus miserat, ut veteres quosdam Conciliorum, & aliorum scriptorum libros describi sibi curaret, & alia quaedam ad Gratiani Emendationem maxime pertinentia (7); qui Aduartes Carthusiensis postea Monachus, Romanorum censorum acta legerat, multaque diligentia diu in haec studia incubuerat. Tertia in hisce Dialogis persona fuit Martinus Augustinus Joannis Fratris Filius. Ant. Augustinus, ut in prioribus Dialogis, littera A, Franciscus Aduartes littera B, & Martinus Augustinus littera C denotantur. Scripta haec primo Ilerdae sunt, ubi & acta simulantur, postmodum vero, ut quidem coniecere potui, Tarracone renovata & perfecta, ubi & caetera sunt typis describi. Atque id arbitror Augustino in animo fuisse, ut Dialogos illos simul ac e praelo aufererentur, mitteret subinde Romam, vel certe evulgare aliquod sui operis specimen properaret. Et quidem Dialogos quinque prioris libri misit ad Latinum Latinium, qui selectis Patribus, Gratiano a mendis expurgando praefectis, a Pio V. Pont. Max. annumeratus est An. MDLXVII. (8). Quare credibile valde est, caeteros quoque eum missurum fuisse. Latinus vero Latinus Non. Januar. An. MDLXXXVI. (a) data epistola respondit: Dialogos illos, statim ac eos acceperit, legisse se multa cum voluptate, itemque notas, etsi non omnes, ob oculorum hebetationem. Suas enim Dialogi illi habebant adjunctas notas, ut ii, qui postmodum typis vulgati in manibus hominum sunt. Editio tamen non eadem est. Etenim Augustino, ut in postremo Dialogo ipse narrat, prodiisse nuntiatum est romanam Gratiani emendationem, Gregorio XIII. inscriptam, ejusdemque jussu editam An. MDLXXXII., quum in extrema ipse colloquutione versaretur, hoc est, quum suos jam omnes Dialogos scripsisset. Quod ipsum repetit in priori ad primum Dialogum additione.

Romanum vero illud volumen quum Augustinus conspexisset, librum quem ediderat suppressit, laboremque iteravit suum; multa, quae emendatoribus Romanis facienda erant, identidem animadvertens. Illi vero, non exiguo sane Augustini beneficio, complura Gratiani menda tam diligenter sustulere. Constat enim, hunc, quum per idem tempus privatis studiis in idem opus incumberet, nonnulla viris illis monumenta suppeditasse; quod significavit ipse sub Petri Galesii nomine, qui in prioribus XX. Dialogis loquens inductus est: itemque ad Hieronymum

Zu-

[1] Andr. Schottus in *Hisp. Biblioth. Tom.*  
3. in quinta Classe *Valentin.* pag. 612.

(2) In *Dial. Antiquit.*

[3] *Observ. lib. 10. cap. 12.*

[4] *Lib. 13. vers. 264.*

(5) *Lib. 7. segm. 124.*

[6] Ant. August. *lib. poster. de Emendat.*  
*Grat. initio notar. ad Dial. 1.*

[7] *Lib. poster. de Emend. Grat. Dial 1.*  
*in princ.*

[8] Lat. Latin. in *Epist. ad Jo. Mer. Seq.*  
*data Romae VIII. Cal. Sept. An. MDCLXXXVIII.*

(a) In his adscribendis datarum Epistolarum rerumque gestarum annis mendam aliquod videtur irrepisse. Et si recte anni essent adscripti, longe post editam Romanam Gratiani Emendationem Augustinum quinque illos Dialogorum libros ad Latinium misisse manifestum esset.



Zuritam prid. Id. Maj. An. MDLVII. hæc scribens: „ Quod me de Gratiani libro Româ  
 „ consultum mittunt, gratum feceris si illud Cæsar-Augustam vel Barcinonem per notum quem-  
 „ dam mihi perferendum cures (1)“. Tantum in eo erat publicæ utilitatis desiderium, ut ea so-  
 lummodo sibi foret cura, & tam minimum esset de sua propria gloria sollicitus, ut alios ad  
 ipsam præoccupandam juvaret. Verumtamen Dei providentiâ factum est, ut apud Superos exi-  
 miæ animi moderationis fructus perciperet, illudque pro contempta hominum laude præmium  
 haberet celerius, longeque splendidius eo, quod sibi ex hæc dialogorum editione in terris ob-  
 venisset, quam ipsi perfectam videre datum non est. Ea enim, paullo post quam fato functus  
 esset, anno MDLXXXVII. \* Tarracone prodiit typis Philippi Mey, qui postmodum in præ-  
 clara Valentina Academia, sua nimirum in Patria, προτωδία docuit. Quam vero Tarraconen-  
 sis Dialogorum editionis, atque illius, quæ Parisiis repetita est An. MDCVII. \* rara admo-  
 dum exempla facta essent, maximumque omnibus foret, sanctioris disciplinæ amatoribus, præ-  
 stantissimi hujus libri desiderium, rursus eum vulgandum typis curavit vir multa eruditione  
 clarus, & Augustini memoriæ studiosus Stephanus Baluzius Tutelensis; qui, novis additis no-  
 tis & animadversionibus, cum Gratianum ipsum, tum Augustini in Gratianum emendationes  
 plenissime illustravit. Adjecit vero Petri de Marca Parisiensis Pontificis interpretationem capituli  
*Clericus 3. qu. 4.* & Andreæ Schotti in funere Ant. Augustini orationem. Hi porro dialogi,  
 sic a Baluzio notis & præfatione aucti sub hoc titulo prodierunt: *Ant. Augustini Archiepiscopi  
 Tarraconensis Dialogorum Libri duo de Emendatione Gratiani. Stephanus Baluzius Tute-  
 lensis emendavit, Notis illustravit, & novas Emendationes adjecit ad Gratianum. Parisiis  
 Excudebat Franciscus Muguetius anno MDCLXXII.* \* Hanc Parisiensem editionem ea consecu-  
 ta est, quam curavit Gerardus Mastrichtius *Duisburgi ad Rhenum sumptibus Joannis Fride-  
 rici Hagenii* \* An. MDCLXXVI. (a) ut narrat Burchardus Struvius in Bibliotheca Juris Sele-  
 cta (2), & David Clemens in Bibliotheca Curiosa (3). Idem vero Ant. Augustini de Emen-  
 datione Gratiani Dialogi typis rursus vulgati sunt Neapoli An. MDCCLX. & postremo Vin-  
 dobonæ per Georgium Ludovicum Schultium An. MDCCLXII. \* cum *Stephani Baluzii,  
 & Ger. Mastrichtii notis, curante M. Jos. Ant. Riegger Cæs. Reg. Acad. Roboret. Socio.*  
 Pretii tamen non exigui est horum Dialogorum editio princeps, cujus exemplum penes me est;  
 etenim paucula nonnulla in posteriorum editionum exempla irrepere.

In miscellaneis codicibus Bibliothecæ Ottobonianæ, quæ Bibliothecæ Ædium Vatica-  
 narum copulata est \* quædam est Joannis Angeli Somnini \* censura in Ant. Augustini Dia-  
 logorum de Emendatione Gratiani libros, cum Notis & Emendationibus Stephani Baluzii Tu-  
 telensis typis vulgatos. Et quanquam non probatur Somnino eorum Dialogorum publicatio,  
 quippe quæ post Romanam Decreti emendationem peracta sit; quare & supervacaneam illam  
 esse arbitratur; attamen in ea nihil reprehensione dignum recenset, & in Baluzium tantum in-  
 vehitur, complures hujus sententias animadvertens, quas arguit erroris, & perniciosas cona-  
 tur demonstrare; hæc autem in coronide habet verba: *Ex omnibus autem his, quæ narravi,  
 mihi videtur liber iste prohibendus: non tamen propter ea, quæ scripsit Archiepiscopus  
 Tarraconensis; sed ob ea, quæ addidit Stephanus Tutelensis; & eo magis, quia contra man-  
 datum Concilii Lateranensis sub Leone X. sine licentia Superiorum impressus fuit.* Multa  
 scripsit ediditque Somninus de supremi Pontificis & Romanæ Cathedræ auctoritate adversus  
 Gallicanas Propositiones; atque omnes ferme, quas in Baluzio antedicta censura reprehendit,  
 ejusdem argumenti sunt. Quamvis autem exquisitorem desiderari in eo Scriptore eruditionem  
 satis noverint viri docti; ille ipse tamen, opinor, in causa fuit, quamobrem Baluzii notæ in  
 Augustini de Emendatione Gratiani Dialogos vetitæ lectionis libris annumeratæ sint.

Quod in Dialogis istis de Emendatione Gratiani vulgandis contigit, id ipsum in Dialo-  
 gis *Antiquitatum Romanarum Hispanarumque in Nummis Veterum* \*, & *Juvis Pontificii  
 veteris Epitomes Parte prima* publicandis usuvenit; ut edere ea quidem eorum auctor aggressus  
 sit, editionem vero cernere absolutam non quiverit. Etenim, ut hæc omnia publicarentur, fa-  
 cultas eodem tempore post Augustini mortem (4) concessa est: Quam illud, ut ego arbitror,  
 acciderit, quod in more positum est, ut ante crepta sint ea typis describi, quam per assuetas  
 auctoritates probata essent; hoc enim factum iri Augustinus certum habebat. Quandoquidem  
 vero Antiquitatum Romanarum Hispanarumque in Nummis Veterum Dialogi summis erudi-  
 torum hominum laudibus excepti sunt, operæ pretium aliquod cenfeo facturum me, si de illis  
 fusius tantisper differam.

Antiquitatis illustrandæ studium Augustino singulare fuit. Hinc ea tam sedula in colligen-  
 dis

Tom. II.

h

dis

[1] Aquæ Aguirrii Tom. IV. Concil. pag. (3) Vol. 2. pag. 250.

647.

[4] Vide editionis auctoritatem in *Juris*

[2] Cap. 15. §. 54.

*Pont. vet. Epitome.*

(a) Exemplum hujus editionis, quæ anni MDCLXXVII. vere est, Josepho Rocchio Typographo mul-  
 ta humanitate commodavit vir clarus Gerardus Meermannus.

\* In 4°.

\* Apud Pe-  
 trum Che-  
 valier, in  
 4°.

\* In 8°.

\* In 8°.

\* In 8°.

\* Num. 91.  
 fol. 264.

\* Francis-  
 cano Con-  
 ventual, i  
 Consultor  
 que fue de  
 la Sagrada  
 Congrega-  
 cion del In-  
 dice.

\* Dialogos  
 de Medallas  
 Inscripciones,  
 i otras Anti-  
 quidades.



\* Juan Paez  
de Castro  
Chronista i  
Capellan  
de Honor de  
Felipe Se-  
gundo.

dis Numismatis, Inscriptionibus, cæterisque Monumentis solertia profecta est. Dum Romæ moraretur Calend. Decembr. anno, ut opinor, MDLVI. ad Hieronymum Zuritam scripsit: „ Meam nosti in perquirendis Numismatis curiositatem “. Tanta hæc erat, ut de Augustino loquens Joannes Paetius \* *χρονολόγος*, & a Sacris honorarius Philippi II. Regis, qui multum rerum usum scientiamque peregrinationibus & studiis acquisiverat, curiosiorem se neminem vidisse dixerit (1). Theaurum vero illum suum Augustinus adaugere in Hispaniam reverius non destitit. Quamobrem in epistola Tarracone ad Hieronymum Zuritam scripta XI. Calend. Januar. An. MDLXXVIII. hæc habebat: „ In hoc te Alvarus Gometius præcessit, quod „ cuncta, quæ penes eum erant, numismata Coloniarum Municipiorum, & Gothorum Regum „ ad me misit, quibus mei de Numismatis Dialogi locupletentur “. De his ipsis Dialogis loquens Rodericus Zapata, in Cæsaraugustana Ecclesia Temploque Servatoris piarum largitionum præfectus, ac in supremo Indiarum Senatu Philippo II. Regi a consiliis, & Romana pro eo Rege legatione functus, hæc ad Hieronymum Zuritam scripsit novâ Bilbili III. Calend. Januar. An. MDLXXIX. „ Edere eos vult (Augustinus) ut ad me scripsit: curabis autem, ut „ pauca vulgentur exempla, ut nempe inter amicos consistant, & in eos, qui istæ non amant, „ haudquaquam incidant “. Hæc enim aliaque nonnulla, quæ leviter sic attingebantur, eo spectabant, ut sua numismata Zurita traderet. Qui tamen, quin id ageret, tam longe abiit, ut illis etiam postulationibus nonnihil se commotum esse significaverit; sic enim ad Augustinum scripsit Cæsaraugustæ Idib. Januar. An. MDLXXIX. „ Ea (Numismata) Rodericus Zapa- „ ta sæpenumero a me, proxime vero novâ admodum ratione petiit. Hoc autem ideo magis „ mihi insolens videtur, quod eam censeo sollicitudinem sibi tantummodo esse, qui illos ma- „ xime exoptet vulgari dialogos, in quibus nonnullas ipse partes agat. Mihi quidem, vir am- „ plissime, quum tam valde te observem ac diligam, nunquam probatum est, sic eos con- „ stitui Dialogos, ut post tuum in Hispaniam reditum, appareat illos scripsisse te, a quo „ nimirum respublica litterarum nunc alia expectat, quæ majorem maximamque afferant „ universæ Ecclesiæ utilitatem. Itaque, meo iudicio, præstaret ita disponi Dialogos, ut tunc „ a te scripti cum Bononiæ, vel Romæ, vel Neapoli, vel in Sicilia degeres, viderentur; „ loquentes autem in iis inducerentur viri doctissimi, maximique in rebus istis momenti: atque „ demum ita omnia fierent, ut æqua temporum ac locorum ratio haberetur. In qua tamen „ re illud profecto facies, quod tibi libitum erit “.

Tanta vero fuit Augustinus modestiâ, ut ad Hieronymum Zuritam IX. Calend. Februar. An. MDLXXIX. Tarracone scribens, in ejus se ex parte sententiam concedere testatus sit. Etenim quum sibi sermo de iisdem Dialogis esset: „ De illis (inquit) iudicium tuum maxime „ probo: alias nimirum in eis personas inducendas esse; recte enim omnino existimas multas „ ob causas “. Factum tamen est cum Dialogi illi in vulgus editi sunt, ut iidem, qui designati erant, loquentes inducti sint; dissimulatis tantum nominibus; adhibitisque notis A, B, C, quas Andreas Schottus declaravit, priore littera Ant. Augustinum indicari affirmans, secundâ Rodericum Zapatam, tertiâ Joannem Augustinum.

Hos brevi Hieronymus Zurita vidit probavitque Dialogos, ante eorum etiam publica- tionem. Etenim Rodericus Zapata in epistola, quæ penes me est Idib. Mart. An. MDLXXIX. Bilbili data, hæc ad Augustinum scripsit: „ Apud nos heri Zurita fuit, solidumque diem com- „ moratus est, ut tuis Dialogis perfrueretur, simulque requiesceret. Amplius horas octo in con- „ clavi clausos puto nos mansisse, ne quis nobis molestiam faceret “: paucisque interjectis: „ Dialogorum porro lectione, etsi totos legere non potuit, tantopere delectatus est, ut numis- „ mata, quæ penes illum sunt, quum Madritum pervenerit missurum se ultro pollicitus sit, qui- „ bus nimirum Hispanicis illustrandis rebus nonnihil accessionis fieri posse arbitratur. Monuit „ præterea, ut ad te scriberem, multa egregia numismata Valentia esse penes Joannem Aquilo- „ nium, multaque præsertim eidem a se data seu vendita, inter quæ rara & exquisita esse non „ pauca, quibus item aliqua tuis Dialogis addi possint. Curandum id quidem negotii Valen- „ tia esset: Pro certo enim habet futurum, ut sua numismata Joannes Aquilonius ad te mit- „ tat, quo ea possis inspicere. Illud autem addebat, tam gravis argumenti, tantæque eruditio- „ nis Dialogos malle se latine fuisse scriptos, ne videlicet fructum ex illis caperent homines „ ineruditi: cui ego respondi, paratum huic malo remedium esse si, ut factum iri significabas, „ pauca typis vulgentur eorum Dialogorum exempla. Numismata item sua posset consideran- „ da tibi, vel mihi describenda mittere Villa formosæ \* Regulus, qui a me Dialogos legendos „ petiit. Ego vero, quum eos ob periculum, ne deperdantur, mittendos non censeam, indices, „ quos in illos ago, causatus sum “. Post hæc refert Zapata, quæ addi possent Zurita animadver- „ terat; quæ quidem suo tempore publicanda erunt. Interim non est illud prætermittendum, Ful- „ vio quoque Ursino fuisse sententiam; majus operæ pretium facturum fuisse Augustinum si Dia- „ logos suos latinis litteris conscripsisset; cui quidem probare consilium suum, epistolâ ad eum „ Tarracone datâ prid. Id. Januar. An. MDLXXXIII. sic nititur Augustinus: „ Venio ad meos „ de

\* El Du-  
que de Vil-  
labermosa.

[1] In Epist. Romæ data ad Hier. Zuritam III. Cal. Mart. An. 1547.



de Nummis & Inscriptionibus Dialogos Hispanicos, quos cur ego non potius Latinos fecerim causas quaeris. Prima est: quod multa in eis pertractantur, quae Italici quidem notissima sunt, Hispanicis vero non item. Alia: quod tribus libris de Hispaniae Nummis differimus. Postrema: quod pleraque erant minute declaranda, atque id mihi quidem rectius lingua vernacula factum iri videbatur. Opto, ut cudantur Numismata ad eas formas quas misisti. Et quanquam Imagines quaedam sunt, quarum non recte ad Archetypum expressa sunt lineamenta, possunt tamen refici, similibus conlatis Nummis. Spero equidem, coeptis hisce meis fauturum te, dummodo in eis Dialogis nihil, ut scribunt, tibi praeter linguam displiceat. Illud autem nunciandum habeo, plus quingenta ex argento Caesarum Numismata in agro Tarraconensi nuper inventa esse, a Severo ad Volusianum partem maximam, quibus variae in averfa parte formae. Inter haec rarum unum *Manliae Scantillae Didii Juliani* uxoris (hujus aliud aeneum reperi Tarracone), alterum *Domitiae* uxoris *Domitiani*. Ellogia etiam quibusdam in averfa parte singularia, ut de Eliagabalo *Anristes Sanctissimus*: enimvero fessive. Graecum ab Aula missum ad me est Epirotarum Regis Pyrrhi numisma aureum, in averfa item parte rarum. Haec porro epistola argumento est, eos Dialogorum nummos, ut a libi animadvertimus, caelatos fuisse Romae, quo nimirum typi ad id missi fuerant. Quos venumdare, quum iis usus fuisset, Augustinus forte cogitabat; ut apparet ex alia epistola prid. Id. Jun. An. MDLXXIII. ad eundem Fulvium Ursinum scripta, ubi haec habet: „ Si Ferrariae Regulo, vel hero tuo \* emere mea Numismata consilium fuerit, ego eis, aliquot millium aureorum pretio, dabo muneri. Quod tamen factum non est; etenim in secreto Romani Pontificis tabulario, inter anni MDLXXXVIII. commentarios, schedula quaedam est, in qua numismata recensentur, quae in Augustini Tarraconensis Archiepiscopi haereditate \* reperta sunt. Argentea quidem MCD., aurea vero CXXX. numero erant. His aliisque antiquitatis monumentis in Bibliotheca Regiae Aedis D. Laurentii fuere sedes, ut Josephus Siguentius (1) refert.

Ii vero Dialogi Hispanice cum hoc titulo prodire: *Dialogos de Medallas Inscrpciones i otras Antiquedades. Ex Bibliotheca Ant. Augustini Archiepiscopi Tarraconen. Con licencia del Superior. En Tarragona por Felipe Mey Anno 1587.* \* Librum ego habeo hujus editionis, nullamque Hispanicam praeter hanc (a) novi. Aliam quidem ait Nicolaus Antonius ante hanc factam esse An. MDLXXV. \*; rationem tamen, cur ita scriberet, non indicavit, neque sane idoneam arbitror habuisse; quum Andreas Schottus, qui accuratam Scriptorum de numismatis exhibuit seriem, nullam talis editionis mentionem habeat, & clara cum ipsius Augustini, tum Roderici Zapatae sororis filii testimonia fiat, quibus perspicuum fit, Dialogos illos anno MDLXXVIII. & insequenti necdum vulgatos esse. Quoniam vero pauca horum dialogorum exempla publicata sunt; ut quidem ex eo conicitur, quod ad Hieronymum Zuritam scripsisse Zapata diximus; tum maxime, ob eximiam eorum eruditionem, tam rara summi que pretii ea exempla facta sunt, ut eorum unum plusquam octo millibus fessertium \* Londini venisse Emmanuel Martius Alonensis Decanus, antiquitatis studio atate nostra perinsignis, ad me scripserit. Undecim porro hi Dialogi sunt, non vero decem, ut in Nicolai Antonii Bibliotheca mendose scriptum est. Laminae in eo libro sunt, quae duobus tantum prioribus dialogis respondeant: haec Romae caelatae sunt, & in Hispaniam (2) post Augustini mortem perlatae ad regiam, ut arbitror, Bibliothecam \*.

Archetypos ego multos habeo Numismatum, quae hisce Dialogis illustrantur, quos idem pictor postquam in schedulas delineasset, chartae glutinae affigens ordine disponebat, singulis apponens numerorum notas, quo facilius eorum ordo assequi posset. Multam vero eorum dialogorum utilitatem; majorem sane quam Zurita, qui illos non viderat, censuisset; probe novit Andreas Schottus: Qui quum ipsius Augustini hospitio uteretur, latine eos vertit, quoad potuit fideliter; nonnulla addens, quae addenda esse, quum opus suum percenteret, idem animadvertenter Augustinus; cujus notas accurate servavit Schottus, iisque, ut occasio dabit, usus est.

Verum etsi Schottus in vertendi diligentia caeteros antecessit; non defuit tamen qui aliam ante eum interpretationem publicavit: Dionysius nempe Octavianus Sada, qui ex parentibus Hispanicis ab Osca profectis in Italia natus est. Italica ea versio est, quam habeo, cum hoc titulo, dissimulato nomine auctoris: *I Discorsi del S. Don Antonio Agostini sopra le Medaglie, & altre Anticaglie divisi in XI. Dialoghi tradotti dalla lingua Spagnuola nell' Italiana con la giunta d'alcune Annotazioni e molti Ritratti di belle, e rare Medaglie. Si è messo di più nel fine l' originale Spagnuolo per sodisfazione di molti \**; ubi nec annus in

h 2

quo

[1] Frai Josef de Siguenza *lib. IV. de la Historia de l' Orden de S. Geronimo Disc. XI.* pag. 772.

[2] Schottus in *Præfat. interpret. Dialogor.*

(a) Repetita est Madriti An. 1744., quo tempore hanc historiam primo jam vulgaverat Mayanus; eam vero infra commemorat in additionibus §. *Proxime vero.*

\* *Alexandro Farnesio Cardinali.*

\* *En el espolio.*

\* *In 4<sup>o</sup>.*

\* *In 4<sup>o</sup>.*

\* *Noventa Doblones.*

\* *Del Escurial.*

\* *In 4<sup>o</sup>.*



quo liber editus est, nec typographi nomen indicatur (a) quanquam Schottus ait, anno eum MDXCII. cum aereis tabulis Venetiis prodiisse, eodemque anno Romæ \* cum tabulis ligneis.

\* In fol. In minori libro \* Numismata sunt prioribus octo Dialogis respondentia, multis præterea interpositis, quæ in autographo non erant. Ad finem vero Index locupletissimus, qui Venantio cuidam Mazzutillio adscribitur. Sed ibi deest autographum Hispanicum, quod in fronte libri typographus pollicetur.

\* De Almeida Mascarennas. \* Velez de Leon. Verum, quum Francisci Almeidensis\*, mei dum viveret amicissimi beneficio, exemplum penes me sit epistolæ ab Emmanuele Martio ad Joannem Velezium \* scriptæ, quæ maxime è re mihi videtur esse, eam hoc loco transcribere opportunum duco, quo nimirum & ipsa diutius conservetur, & majorem ego hoc monumento eruditorum hominum gratiam mihi conciliem. Ejusmodi vero epistola est: „ Feci ego quidem mandata tua, quibus utramque Dialogorum Ant. Augustini Italicam interpretationem jubebas considerare me: & en tibi quæ „ mea de illis sententia sit, quæque in iisdem animadvertenda mihi potissimum videantur. Il- „ lud autem prima facie occurrit, quod in minori \* libro interpretes Italicus quis fuerit non „ apparet; neque enim illius nomen in fronte libri legitur, neque præfatio in eo est, aut e- „ ditionis auctoritas, aut aliud quicquam id generis; quæ libris præponi mos est, ex qui- „ bus id conjecturâ atlequi saltem possit. Quanquam autem uterque liber eodem anno MDXCII. „ vulgati sunt; manifestum tamen est, eos a diversis auctoribus scriptos esse. Etenim sum- „ mopere interpretationes inter se differunt, & ea, quæ majori \* libro continetur, elegantiori „ stylo & magis Hæretico exarata est, ac dissimili prorsus genere dicendi. Ejusdem vero „ novimus auctorem Dionysium Octavianum Sadam. In hac præterea interpretatione seor- „ sum semper loquuntur dialogorum Personæ; idest perpetuo in separatis versibus interroga- „ tionum & responsorum initia collocantur; quod non exiguum legentibus affert commodum. „ Non æque est in minori libro, qui continenti oratione scriptus est, ut fit, in Historiarum „ libris, cæterisque similibus: Quare loquentium nomina in paginarum latitudine expiscari „ legentibus opus est, quod protecto non sine difficultate aliqua & molestia fit. Multa etiam „ ellogia in majori libro, diversa scripturâ, adiciuntur, & quæ maximi pretii sunt, ædificiorum „ veterum, statuarum, anaglyptorum, & gemmarum icones: ita celeberrimum \* Tiberis, „ & \* Nili, atque \* Tigris simulacra, quorum priora duo in ædibus Vaticanis, tertium „ in Capitolio adservantur: arcus item \* Septimii Severi, qui, ut nollis, est in clivo Capi- „ tolini, & \* Titi, qui inter Capitolium & Amphitheatrum Vespasiani medius est: arcus insu- „ per, qui sexto a Tarracone lapide conspicitur, \* dicatus L. Licinio Suræ: Ita etiam verus magni „ pretii opus anaglypticum \*, quod Barcinone est: & tres tessera, quæ iis dabantur, qui spor- „ tulas accepturi erant. Præclara equidem antiquitatis monumenta, quorum unicum est in mi- „ nori libro. In hoc ego illud animadverti, quod, quum major liber aliquid autographo sæpe „ addat, contra hic aliquid detrudere contuevit. Exempli causa: Dialogo secundo \* Augusti- „ nus ait, Nummum, qui Romæ in Templo S. Crucis Hierosolymitanæ ostenditur, & tan- „ quam unus de triginta denariis colitur, quibus Christus venditus est, idoneâ carere aucto- „ ritate; quod evidentissimis meo judicio argumentis probat. Eam vero rem religioni habuisse „ videtur interpret, quippe qui non modo Augustini prætereat argumenta, verum etiam in „ eorum locum illud substituatur; honorem nummo illi sacrarum reliquiarum tribuendum esse, „ quum talis Romæ habeatur. Quæ non nisi a Cœnobita aliquo potuit ratio excogitari: „ Quare id generis fuisse valde suspicor illius interpretationis auctorem; qui ad honorem illi „ nummo stabiliendum aliud præterea subiicit argumentum æque singulare: quod nimirum in „ oppido Populeto in eodem honore sit quædam ex jaspide tessera, quam unam de illis fuisse „ narrant; quibus Christi tunicam milites sortiti sunt. Ex his autem velim animadvertas, quam „ acri aptèque composito ingenio fuerit interpret ille, quem Cœnobitam, ut mox dicebam, „ fuisse compertum habeo; iacuum enim hæc redolent & cucullum.

„ Numismata porro in majori libro sunt quæ sequuntur:

„ Dialogo	I.	Numismata	LXXIII.
„ Dialogo	II.	Numismata	CCCXCV.
„ Dialogo	III.	Numismata	XCVI.
„ Dialogo	IV.	Numismata	XLI.
„ Dialogo	V.	Numismata	CXLIII.
„ Dialogo	VI.	Numismata	XXIV.
„ Dialogo	VII.	Numismata	XXV.
„ Dialogo	VIII.	Numismata	XX.
„ Dialogo	IX.	Numismata	VI.
„ Dialogo	X.	Numismata	III.

„ In additione & in fine libri Numismata XV.

„ Ex quibus omnibus Numismatum DCCCXLI, summa conficitur.

„ Sunt

(a) Versionem, quæ hoc libro continetur, non esse Octaviano Sadæ attribuendam argumento est Emma- nuelis Martii epistola mox afferenda ex Mayansio.



„ Sunt autem in minori libro

„ Dialogo I.	Numismata	XXVIII.
„ Dialogo II.	Numismata	CCLXXXI.
„ Dialogo III.	Numismata	L.
„ Dialogo IV.	Numismata	XVIII.
„ Dialogo V.	Numismata	XXXV.
„ Dialogo VI.	Numismata	XXII.
„ Dialogo VII.	Numismata	XX.
„ Dialogo VIII.	Numismata	XXXII.

„ Ex quibus dumtaxat Numismatum CDLXXXVI. summa fit.

„ Quare duplo major ferme est summa prioris libri: & quod plurimi faciendum est, oportunitis in eo locis collocantur numismata, ut Dialogorum postulat argumentum, quo peropportune accidit legentibus, ut quæ oporteat ante oculos habeant. Contra vero in altero omnia in fronte libri numismata posita sunt, maxime perturbato ordine, summæque eorum, qui legunt, molestiâ, quippe quibus ab initio libri perpetuo repetendi sint nummi, de quibus in Dialogis sermo est.

„ Atque hæc quidem mihi de utroque libro dicenda occurrebant. Illud autem velim animadvertas, non ideo a me minus honorifice de minori libro verba esse facta, quod ipsum contemnerem, sed ut imperio tuo obtemperarem; etenim ut mihi in magno pretio sit liber vel ejus respectus facit, qui eum mihi dedit muneri: qui utinam huic beneficio illud quoque addat, ut alia mihi multa imperet, in quibus, ut par est, exsequendis, & commodis ego ejus inferviam & voluptatibus. Dabam domi X. Calend. Decembr. An. MDCCVI.

Post eorum Dialogorum memoratas hætenus editiones, rursus hi cum hoc titulo prodire: *Dialoghi di Antonio Agostini, Arcivescovo di Tarragona sopra le Medaglie, Inscrizioni, ed altre Antichità, tradotti dalla lingua Spagnuola nell' Italiana, da Dionigi Ottaviano Sada, e dal medesimo accresciuti: Con diverse annotazioni Istoriche: e nuovamente illustrati con molte medaglie. Dedicati all' Ill. e Rever. Monsig. Carlo Maria Scarpante. In Roma presso Hieron. Maynardi. \* 1736.* Qui liber cum illo congruit omnino, qui An. MDCL. editus est; quare videndum est, an idem sit, inscriptione tantummodo immutata.

Fridericus Jacobus Vicherius, quem suppresso nomine sequutus videtur Nicolaus Antonius in MS. nota ad marginem suæ Bibliothecæ apposita, aliam affert Italicam editionem, Romanam nempe an. MDC. \* Aliam memorat Vicherius Italicæ interpretationis editionem Romæ factam An. MDCXXV. \* Continet hæc ad lectorem Dionysii Octaviani Sadæ monitum notabile, P. Tortii, atque Andreæ Montani epistolam, & paucos Francisci Bencii versus. Aliam rursus in hac Regia Bibliotheca vidi ego, cujus titulus est: *Dialoghi di D. Antonio Agostini Arcivescovo, di Tarragona intorno alle Medaglie, Inscrizioni, & altre Antichità tradotti di Lingua Spagnola in Italiana da Dionigi Ottaviano Sada, e dal medesimo accresciuti con diverse Annotazioni, & illustrati con disegni di molte Medaglie, e di altre figure. In Roma appresso Filippo de Rossi l' anno del Giubileo M. D. C. L.* \* In hac editione non quidem Francisci Bencii versus, sed Josephi Castalionei carmen exstat: Antonii quoque Augustini vitæ historia, ex laudatione Andreæ Schotti eruta: Ellogium a Petro Joanne Nunneseo scriptum, & hominum eruditorum aliquot de Ant. Augustino judicia: Repertorium item & Commentarium in notas litterarum compendiaris, quæ in nummis veterum reperiuntur; & Dialogorum XII. qui eo volumine continentur, Index: Quæ omnia desunt in editione anni MDCXXV. Undecim Dialogorum numismata, & pene verba utriusque editionis inter se congruunt, præterquamquod duo in editione anni MDCXXV. ad finem Dialogi IV. \*, qui opportuno magis loco in editione anni MDCL. \* collocantur. In hac tamen nullum plusquam in anteriori numisma est; quin etiam indiligentiâ contigit, ut sex ibi schedæ prætermisæ sint, quæ ad calcem libri, anno MDCXXV. editi, adjectæ fuerant, quæque ad paginam decimam octavam aptari debuissent. Posterioris demum editionis libro duodecimi, quem Schottus addidit, Dialogi Italica interpretatio adjecta est, & auctorum, qui de nummis differunt, brevis  $\sigma\upsilon\lambda\lambda\alpha\beta\theta$ . Latina porro Andreæ Schotti interpretatio Antuerpiæ prodit typis Aertssii (a) An. MDCXVII. \* In hujus editionis libris notæ quædam ad marginem reperiuntur, quas Andreas Schottus ab Italica Dionysii Sadæ interpretatione mutuatus est; atque aliæ nonnullæ, quas ipse adjecit, multaque præterea ipsiusmet Augustini additamenta. Quo sane fit, ut in majori longe pretio editio hæc Antuerpiensis habenda sit. Repetita autem hæc est \* An. MDCLIII.

Proxime vero Andreas Gonsaletius \*, Regis & Ærarii in Regno Castellæ Consiliarius, typis denno hispanice describendos curavit eos Antonii Augustini Dialogos; sed quoniam in Madriti a. d. III. Non. Novembr. anni MDCCXLIII. antequam Dialogi in vulgus ederentur, fato functus est, ejus ex fratre nepos Andreas Gonsaletius \* me de eorum editione, quod hu-

\* El Doctor Don Andres Gonzalez de Barcia Carrallido.

\* In fol.

\* In fol.

\* In fol.

\* In fol.

\* Pag. 137.

\* Pag. 127.

\* In fol.

\* En Ambres.

\* Don Andres Gonzalez de Barcia del Real Consejo de Castilla i Camara.

(a) Por Henrique Hertiffo Anno 1611. habet Mayansius.



humanitatis suæ fuit, consulendum putavit. Ego vero omnino publicandos censui, ut An. MDCCXLIV. Madriti factum est in officina Josephi Martinetii \*.

\* *Id 4º.* Inter alia Ant. Augustini scripta, quæ ab ipso quidem in vulgus edi cæpta sunt, at non nisi post ejus mortem prodire potuerunt, fuit & Pars prima Epitomes Juris Pontificii veteris, quæ An. MDLXXXVII. Tarracone publicata est. Ex quo editionis anno manifestum est, inter posthuma Augustini opera eam epitomen annumerandam esse. Quod idem ostendunt cum facultas publicandi librum per Joannem Terecium, Tarraconensem in Augustini locum Pontificem designatum, facta, tum brevis ejusdem libri præfatio. Præterea ipsemet Augustinus sic de ea Epitome in libri secundi *de Emendatione Gratiani* postremo Dialogo loquutus est, ut appareat necdum eam tunc temporis publicatam fuisse; certum vero est, Dialogos ipsos posthumum Augustini fuisse opus. Recte ergo posthuma Juris Pontificii veteris priorem Partem Martinus Baillus & Andreas Schottus censuerunt; & erroris manifestus est Ant. Augustinus\*, Augustini ex fratre nepos, qui in præfatione, quam addidit reliquis ejusdem Operis partibus, primam autumat auctore superstite prodiisse. Illud autem forte errori occasionem præbuit, quod, dum in vivis ageret Augustinus, typis ea describi cæpta sit. Quo posito, cum primo vulgata est Juris Pontificii veteris Pars prima, non item reliquæ in vulgus editæ sunt, quod imperfectas eas nonnulli censuissent. Quod plerumque sane contingere iis assolet, qui aliena scripta, interdum non ordinata, assument pertractanda. At nihilominus Antonius Carrafa Cardinalis, Pontificæ Bibliothecæ Præfectus, vir generis nobilitate doctrinâ & religione clarus, petiit a Sixto V. Pont. Max. ut Augustini autographa extrahi Tarracone juberet. Quare ille Pontifex, utpote qui scriptis pretiosissimis Vaticanarum Ædium Bibliothecam, remque litterarum publicam libris optimis locupletare maxime studeret, Francisco Aduarti Casaraugustano, erudito viro, Carthusiensi Monacho, mandavit, ut ad urbem iret, atque illa Augustini autographa secum ferret. Etenim Aduartem, antequam Monachorum institutum profiteretur, plusquam biennium apud Antonium Augustinum commoratum esse sciebat, atque ad ejus præcepta in ea Epitome adornanda conscribendaque operatum esse.

Sed quum ad exitum spectaret illius lucubrationis publicatio, Sixtus V. Pont. Max. & mox Franciscus Aduartes, atque Antonius Carrafa Cardinalis naturæ concessere; quorum alter editionis auctor, alter vero præsidium futuri erant: atque idcirco spes, quam de ea editione homines præceperant, interiit. Quare Andreas Schottus in sua Hispaniæ Bibliotheca non modo inter inedita Augustini scripta posuit secundam & tertiam partem Epitomes Juris Pontificii veteris, & in aliquot prioris, quæ jam edita fuerat, partis libros notationes quasdam; sed hæc præterea adjecit verba: „ Hæc autem scripta Romæ in Carthusiensium cœnobio de- „ litescunt “. Verum providentiâ Dei; a quo nempe omnia ad majorem sui gloriam, atque Ecclesiæ utilitatem ordinantur; contigit, ut Cæsar Baronius Cardinalis, immortale Ecclesiasticæ Historiæ decus, quum Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus esset, ea jussu Clementis VIII. Pontificis scripta colligi curaverit, & in Bibliotheca Vaticana collocari; ubi usque adeo servata sunt, donec Pauli V. Pontificis liberalitate Romæ anno MDCXI. prodire. Hanc editionem, cujus exemplum pænes me est, curavit Ant. Augustinus Societatis Jesu, Augustini ex Joanne fratre nepos, qui eam tam longam lucubrationem patris sui Tarraconensis Pontificis manu scriptam fuisse testatus est. Quod certe perspicue ostendit quousque patiens ipse laboris esset, & qua reverentia ab eo res sacræ tractarentur, qui ea, quæ de ipsis agerent, scripta ne eruditus quidem viris describenda permetteret.

Parvus est in ejus libri fronte commentarius cum hoc titulo: *De quibusdam Veteribus Canonum Ecclesiasticorum Collectoribus Judicium ac Censura*: Quem partes secunda ac tertia Epitomes Juris Pontificii veteris consequuntur. In prima illius Epitomes parte de Personis disseruit Augustinus, in secunda de Rebus, in tertia de Judiciis; imitatus in hoc ordinem, quo Cajus Jureconsultus usus est, & Justinianus Imperator in Institutionibus, idemque ipse in colligendis XII. tabularum fragmentis.

Utilitatem habet hæc Epitome plane miram: cuius enim in ea præsto sunt, super qualibet Pontificii Juris quæstione, innumera, & pene omnia quæ expeti possint, digesta monumenta, & auctoritates ex sacris libris, Pontificum epistolis, Conciliis, & sanctis Doctoribus depromptæ, a Divi Petri temporibus usque ad Innocentium Tertium. Quæ sane vel sola lucubratio satis erat, ad totos longissimæ vitæ annos honeste utiliterque transigendos. Res enim summi laboris fuit, ex iisdem originibus, nonnunquam occultissimis, tam multa & diversa in lucem proferre. Illud tamen dissimulandum non censeo, Franciscum Florentem, eximiam eruditionis virum, in Oratione, quam habuit An. MDCXXXII. *de recta Juris Canonici discendi ratione*, summam quidem in Augustino laudavisse Pontificii Juris peritiam; at summopere miratum esse, quod in ea lucubratione tot vir tam gravis testimonia attulisset ex quibusdam epistolis, quas commentitias diligentiores Critici arbitrantur. Hac de re Joannes Bona Cardinalis, virtutibus ac doctrina insignis, durius opinatus est, cum Ant. Augustinum non multum curæ posuisse scripsit in affirmanda Ecclesiasticarum legum auctoritate & *χρονολογία*: quam sententiam valde improbavit vir maturæ sapientiæ Nicolaus Antonius, quanquam erat Joannis Bonæ amicissimus. Si post tantos viros mihi quoque fas est quid sentiam aperire, dicam equidem;

Ant.



Ant. Augustinum, qui in Gratiano emendando censorem egerat, ex vulgi sententia loqui in Juris Pontificii Epitome voluisse; singula fragmenta illis attribuens, qui eorum vulgo auctores ferebantur. Etenim ea testimonia vim suam non amittunt ideo quod error aliquis sit in nominum inscriptione; immo vero eandem retinent, qua pollebant veri eorum scriptores.

Illud porro animadvertendum est, in Nicolai Heinsii Bibliotheca \*, aliisque Augustini scriptorum indicibus, cujusdam ipsius lucubrationis mentionem fieri, cujus hujusmodi habetur titulus: *De Pontifice Maximo, Patriarchis, Archiepiscopis &c. Romæ. An. MDCXVII.* \* Verumtamen non distincta hæc est ab Epitome Juris Pontificii veteris lucubratio, sed ejusdem pars: & inde error, ut videtur, profectus est, quod priorum forte librorum inscriptiones pro universæ Epitomes titulo quispiam scripserit, locum & tempus editionis addens, sive ipse deceptus, sive ut deciperet (a). Illud etiam non est hic prætermittendum, primum ejusdem Epitomes librum in quarto volumine \* editum fuisse Bibliothecæ maximæ Pontificiæ Joannis Thomæ Rocaberti Archiepiscopi Valentini, quæ An. MDCXCVII. Romæ prodiit. Ibi autem cum hoc titulo legitur: *Liber de summo Pontifice.* Et illud falso adjectum est, eximium hoc Ant. Augustini Opus posthumum An. MDCXIV. in vulgus editum esse, curante Alphonso Ciaconio \*; etenim vir iste clarus jam ante mortem obierat, anno nimirum MDXCIX. Februario mense, ætatis vero suæ anno LIX.

\* Pag. 22.

\* In fol.

\* Desde la pag. 161. hasta la 227.

\* Frai Alfonso Chacon de la Orden de Predicadores.

Maxime vero in votis habuit Augustinus, ut inclyti olim Hispaniarum præceptoris D. Isidori Hispalensis Antistitis quam emendata vulgarentur in Hispaniis scripta: Atque ad id respiciens desiderium, hæc dum Ilerdæ moraretur IV. Id. Septembr. An. MDLXVII. ad Hieronymum Zuritam datâ epistolâ scripsit: „ Nonnulla ad me scriptorum D. Isidori mittit Antonius Gratianus monumenta, quæ magni æstimanda sunt, propterea quod ejus auctoris sint. Ut autem quoquo modo ad exitum cœpta perducantur pervelim. Concilia etiam Hispaniæ aliqua, nunquam antehac edita, vulgari ab eis spes est: quod utinam quamprimum fiat. Fieri vero ajunt Ecclesiæ Toletanæ sumptibus, curante Garcia Loaisense Carracæ in Carpentanis Archidiacono. Rem bellam futuram puto; cui si occasio postulet rogo, ut feras opem. Ego vero inspicere vellem antequam typis describatur“. Voti ex parte compos factus est Augustinus. Etenim quum decrevisset Philippus II. Rex litterarum amantissimus, gloriæque Hispanicæ gentis studiosissimus, ut recte emendata D. Isidori scripta in publicum proferrentur, viris quibusdam cum primis in tota Hispania doctis ac eruditis Didaco Covarrubiæ, Alvaro Gometio Castrensi, & Joanni Grialio negotium dedit, ut ea scripta, summâ adhibitâ diligentia perpenderent, diversisque exemplis collatis a mendis expurgarent. Jussit autem, ut vetera complura Alvaro Gometio traderentur eorum scriptorum exempla, Gothicis, ut vocant, seu melius Longobardicis litteris magnam partem scripta: ut nimirum Gometius ea invicem exempla quam accuratissime conferret, varias lectiones adnotaret, meliores seligeret, suasque lucubrationes Ant. Augustini Tarraconensis Pontificis censuræ submitteret, & Petri Ciaconii, qui tunc temporis Romæ morabatur. Simul vero duobus his viris mandavit, ut eadem diligentia in suis emendandis exemplaribus uterentur, suasque cum Alvaro Gometio animadversiones communicarent. In quo conficiendo negotio plus XXX. exemplaria ab omnibus iis viris adhibita sunt. Multas vero in ea emendatione fuisse Augustini partes manifestum est, cum ex notis, in quibus frequentissime ipsius nomen legitur, tum etiam ex sequenti capite illius epistolæ, quam (b) IX. Calend. Februar. An. MDLXXIX. Tarracone ad Hieronymum Zuritam scripsit: „ Eas ego“ (emendationes nempe in D. Isidori libros) „ aggressus sum mandato Regis, qui postquam sum in Tarraconense Sacerdotium evehctus iterum de iisdem dedit mandata; atque novem jam vidi libros & in decimo versor: censuram porro in ejus“ (Alvari Gometii) „ animadversiones gravem & severam ad eum mitto, & periculum subeo libens, ne quod bonum in ea est suum ipse vindicet; de me autem vel nihil dicat, vel illud tantummodo: emendari scilicet a me perperam, quæ a se recte notata sint. Verum ego fungor officio meo, & suo ille; meum namque laborem gratum sibi esse testatur“.

Verum malo fato D. Isidori scriptorum factum est, ut dum in libro XII. Etymologiarum emendando versaretur Ant. Augustinus morte præreptus sit (1). Quod ipsum Antonio Covarrubiæ accidit, & Alvaro Gometio, qui uterque ante eorum publicationem scriptorum, in quibus tantopere insudaverant, naturæ concessere. Ea vero scripta anno MDXCIX. duobus voluminibus \* comprehensa Madriti edidit jussu Philippi II. Regis Joannes Grialius, virorum doctissimorum, quos supra recensuimus, notationibus maxime factus, & aliorum quorundam, qui ultro labores suos in idem opus contulerunt: inter quos Cyprianus Suaresius Ocanensis, insignis Rhetor, & multiplici eruditione clarus, in librum Allegoriarum scholia addidit, quæ item edidit Grialius.

\* In fol.

Quum

[1] Nicolaus Antonius *Bibl. Vet. Hisp. lib. V. cap. IV. num. 100.*

(a) Sed &amp; forte contigit, ut ex Augustini disputationes peculiari libro editæ sint.

(b) Eandem supra assert Mayansius §. *Quare quum Zuritam.*



Quum Andreas Schottus Idib. Mart. anni MDLXXXV. Tarracone in hospitio esset apud Ant. Augustinum, quem plane ut parentem observabat (quemadmodum ipse ait in præfatione, quam Itinerario Antonini præposuit, & Abrahamo Ortelio Geographorum ejus ætatis principi inscripsit), cum Ant. Augustino egit de itinerario emendato, & eruditus Hieronymi Zuritæ interpretationibus illustrato typis describendo. Quæ res tunc quidem temporis non est ad exitum perducta. Postea vero anno MDXC. cum Hieronymo Blanca (ut ex ejus epistola, quæ penes me est apparet) de eadem re Schottus egit, annoque demum MDC. Colonia Agrippinæ prodiit liber ex officina Birckmaniana sumptibus Arnoldi Mylii; interpretationibus ante cum Abrahamo Ortelio communicatis; ut colligitur ex multis allegationibus quæ leguntur in hujus Theatro geographico jam pridem An. MDXCVI. iterum Antuerpiæ edito (1).

\* Natural del Lugar de Verdú en Caluſia.

\* Navar. ro.

Quum igitur tam multas, & tam diversas lucubrationes manibus versaret Augustinus; plurimarum autem editionem maturaret, quippe qui probe de instante morte cogitabat, sic volente Deo contigit, ut e vivis ereptus sit. Anno siquidem vulgaris æræ MDLXXXVI. quum missionem ei, & sempiterna præmia indulgere tam laboriosæ, utilisque militiæ Deo placuisset, extremo morbo correptus est. Cui in eo morbo adfuit Joannes Teresius\*, Tarraconensis maximi Templi Canonicus (ut vocant) Pœnitentiarius, Maurocanus primum Episcopus, deinde Helenensis, tunc vero Dertosanus Episcopus designatus cum moreretur Augustinus, in cujus locum post ejus mortem susceptus est. Hic igitur cuncta ei Sacramenta Ecclesiæ ministravit, in quibus suscipiendis illud pietatis specimen Augustinus dedit, quod tantum decebat virum; qui nullo mortis, cujus raro cogitationem abiiciebat, metu affectus summa constantia ac religione spiritum Creatori suo tradidit ætatis suæ An. LXIX. mense III. die V. prid. Calend. Jun. antedicti anni MDLXXXVI. Qua die D. Petronillæ sacræ Martinus etiam Aspilcueta Vasco\* Romæ obiit [2]: Quo factum est, ut eadem die duo summa luminaria Jus Pontificium amiserit, quorum alter τῶν θεωρητικῶν facile princeps, alter vero insignis πρακτικῶς exstiterunt. Enimvero ad exitum hominum eruditorum fatalem annum! In quo Petrus quoque Victorius, & Marcus Antonius Muretus viri litteratissimi, unus Romæ, alter Florentiæ interiere (3): Madriti vero Antonius Perrenotus Cardinalis, vir multæ πολιτικῆς & exquisitæ eruditionis (4).

Gravissimam atque ornatissimam laudationem in funere Augustini pronuntiavit Andreas Schottus: Qui An. MDLII. prid. Id. Septembr. Antuerpiæ natus, non secus ac si Patroni & Rectoris sui jacturam animo prospiceret, mense circiter ante quam moreretur Augustinus, postquam biennium apud ipsum fuerat, prid. Non. April. in solemni Paschæ festivitate ab Augustini ædibus ad Tirones Jesuitarum transit. Quorum institutum antequam vir iste insignis amplexus esset, in Lovaniensi, Parisiensi, Complutensi, & Salamanticensi Academiis optimis disciplinis navavit operam. Per triennium græcam linguam Toleti docuit, quum in locum Alvari Gometii de Castro An. MDLXXX. successisset. Inde vero An. MDLXXXIV. Cæsaraugustam petiit, unde eum in domum suam Augustinus honestis admodum conditionibus accessit. Contigit per eos dies, ut Parmensis Regulus Alexander Farnesius Urbem Antuerpiam memoranda obsidione septem teneret. Vovit autem Andreas Schottus nomen se societati Jesu daturum si ea civitas Hispanorum Regis imperio subiecta fuisset, & mansisset in officio. Quæ quum ita evenissent, votum reddidit anno ætatis XXXIV. quum sacro Sacerdotii ordine fuisset ante Cæsaraugustæ insignitus, posteaque Cæsaraugustam rediit, ut ibi humaniores literas doceret. Post hæc sacros libros Valentis interpretatus est: sodales suos Gandavi, & per tres annos Romæ oratoriam artem docuit, quum in locum successisset Francisci Bencii, clari nominis Poetæ & Oratoris, qui M. Antonium Muretum præceptorem habuerat. Post longam vero XX. annorum [5] peregrinationem tandem in Patriam redux, multum ibi docuit scripsitque, donec insigni pârta (quam non appetebat) gloriâ, ad illam perfruendam, quam maxime concupiverat, ad Superos evolavit a. d. X. Calend. Februar. An. MDCXXIX. ætatis suæ An. LXXVI.

Ea est profecto non exigua Andræ Schotti commendatio, quod ipsum Ant. Augustinus hospitio accepit, & quod vir doctissimus Joannes Marianeus, qui paucos admodum suspicere consuevisset, tanti eum fecit & eo usque ipsius doctrinæ confusus est, ut anno MDCXVIII. sua ipsi erudita scholia in quattuor Evangelia inscripserit, atque ejus subjecerit censuræ; vicem nempe Schotto reddens, qui An. MDCVIII. ad Joannem Marianeum miserat volumen tertium suæ Bibliothecæ, ubi clarorum Hispaniæ Scriptorum nomina, & elogia recensentur. Gratiæ autem immortales insigni huic viro debet Hispania, quæ tam valde ejus laboribus illustrata

[1] Dormer. in *Progress. Hist. in Regno Arag.* pag. 197.  
 [2] Miræus in *Scriptor. XVI. Seculi num.* 119.  
 [3] Idem *ibid.*

[4] Tamayo en *la Continuacion de l' Enquirid.* de Fr. Alonso Venero pag. 274.  
 [5] Andr. Schottus in *Dial. XII. Antiquit. in princ.*



ta est: atque eum decet virum inter hispanos homines annumerari, qui religiosum in Hispania institutum amplexus sit, adeoque Nationem dilexerit Hispanicam, ut memorabiles illos ediderit libros, quibus titulus est: *Hispania illustrata, seu Rerum, Urbiumque Hispaniae, Lusitaniae, Aethiopiaeque, & Indiae scriptores varii collecti, & editi ab Andrea Schotto. Francofurti apud Cl. Marinum MDCIII.* \* itemque aliam, de qua supra diximus, pereruditam lucubrationem, quam inscripsit: *Hispaniae Bibliotheca, seu de Academiis, ac Bibliothecis: item Elogia & Nomenclator clarorum Hispaniae Scriptorum ab A.S. Francofurti apud Claudium Marinum, & Heredes Joann. Aubrii MDCVIII.* \*

\* In fol. IV. vol.

\* In 4°.

Eodem anno, quo mortuus est Augustinus, ut magis ipsius laudes vulgarentur, orationem suam Schottus cum hoc titulo publicavit: *Andreae Schotti Laudatio funebris V. Cl. Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis. In qua de Vita scriptisque disseritur: de Perfecto item Jurisconsulto. Antuerpiae ex Offic. Plantin. MDLXXXVI.* \* Quo anno iterum Lugduni Batavorum ea laudatio edita est typis Rafelengii\*, iterumque Pariliis in officina Petri Chevalerii An. MDCVII. \* Postmodum vero Augustini de *Emendatione Gratiani* Dialogis anno MDCLXXII. Parisiis per Stephanum Baluzium publicatis\* adjecta est (a), itemque libro *Vitae clarissimorum Jurisconsultorum* inscripto, editoque Lipsiae An. MDCLXXXVI. per Fridericum Jacobum Leickerium\*; in quo libro notationes quaedam eidem laudationi additae sunt, quae nihil plane ad Ant. Augustinum pertinent. Eiusdem laudationis fragmentum edidit item Schottus in secundo volumine suae *Hispanicae Bibliothecae*, & in fronte Latinae interpretationis *Dialogorum de Numismatis*.

\* In. 4°.

\* In 4°.

\* In 4°.

\* In 8°.

\* In 12.

Antedictae laudationis titulus in causa fuit, quamobrem incautiores plerique, nimiumque creduli, librum de *Perfecto Jurisconsulto & Episcopo* scripsisse Ant. Augustinum putaverint, caeterisque persuadere conati sint. Nil tamen aliud eam tituli sententiam continetur, quam quod oratione sua voluit Schottus perfecti in Augustino Jurisconsulti & Episcopi specimen exhibere.

Antisliti Antuerpiensi Levino Torrentio, qui, quum Romae degeret, familiarissime cum Ant. Augustino vixerat, orationem illam suam dedicavit Schottus. Ait vero in praefatione, plenior optasse se commentarium de Augustini Vita scriptisque conscribere, quo videlicet aegritudinem ex ea morte captam tantulum leniret; sed nihil magis sibi angustiam temporis datum esse, quam ut ea perfringeret, quae occasio postulabat. Verum ut ostenderet, qua veritate ea quae scripsit (praeter morem in laudationibus receptum) niterentur, monuit, quinque se ante mensibus, quam moreretur Augustinus, non secus ac si futurum brevi id animo praefagiret, multa de rebus ejus ex ipso sciscitatum esse Augustino, ab ejus ore pendens, quem (ut ipse addit) quasi e Caelo delapsum hominem venerabatur.

In Sacello, quod ipse suis sumptibus excitaverat, sepultus est Archiepiscopus Tarraconensis in majori Templo nobilissimae, & antiquissimae illius urbis. Hoc autem ellogium (I) est ipsius e marmore sepulcro appositum:

## D O M S

ANT AVGVSTINO DOMO CAESARAVG  
ROMAE OLIM IN VRBIS ET ORBIS LVCE  
XII - VIRO LITIVM JVDICANDARVM  
EX ALIFANO ET ILERDENSIS EPISCOPO  
TARRACON ARCHIEP IN PAUPERES MVNIFICO  
BENE DE ANTIQVITATE ET LITTERIS MERITO  
IN HOC AEDIS SACRAE D THECLAE VIRG ET M  
A SE AMPLIATO MEMBRO ET AD ARAM  
IN SPEM RESVRRECTIONIS QVIESCENTI  
S P Q TARRACON P H C ET COLLEG CANON  
PONI CVRARVNT  
VIXIT ANNIS LXX M III D III  
OBIIT DAMNO PVBLICO  
PRIDIE KALENDAS JUNIAS  
MDLXXXVI

Petrus Nunnesius Grammaticus, Rhetor, & clarus e secta Aristotelis Philosophus, qui amicissimum, & religiosa\* affinitate conjunctum habuerat Augustinum, aliud ellogium scripsit, quod curiosiori Andreae Schotti diligentiae debemus. Illud autem hic referre operae pretium est:

\* Abijado.

Tom. II.

i

DEO

[I] Schottus in *Biblioth. Hisp.* pag. 318.

(a) Quod idem factum est in Parisiensi, sive Neapolitana eorundem Dialogorum editione anni MDCCLX.

DEO· OPT· MAX·  
 SS· EVCHARISTIÆ· S·  
 ANT· AVGVSTINVS· ANT· PROCANC· F·  
 CÆSARAVG· PALATII· APOST· AVDITOR  
 EPISC· ALLIFAN·  
 PAVLI· III· AD· PHILIPP· ET· FERD· REGG· LEG·  
 SICILIÆ· CENSOR  
 ILERD· EPISC· MAX· PLAVSV· TRID· CONC· INTERFVIT  
 INDE· AD· TARRAC· ARCHIEP· TRANSLATVS  
 JVRIS· ET· HVMANITATIS· VINDEK· CLARISSIM·  
 JVDEX· INCORRVPTISSIM·  
 ELEEMOS· LARG· EXCELLENS  
 ORACVLVM· SAPIENTIÆ· TERRESTRE  
 EDITIS· AVREIS· LIBB· ATQVE· EDENDIS· RELICTIS  
 HOC· SACELLVM· SS· EVCHARISTIÆ· P· C·  
 CHRISTVM· AC· S· THECLAM· TVTELAREM  
 EX· ASSE· HEREDES· FACIENS  
 OBIIT· PRID· KAL· JVN·  
 AN· MDXXCVI· ÆT· LXIX

Annos jam exactos numeravit Petrus Nunnefius; diebus vero duobus erravit Schottus (a). Ad diem namque IV. Calend. Mart. An. MDXVII. natus est Ant. Augustinus; obiit autem prid. Calend. Jun. An. MDLXXXVI.

Staturâ fuit Augustinus procerâ, egregio corporis habitu, flavâ comâ, ocellis perexiguis, hebetata oculorum acie (1) ob assiduam legendi codices præsertim MSS. consuetudinem, & ob diligentem intentamque rerum observationem tenuissimarum, quæ in Veterum reperiuntur nummis, inscriptionibus, cæterisque ruderibus, quæ nimirum perpetuo manibus versabat Augustinus, qui & propterea semper vitreis utebatur. Exstat in inferiori porticu ædium D. Clementis Collegii Hispanorum Bononiæ (b) Ant. Augustini effigies depicta; æri vero insculpta initio Hetruscæ interpretationis Dialogorum de Numismatis \* (ubi tamen pingui admodum facie exhibetur Augustinus); & in ipsius Bibliotheca, ubi sic os vultusque ejus refertur, ut in senectute ipsum fuisse narrat Andreas Schottus. Quare ad istius formam effingi per Joannem Palominum curavi imaginem, cum primum hæc vitæ Augustini historia in vulgus edita est; e qua tamen imagine radius unus adimendus erat fibulæ, qua pallium nectitur, stellæ figuram referentis, quæ septenos tantum radios habere debuisset. Scribit Everardus Otto in Præfatione quarti voluminis Thesauri Juris Romani \*, cuidam Augustini simulacro distichon fuisse appositum hujusmodi:

*Gloria Pontificum, Musarum gloria, non plus  
 Debeo Justitiæ, quam mihi Justitia.*

Ingenio fuit acerrimo, & perspicaci, memoriâ tenacissimâ. Quod autem aliqua oblivisci se interdum querebatur, hoc ei videlicet non semel contigisse necesse fuit, qui tam multa & tam diversa mente complecteretur. Verum ea fuit potissima Augustino laus, quod exquisito poleret judicio; ad quod augendum perficiendumque, quum naturâ sollers modestèque curiosus foret, lucubrationes suas, cogitationes omnes, peregrinationesque dirigebat. Quo factum est, ut in rebus omnibus judicandis rectissimus ipsi, acutissimusque sensus esset.

Patiens adeo laboris fuit, ut præter quam in necessariæ quietis horis, ab opere cessaret numquam, omneque tempus, & horas etiam diei molestiores in aliquam impenderet honestam exercitationem, quæ ipsum ab otio liberaret. Id ex ea quoque pererudita epistola colligitur, quam anno MDLXXIII. IV. Id. Septembr. Ilerdæ scripsit, in cujus fine sic ad amicum Zuritam ait: „ Per hæc transegi meridianas horas, tuâ epistolâ occasionem dante “. Quum autem ( ut conicio ) ad eum scripsisset Zurita, parcendum ipsi esse paullum laboribus in provecta jam ætate, hæc prid. Id. Februar. anni MDLXXVI. respondit: „ Grandis admodum natus M. Varro fuit, scripture autem semper summopere delectatus est, ut &, ni fallor, Hocrates: est etiam quidam in Digestis senior, *etsi pedem in sepulcro haberem, addiscere vellem* [2]. Ego in hujus mensis exitu \* sexagesimum inibo ætatis meæ annum, nec

„ te

[1] Schottus in *Orat. Fun.*

(2) Pomponius L. Apud Julian. XX. de *Fideicomm. libert.*

(a) Sive auctor superioris Epitaphii, qui forte dierum intercalaris mensis rationem habuit. Idem porro non recte annum LXX. vitæ Augustini inchoatum pro exacto ponere videtur.

(b) Inde nos eam desumpsimus effigiem, quæ in fronte primi voluminis posita est.

\* In 4<sup>o</sup>.  
 sine nomine  
 Auctoris.

\* Pag. 25.

\* Ad diem  
 nempe IV.  
 Cal. Martias.



„ te multum ab hac ætate distare arbitror. Utinam, quod reliquum vitæ est, in Dei famu-  
 „ latu absolvere utrique deur “.

Peculiare ipsi fuit genus dicendi grave, concisum, nitidum; subdum tamen, ut est omnibus fere Aragonensibus; quamquam assidue, etiam senex, Ciceronem legebat eloquentiæ principem (1). Excellenti in studiis *metodo* usus est, utilitatis tantummodo, dum aliquid addiceret, rationem habens. Ad quam assequendam utilitatem tum auctorum, librorumque delectus maxime conducit, tum etiam si in iis legendis libris eam quis adhibeat diligentiam, ut optima quæque cujuscumque argumenti annotet, ordine litterarum & temporis, quæ in multiplici diversaque lectione reperiuntur: in illis autem legendis libris, qui vel ad nullam partem utiles, vel solius sunt oblectamenti, tempus non terat, nisi tum forte, cum illis opus est. Quare Petrus Nunnus, qui Ant. Augustino amicissimo utebatur, de usu suæ collectionis epithetorum Ciceronis agens, solitum fuisse refert in amicorum colloquiis dicere Augustinum, quum de litterarum emolumentis loqueretur, miserrimam videri sibi discipulorum, præsertim Hispaniæ, conditionem, quos ab infantia disciplinæ tradi mos esset eorum præceptorum, qui de utilitate doctrinæ suæ nihil, vel parum cogitarent, eaque docerent tantum, quæ & nullum ipsis proventum allatura, & ad vitæ commoda nihil usquam profutura essent.

Præclarâ fuit Augustinus castitate, & temperantiâ, qua priorem illam virtutem tuebatur. Quapropter mulierum familiaritatem perpetuo vitare solemne illi fuit.

Nunquam vero generis & cognatorum nobilitas multaue, qua florebat, eruditionis laus, ut inani gloriâ animum extolleret, effecerunt. Et quum Hieronymum Zuritam in suis promovendis honoribus studiosiorem agnosceret, sic ad eum datâ epistola respondit Calend. Jun. anni, ut mea fert opinio, MDLXVIII. „ Scio equidem, optare te, ut Valentia, vel Cæsar Augusta, „ vel aliquo sublimiore in loco extremæ mihi sedes sint; verum destruit cogitatio mortis omne „ humani honoris fastigium; atque hi quidem nostri in Ecclesia honores nihil aliud, quam gra- „ viores curæ, sunt. Et plures ego amorem in me tuum, tuumque de me iudicium facio, quam „ omnia fortunæ dona “. Aliâ etiam epistolâ Ilerdæ IV. Id. Januar. datâ anno, ut conicio, MDLXXVI., de alia concepta spe loquens, non minori animi moderatione & prudentia ad Zuritam scripsit: „ De habendo conventu, & de meo Complutum itinere rumor est: quid „ rei sit aperiet dies, ut & de Consilio. Præsides certe ita scribunt, ut aliquid dixisse se indi- „ cent, vel egisse, tuo nempe impulsu. Verumtamen quod Deo libitum erit, id fiat. Mihi qui- „ dem non ea ætas est, qua me fumos deceat confectari: quin hoc tantum me cogitare æquum „ est, ut fabulam pro ea persona, quæ mihi imposta est, peragam “.

Animo fuit Augustinus perquam liberali, summâ in amicos munificentia; egregia vero misericordia in egenos, quibus multam de sua pecunia stipem largiebatur, ut & mendicantibus ordinum religiosorum viris, sacrarumque virginum collegiis, & hospitibus ægrotorum. Apud eum pauperes puellæ dotem, indigentes autem cuncti, qui ad eum confugissent, suarum remedium necessitatum nanciscebantur. Eâ namque animi virtute adeo excelluit, ut in laudatione funebri, coram iis qui probe Augustini mores novissent, Schottus dixerit: Calices ipsum sacros, & vasa argentea pignori opponi sæpe iussisse, & libros, quos carissimos habebat, vendi, si pecunia in annonæ caritate deesset pauperibus alendis, quibus Tarraconensis ager abundabat. Addit autem Schottus, tam inopem Augustinum decessisse, ut ad eum honeste efferendum tumulandumque vix pecunia suppeteret. Insigne in majori templo Tarraconensi Sacellum suis sumptibus ædificandum curavit, Augustissimo Corporis Christi Sacramento dicatum [2]. Anno autem MDLXXX. ædes quasdam sacras \*, quæ antea eorum virorum fuerant, quos Canonicos Regulares vocant, tradidit aliis viris religiosi Ordinis D. Francisci, quibus *Recollektis* nomen est (3).

Tria habuit Provinciæ concilia, Diœcesis duo. Oppidum agrumque Reusinum sibi successoribusque suis de collegio sacerdotum emit, eamque venditionem Gregorius XIII. Pontifex ratam habuit a. d. IV. Id. Decembr. An. MDLXXXII. [4].

In summis muneribus exercendis, quibus perpetuo functus est, omnes officii sui partes diligenter sancteque servavit. In XIIviratu Litium iudicandarum justitiam, & integritatem ostendit suam; in Legationibus cum prudentia fidem ac diligentiam; in lustrandis provinciis temperatam æquitatem severitatem; eximiam in Episcopatu caritatem, & vehemens salutis animarum desiderium; sedulam quoque in eo curam, ut sanctiori disciplina homines viverent, maxime vero ministri altaris. Quare sacris ordinibus initiari eos non patiebatur, qui a bonis moribus, & a doctrinis essent imparati; a quo proposito nullâ unquam potuit ratione dimoveri. Ut in sua Diœcesi sacrosancta mysteria frequentia debitâ celebrarentur obtinuit, postquam inde execrationes eradicaverat, cæterasque omnes nefarias jurationes (5).

(1) Schottus in *Orat. fun.*

(2) Doctor Jo. Puig. in *Catal. Archiep. Tarrac. præfixo Constit. Synod. Tarrac. excusis Barcinone An. MDCCIV.*

[3] Ganuza *Hist. de Arag. lib. IV. cap. VI.*

Fa-  
 Felii *Anal. de Cathaluña*, que deve entenderse por Ganuza.

[4] Doct. Jo. Puig. *loc. cit.*

[5] Frai Juan Gregorio Satorre en *las Alabanzas, i excellencias del SS. Nombre de Jesus.*

\* De S.  
 Miguel de  
 Escornalbou.



Familia fuit semper Augustino perparva, sed ea eximia (1). Joannem Metellum Sequanum virum eruditissimum, quem illius Pirithoi Theseum appellavit Stephanus Pighius (2), Romæ per decem annos domi habuit [3]: ipsi Ilerdæ & Tarracone a secretis fuit Sebastianus Leo Cordubensis, quem Paullus Manutius hominem studiosum & eloquentem judicavit [4]; cujus ea vel maxima commendatio est, quod eo utebatur Augustinus familiarissimo, utpote studiorum suorum socio & administro, ut narrat Joannes Petrus Nunnescius (5), locuples certe testis. Adfuerunt item in studiis Augustino Franciscus Aduartes, Carthusiensis postea Monachus, de quo superius mentio habita est, & Andreas Schottus, qui maturiorem ævi & sapientiæ Augustinum nactus est, ut erat postremis duobus vitæ suæ annis. Et tantam cepit brevi illo tempore Schottus utilitatem, ut rectorem sibi, & ducem fuisse Augustinum in resumendis, & impensiore diligentia prosequendis humaniorum litterarum studiis ingenue confessus sit. Quin illud quoque addere non dubitavit, omne se, quod in eis studiis profecisset, Augustino debere secundum Deum acceptum referre [6]. Qui quum in Augustini domo moraretur, ipsius jussu, ut censo, duos libros edidit, quos conjunctos ego vidi Valentia in Regii Collegii Corporis Christi Bibliotheca, quæ selectis libris rarissimisque adeo referta est, ut exquisitum præclare ostendat judicium conditoris sui venerabilis viri Joannis Reberiensis, Antiocheni Patriarchæ, & Archiepiscopi Valentini; quem in Divorum numerum relatum iri spes est non ambigua. Eorum librorum alter hujusmodi habet titulum: *Alphabetum Græcum in quo I. de vera Græcarum litterarum ac Diphtongor. Pronunciatione, & Divisione. II. de Accentibus, ac Interpungendi, Numerorumque Notis. III. Compendia Græcarum litterarum, vulgo abbreviutiones vocant. IV. Christianæ Fidei Rudimenta Græce. V. Græcæ loquendi Formulæ. Tarracone apud Philippum Mey CIO. IO. XXCV.* Alterius titulus hic est: *Phorii selecta ex locis laudabilibus, quos Proclus ex Grammaticis excerpserat, nunc primum edita. Ex Bibliotheca Antonii Augustini Tarraconensis Archiepiscopi, Interprete Andrea Schotto. Tarracone ex Typographia Philippi Mey M. D. XXCV.* \* Quæ autem ad Proclum pertinent, ea sunt deinceps Hanoviæ edita An. MDCXV. cum hac inscriptione: *Procli Chrestomathia Poetica, interprete & scholiaste Andrea Schotto Antwerp. Accessere & notæ Pet. Joan. Nunnescii Valentini. Item fragmentum Scriptoris incerti antea Censorino tributum, & cum ejus de Die Natali libro continenter impressum, nunc correctius & aliquot Capitibus ex veteri libro additis auctius editum a Sud. Carrione Brugicnsi: cum notis ejusdem Nunnescii. Hanoviæ typis Wechelianis, apud Hor. de Joannis Aubrii MDCXV.* \*

\* In 4º.

\* In 4º.

Ipsè Antonii Augustini typographus Philippus Meyus viris totius Hispaniæ doctissimis annumerandus est, qui & profodiarum leges publice docuit in Valentina Academia; quæ humaniorum litterarum studiis tunc quidem adeo florebat, ut nulli esset secunda: a qua laude nunc, ut ceteræ Hispaniarum omnes, non nihil decedit; quod ideo sane malum irrepsit, quia opportunâ ei providentiâ occurrere homines negligunt. Falso enim & per summam injuriam dicere quis auderet, doctis viris idoneisque carere hæc regna. Suas profodiæ leges in vulgus edidit Philippus Meyus, & priorum septem librorum Ovidii Metamorphoseon hispanicis versibus interpretationem: ex quibus septem libris senos, dum in heri sui domo esset, interpretatus est: Ejus autem mors in causa fuit, quamobrem non perfecit inceptum opus. Utamque habeo in Bibliotheca mea lucubrationem, & quoniam rara admodum est hæc postrema, operæ pretium me facturum arbitror, si epistolæ, qua tuam Philippus Meyus interpretationem ad Raymondum Ladronium \* misit, fragmentum asseram; quo nimirum publici juris fiant, quæ hoc fragmento continentur. Ea vero hujusmodi sunt: „ In hoc haud parvi æstimandum vel illud est, quod aliquid sui operis addere dignatus sit maximi non in Hispaniis modo, sed in tota Europa momenti Vir (quod sine cujusquam injuria dictum volo), Antistes nimirum Tarraconensis herus meus amplissimus Ant. Augustinus; de quo tanto cum desiderio minutissima quæque sciscitabaris eo ipso tempore, quo vel jam fato concefferat, vel mox erat moriturus. Quoniam vero opportune accidit, totam ab exordio rem censo repetendam; quo nimirum ea, quæ ad te scribo, per te ceteri noscant homines eruditi. Est igitur animadvertendum, quod in carmine, *La Fuente de Alcover* a me inscripto, versus sedecim narrationis priores, quibus initium *Llorando Venus* &c. Ant. Augustini sunt, cui illos conscribendi ea, quam mox dicam, occasio fuit. Prope Alcoverium, Tarraconensis Pontificis Castellum, fons est, ut ajunt (non enim vidi) in rupe concava, atque ad modum fornix a natura excavata, quæ adjanto undique convestitur, vulgari herba, per cujus germina aqua distillat. Quæ res, utpote rara, quum provinciam suam perlustranti Augustino monstrata esset, digna ei visa est, quæ poetica alacritate celebraretur; quare ex alio vocabulo ejusdem herbæ, quæ & capillus veneris nuncupatur, sumpto argumento, lacrymarum criniumque Cypridis Metamorphosin com-  
„ men-

\* Cavalero de la Orden da S. Jago, i Gentil-Pombre de la Boca de Felipe Segundo.

(1) Franc. Garcia in *Dedic. Parab. Evangelic.*

(2) In *Themide* pag. 147.

(3) Jo. Met. Seq. in *Epist. præfixa Hieron.*

*Offorii de Reb. Emman. Reg. Lusit. lib. XII.*

(4) *Epistolar. lib. II. Epist. XXV.*

(5) In *Præf. ad Epist. M. T. Cic.*

(6) In *Dedic. Orat. Fun.*



„ mentus est, & sedecim illis verbis descripsit. Quum autem recens ego inter ipsius familia-  
 „ res receptus essem, eidemque librum Transformationum primum (non enim plures absolve-  
 „ ram) obtulisset, versus illos mihi dari iussit, mandavitque, ut idem argumentum paullo fu-  
 „ sius ego pertractarem; quod videlicet, ut facultas erat, præstiti. Istæ vero me commemo-  
 „ rasse non ad hoc tantum proderit, ut palam sit, nolle me id quod alienum est mihi vindi-  
 „ care, sed ad hoc maxime, ut eis, qui rite colunt studia huiuscemodi, præsidium sit auctoritas  
 „ tanti viri, qui quum tam insigni esset doctrina & sanctitate, non quidem ea studia dedignaba-  
 „ tur, sed in honore habebat. Atque id sane validissimum nobis munimentum est contra eos,  
 „ qui, dum infertiam & negligentiam excusant suam, aut sententiam callide dissimulant, studia  
 „ hæc infestis animis insectantur “.

Jugiter Augustinus hominum, qui ingenio & eruditione præstarent, commercio delecta-  
 tus est, eosque summo complexus est favore ac benevolentia. Ipsi, dum Romæ esset, consue-  
 tudo fuit cum Pyrrho Ligorio Neapolitano antiquario insigni & pictore, qui quamvis lati-  
 næ linguæ rudis esset, quadraginta fere conscripsit libros Antiquitatum de Nomismatis &  
 Aedificiis, non secus ac conscripsere Hubertus Goltzius, Æneas Vicus, Jacobus Strada, alii-  
 que; quorum si libros inspexeris, omnes omnino auctores tum græcos, tum latinos quotquot ex-  
 tant, evoluisse credas. Aliorum nimirum opera utebantur [1]. Servantur hodie Augustæ Tau-  
 rinorum in Sardinia Regis pinacotheca sex & viginti Pyrrhi Ligorii antiquitatum volumina  
 MSS. quæ dux Sabaudia Carolus Emmanuel septingentis & viginti millibus sestertium \* e-  
 mit, ut Josephus Gemellius in suo itinero (2) narrat. Familiares etiam habuit Sebastianum  
 a Plumbo nuncupatum, & Jacobum Tretium excellentes illius ævi opifices, inter quos Seba-  
 stianus, præter quam quod Bullas plumbeas Paulli III. Pontificis conficiebat, summus etiam  
 pingendi arte exstitit (3). \* 18000 Du-  
cados.

In Hispaniam redux maxima in plerosque gnavos homines beneficia contulit, atque tunc  
 præsertim, cum eorum industria alicujus in re litteraria usus esset. Ilerdæ Antistes officinam  
 typographicam Complutensem ad eam transtulit civitatem, ibique pistrinum chartarium ædi-  
 ficandum curavit. Postea Tarracone quoque typographicam officinam perelegantem suâ pe-  
 cuniâ sustentavit [4]. Eam vero, ut dictum est, administravit Philippus Meyus, de quo Au-  
 gustinus in epistola, VI. Id. Decembr. An. MDLXXVII. ad Hieronymum Zuritam Tarra-  
 cone data, hisce verbis mentionem habuit: „ Typographus apud nos est adolescens, sed val-  
 „ de sollers, viduæ Meyi Valentini Filius, qui quamquam non est a pecunia satis paratus,  
 „ officinam adornat suam. Opitulatur Mater & Vitricus, ego vero plus quam quivis face-  
 „ ret. Spes est autem fore, ut Barcinone & Gerunda advehatur charta, quæ Januensi \* si-  
 „ milis est “.

Hæc videlicet tunc scribebat Augustinus, cum chartariæ officinæ nondum ad  
 eum numerum creverant, quo nunc sunt. Et nihilominus usque hodie dubitatum est, im-  
 mo vero, quod gravius est, etiamnum dubitatur (nescio an sincere) utrum charta optima, ut  
 in cæteris regionibus, ita & in Hispania confici possit.

Quoniam vero eâ, quam diximus, in industrios litteratosque homines Augustinus erat  
 benignitate, singulari etiam benevolentia Franciscum Patricium prosecutus est; quem Hiero-  
 nymo Zuritæ, scriptâ ad eum epistolâ Ilerdæ XI. Calend. Februar. anno, ut opinor, MDLXXIII.  
 hisce verbis commendavit: „ Has tibi litteras reddet Franciscus Patricius philosophus perinsi-  
 „ gnis, cujus ad te librum misi. De his, quæ eo libro continentur, licebit cum ipso loqui, de-  
 „ que aliis multis, quæ callet, & de vendendis comparandis excudendisque libris, si histo-  
 „ riam tuam cogitas seu latino sermone, seu mavis vernaculo in vulgus edere. Talis enim  
 „ est, qui recte cuncta hæc expediat “.

Liber cujus Augustinus meminit is est, quem Franci-  
 fcus Patricius *Nova de Universa Philosophia* inscripsit. Qui liber a Præfectis Sanctæ Inqui-  
 sitioni interdictus est, donec expurgaretur; quod nondum effectum est. Ejus vero auctor vitâ de-  
 cessit Romæ anno MDXCVII. ætatis suæ LXVII.

Verum non secus ac honore debito eos homines, qui bene de re litterarum publica me-  
 riti essent, prosecutus est Augustinus, mutuam hi quoque grati animi vicem ipsi reddere non  
 neglexerunt. Multi enim docti viri suas illi dedicaverunt lucubrationes, eundemque habere  
 patronum, gloriosissimum sibi arbitrati sunt.

Ita Romanæ jurisprudentiæ decus, & præclarum lumen Lælius Taurellus, quum doctif-  
 simas suas in Aquilianam formulam, & legem Velleam, sententiasque Catonis explanationes  
 An. MDXLIII. publicaret, libellum ad ipsum misit *de Militiis ex Casu* inscriptum [5]; Qui  
 libellus sive epistola in multis deinde editionibus librorum Augustini *Emendationum* &  
 Opi-

[1] Ant. August. *Dial. IV. Antiquit. ex Biblioth. pag. 28.*  
*versione Andreæ Schotti.*

[2] *Tom. II. pag. 75.*

[3] Ant. August. *Dial. VIII. Antiquit. ex*  
*versione Andr. Schotti*

[4] Jo. Baptista Cardona *de Reg. S. Laur.*

[5] Meminit Ant. August. *Emend. lib. II.*  
*cap. II. & Lib. Singul. ad Modestinum ad*  
*L. IV. §. Ulpianus. 13. & ad L. VIII. §. Jam*  
*vero. 7. de Excusationib. Dial. II. de Medal-*  
*las pag. 70.*

\* Del Pe-  
 regrino de  
 Genova.



\* *Ultrajecti*  
apud Joannem Broedelium An.  
1703. fol.  
1630.

*Opinionum* sæpe repetita est, ut in quarto volumine *Theſauri Juris Romani* Everardi Ottonis \*.

Hieronimus Oſſorius, Silvenſis poſtea in Algarbis Episcopus, vir doctus & diſertus, quum ab Italia in Portugalliam reverſus eſſet, ſuos eruditos ac perelegantes *de Gloria* Dialogos Romam miſit typis deſcribendos, in quibus duos arctiſſimo ſibi amicitia vinculo conjunctos loquentes induxit Ant. Auguſtinum, & Joannem Metellum Sequanum, maximis eodem laudibus extollens. Hi porro Dialogi anno MDLII. Florentia prodiere paullo poſtquam Florentini Pandectarum libri ab utroque eorum recenſiti (1) ſunt. Qui Dialogi in tanto pretio apud Reginaldum Polum purpuratum, acerrimi judicii multaque prudentia ac eloquentia virum, fuere, ut per propinquum ſuum, multa nobilitate cæteriſque laudibus clarum hominem, eos curaverit Britannica lingua interpretari (2). Antonii vero Auguſtini judicium atque cenſuram uſque eo Oſſorius reverebatur, ut quum *de Nobilitate Chriſtiana* a ſe ſcriptum Dialogum ad ipſum miſiſſet, & nonnulla in eo Dialogo libere ab Auguſtino improbarentur, ea ſe in alia editione emendaturum reſponderit (3). De his ipſis Dialogis *de Gloria*, & *de Nobilitate* Ant. Auguſtinus, ſimul atque ipſi oblatis ſunt, ex improviſo & feſtive dixit:

*Gloria, Nobilitas ſcriptis celebrata diſertis  
Clareſcent ſæclis innumerabilibus* (4).

Baſilius Zancus Bergomas, Ordinis Lateranenſium Canonicus, vir multæ & varia eruditionis, Ant. Auguſtino dedicavit *In omnes divinos Libros Adnotationes*, quæ una cum Quæſtionibus in *Librum IV. Regum*, & in *Librum II. Paralipomenon* per Antonium Bladum typis deſcriptæ ſunt Romæ An. MDLIII. \*

\* In 4º.

Petrus Simon Aprileus Laminitanus, humaniorum litterarum ac Philoſophia Præceptor, & in Cæſarauguſtana Academia Doctor cathedrarius, a. d. VI. Calend. Jul. An. MDLXX. Ant. Auguſtino eum dedicavit librum, cui titulus eſt: *M. Tullii Ciceronis Epistoſularum libri tres: cum interpretationibus & ſcholiis Hispana lingua ſcriptis, quibus aditus facillimus aperitur ad non magno labore litteras Latinas perdiscendas Petro Simone Aprileo Laminitano interprete, & Auctore C. Tudela Per Thomam Porralis Allobrogem, ipſuſmet Auctoris ſtudio, & opera correctum* 1572. cum privilegio Regis per Decennium. Quem deinde librum renovavit Aprileus, additiſque notis, cum hujusmodi inſcriptione edidit: *Los dos Libros de las Epistoſlas ſelectas de Marco Tulio Ciceron, en que ſe pone el uſo de cartas Narrativas, i de Favor llamadas Comendaticias con traduccion, i declaraciones de lengua Castellana*. Utrum vero typis deſcribendus eſſet, an ſecus, judicium permisit tanto viro, qui quum eam utiliſſimam latinis docendi litteras rationem utique probaviſſet, prodiit Cæſarauguſtæ liber typis Joannis Solerii An. MDLXXXIII. \* & me ſuaſore, Valentia An. MDCCLX. per Joſephum Thomam Lucaſium iterum excuſus eſt \*.

\* In 8º.

\* In 8º.

Lucubrationem quandam ſuam Auguſtino item dedicavit Andreas Capella Valentinus, qui quatuordecim natus annos Jeſuitarum amplexus eſt (5) inſtitutum; in quo non diu, tunc quidem, permanſiſſe, illud argumento eſt, quod de eo traditur: Ipſum nempe, poſtquam anno ætatis ſua XVIII. ad linguarum latinæ, græcæ, atque hebraicæ doctrinam utriuſque jurisprudentia lauream adjeçiſſet, ſanctioris vitæ deſiderio Carthuſienſe ingreſſum eſſe monaſterium *Porta Cæli* nuncupatum, quod a Valentina urbe non plus abeſt ſtadiis octoginta \*. Verum adverſa valetudine, & quadam injecta animo religione, ad Jeſuitas reverſus eſt, apud quos fuit collegii Valentini Rector, & in Romano collegio Doctor cathedrarius \*. Sed poſtmodum confirmata valetudine, & venia a Gregorio XIII. Pontifice impetrata, ruſum ad Carthuſienſes Monachos rediit anno MDLXIX. quorum inſtitutum in Catalaunenſi *Scala Dei* Monaſterio a. d. XVI. Calend. Februar. An. MDLXX. profeſſus eſt. In quo poſtea Monaſterio, ut in antediſto *Porta Cæli* Valentino, in Caſtellenſi *del Paular*, Mediolanenſi *D. Ambroſii*, & Neapolitano *D. Martini*, Antiſtes factus eſt. Provinciam luſtravit Galliam Ciſalpinam, idemque inter IX viros fuit, qui ſacro Carthuſianorum Ordini ad veterem diſciplinam revocando navarunt operam. Vir ſummæ ſanctitatis & doctrinæ, quem tanti fecit Philippus II. Rex, ut eum, Romani Pontificis auctoritate, in Aragonia & Catalaunia Regnis Monachorum D. Benediſti Cœnobio, & Canonicorum, quos Regulares D. Auguſtini vocant, luſtrare, eorumque mores reformare juſſerit; tandemque, ut Urgellentis inaugureretur Pontifex, curaverit; in quo munere exercendo, quantâ eſſet prudentia ac pietate præclare oſtendit (6). Is, quum in Monaſterio *Schala Dei* degeret, eximiam ſuam Ant. Auguſtino inſcripſit lucubrationem, cui titulus eſt: *Libro de la Oracion, en que ſe ponen Conſi-*

\* Poco mas  
de tres le-  
guas.  
\* Cathedra-  
tico de Pri-  
ma.

[1] Jo. Metell. Seq. in *Epist. Dedicat. præfixa Hier. Oſſorii de Reb. Emman. Reg. Luſit. libris XII.*

[2] Idem *ibid.*

[3] Nicolaus Antonius in *Anton. Auguſt.*

[4] Andr. Schott. in *Hiſp. Biblioth. pag. 529.*

[5] Rodriguez *Biblioth. Valent. pag. 51.*

[6] Idem in *la Bibliotheca Valentin. Ximenes en los Eſcritores Valencianos Tom. I. ex Alfuara Annal. Carthuf. MS.*



deraciones sobre los Evangelios de todos los Dominigos del año, i algunas Fiestas principales. Va al fin Añadida una Carta o Coloquio interior de Christo nuestro Redentor al anima devota: compuesta en Latin por el R. P. D. Juan Laspergio, i traducida en Romance por el mismo Autor. En Lerida por Pedro Robles, i Juan de Villanueva año 1575. \* Il- \* En 8º.  
lum vero librum Augustini sumptibus descriptum typis fuisse credibile est, quum & Ilerdæ prodierit, & sub illius munificentissimi Præfulis auspiciis: Quemadmodum & aliud ejusdem auctoris scriptum, cujus est titulus: *Consuelo de nuestra Peregrinacion*: quod Ilerdæ pariter per eisdem typographos vulgatum est An. MDLXXIV. \* Librum habeo de la Oracion rur- \* In 8º.  
sum anno MDLXXVIII. per Joannem Solerium Cæsaraugustæ editum \*, ab Andrea Capella retractatum, cum Laspergiani libelli interpretatione & quibusdam additis, quæ in priori editione desiderabantur. \* In 8º.

Clarissima veteris historiæ lux Onuphrius Panvinus primum Fastorum librum an. MDLVII. Ant. Augustino dedicavit (1), quum esset hic apud Ferdinandum I. Romanorum Regem Summi Pontificis Legatus. Panvinio autem Augustinus Fastorum, qui Siculi nuncupantur, exemplar communicavit; quo nimirum ille in suis conscribendis libris uteretur. *Fasti* vero *Siculi* ideo hoc habuere nomen, quod eos repperit Hieronymus Zurita in vetusta quadam Sicilia Bibliotheca. Quod quum rescisset Augustinus, qui inter XII viros litibus judicandis præpositos tunc Romæ erat, Codicem ad se perferendum curavit, & Panvinio tradidit, ut hic falsus est (2).

Stephanus Pighius Campensis vir clarus, multumque in antiquitatis tum latinæ cum græcæ studiis versatus, anno MDLXVIII. typis Christophori Plantini libellum \* Antuerpiæ \* In 8º.  
edidit, quem inscripsit *Themis Dea seu de Lege Divina*. In eo libello loquentes inducti sunt ipse Pighius, Ant. Augustinus, & Antonius Morillonius, qui Lovanii fuerat in primis humaniorum litterarum studiis Pighii condiscipulus, egregius adolescens, atque omnibus ingenii & eruditionis laudibus ornatus, ut idem testatur Pighius (3). Quum autem hic suum in vulgus librum edidisset, judicio eum submisit Nicolai Florentini, qui inter ejus ætatis medicos doctus habebatur. Et quum hic primas in Dialogo partes Antonio Morillonio attributas fuisse miraretur, illam Pighius attulit facti excusationem, quod, etsi ob multam antiquitatis peritiam cæteramque doctrinam, primæ Ant. Augustino partes deberentur, satius tamen illi magisque ex tanti viri dignitate visum fuisse, si Judicis potius partes una cum Rodulpho Pio purpurato ageret in eo Dialogo Augustinus, & in Pighii & Morillonii dicta censuram ferret [4].

Ejus vero necessitudinis, quæ Ant. Augustino cum Pighio fuit, ipse in epistola ad Hieronymum Zuritam Ilerdæ scripta Calend. Jun. anno, ut conjectura est, MDLXXVIII. hifce verbis meminit Augustinus: „ Plurimam \* Operio Præfecto meis verbis salutem dices, \* Al Se-  
„ & hanc reddes epistolam; qua nimirum ei rescribo, quam tu misisti, una cum disertissimo, nior Prefi-  
„ amici mei libello, cui *Themis* inscriptio est “. In quo maxime consideranda est modestia dente Ope-  
Augustini, qui quum in eo libro loquens inductus esset, mentionem ejus rei nullam fecit. ro.  
Tantum nempe aberat, ut inani gloria extolleretur.

Joannes Metellus Sequanus; quo quidem homine Ant. Augustinus & in litterarum studiis socio, & in vitæ conjunctione amicissimo totum quinquennium Bononiæ usus fuit, post- que habuit eum Romæ comitem, perque familiarem decem annos (5); statim ac de rebus Emmanuelis Regis Lusitaniæ libros duodecim, quos Bononiæ Hieronymus Ossorius Sylvensis apud Algarbas Antistes latinis scripserat litteris, sive potius ex Regis Emmanuelis historia pedestri scripta sermone latine verterat, in manibus habuit, illos typis iterum curavit describi, atque ad Ant. Augustinum misit, qui eâ tempestate amplissimum Ilerdense Sacerdotium obtinebat An. MDLXXIV. \* Id autem fecit Metellus, cum ut Ant. Augustino necessitudinis officia præ- \* In 8º.  
staret, tum ut amicitiam ipsi suam significaret eo misso libro, qui doctum in primis hominem & eloquentem Hieronymum Ossorium auctorem haberet: cujus ei conciliaverat Augustinus familiaritatem, sive potius convictum una etiam cum Hieronymo Calcena (6).

Hieronymus Zurita, historicus gravissimus ille quidem, atque summo judicio plurimaque integritate vir, ad Ant. Augustinum misit librum Godefridi Malaterræ Monachi Alexandrini, qui Valfecina in Salvatoris ædibus suorum præfecturam gesserat; itemque librum de Roberti Viscardi, atque Regum Sicilia Familii, quem quidem librum ipse e Ptolemæi Lucensis Annalibus eruerat. Hæc omnia edita fuerunt Cæsaraugustæ typis Dominici Portonarii An. MDLXXVIII. \* li quidem libri mihi sunt chartâ amplissimâ splendidissimâque descripti. Re- \* In fol.  
liqua etiam habeo Hieronymi Zuritæ scripta, quæ ad historiam spectant.

Fran-

[1] Vide *Dedic. Fastor.*

[2] In *Præf. Fastor.* Dormer. in *Progress.* c. pag. 65.

[3] In *Themide* pag. 8. & *seqq.* & pag. 35.

[4] Vide Pighii *Epist. ad Nic. Florentinum*

ad *calcem Themidis.*

[5] Jo. Metell. Seq. in *Epist.* qua ad Ant. August. misit *Hier. Ossor. de rebus Emmanuelis R. Lusit. libb. XII.*

[6] Idem *ibid.*



Franciscus Garcia Dominicanus, qui in Tarraconensi Academia Theologiam profitebatur, doctus plane vir & cum primis pius, ad Ant. Augustinum misit librum, qui inscribitur: *Francisci Garciae Hispani Dominici Emendationes eorum errorum, quæ librariorum incuria in summa Theologica Sancti Thomæ hætenus reperiuntur. Tarracone apud Philippum Mey An. MDLXXVIII.* \* Sane nemini dubium esse potest, quin vir plane liberalis, quum is liber in suis describeretur ædibus, & sub suo nomine, suoque jussu prodiret in lucem ( ut ipse Garcia scripsit in Præfatione ) sumptus in descriptionem fecerit; atque ita scriptori se gratum præbuerit: Præsertim vero quod eorum temporum sic mores ferebant.

Franciscus Turrianus, pietate ac eruditione insignis vir Romæ An. MDLXXXI. sub Augustini nomine edidit ab sese latine redditam Interpretationem Theologicam, quam pridem græce scripserat Joannes Sapiens, cognomento Cyparissiota. Addiderat vero Turrianus *σχόλια*, notationesque doctrinâ plenissimas. Is vero liber utilissimus sane est ad ea probe intelligenda, quæ sub Divi Dionysii Areopagitæ nomine circumferuntur.

Joannes Granata Dominicanus; qui Novæ Bilbili natus erat, postquam diu multumque orationibus pro religione habendis laborasset, librum scripsit, & ad Augustinum misit; quo quidem libro eas Jesu Christi historię partes, quæ inter sacra quotidie leguntur, interpretatus fuit, & moralibus explicavit quæstionibus. Liber editus fuit Cæsaraugustæ typis Petri Robelesii An. MDLXXXV. \*

Postremò ( quod quidem ego sciam ) Michael Thomasius Taxaquetus, ad Majorem natus Balearum, qui Tridentino Concilio inter Theologos interfuerat, atque in amplissimo Ilerdensi Sacerdotio Ant. Augustino optimus optimo successerat, doctus plane vir, & qui libros rarissimos, manu præsertim scriptos, diligentissime colligebat: Maximas verò ob eam rem meretur laudes, quod Gregorio XIII. Pont. Max. institerit etiam atque etiam, ut Decretum Gratiani corrigi emendarique juberet; reque ipsa ex illis fuit, qui plurimum in eo emendando decreto elaboraverunt (1): Is itaque sapiens plane vir, qui Ant. Augustinum multâ complectebatur benevolentia, ad eum misit manu librum scriptum, qui inscribatur: *Explanatio L. 1. de justitia & jure D. L. Diem functo. de Offic. Ass.* Hujus voluminis mentio fit inter Ant. Augustini libros latinos, qui manu essent scripti \*. Atque illud observatione dignum est, eum librum nostris temporibus in Laurentiana Regis Bibliotheca adservari.

Sane tanta, tamque præclara hominum nobilissimorum obsequia illud aperte significant, eos Ant. Augustino comi in primis, & liberali usos fuisse. At equidem legendo observavi, neminem unum præstantem virum iis temporibus fuisse, qui non in Augustini amicitiam conaretur obrepere. Illos vero omnes perscribere, non id quidem ad Ant. Augustini historiam pertineret, sed potius ad locupletissimam magnorum hominum seriem conficiendam. Tantum itaque de nonnullis Hispanis viris verba faciam; illis omnibus prætermisissis, de quibus in his commentariis mentio est facta. En ergo qui fuerint necessarii ejus:

Didacus Mendozensis, qui ab Hispaniarum Rege ad Venetos primum, mox ad Pontificem Max. & ad Tridentinum Concilium legatione functus fuit, vir summo loco natus, optimisque artibus maxime eruditus, cujus ingenium plane facetum Ant. Augustinus monstravit in Septimo Antiquitatum Romanarum Hispanarumque Dialogo (2).

Didacus Covarrubia, Segubiensis Antistes, qui in eo Collegio, quod negotiis præest Numaninorum & Carpetanorum Præfectum agebat, summo judicio plurimâque doctrinâ vir, jurisque cum civilis, tum pontificii scientissimus. De eo homine ipse Augustinus scripsit, utriusque animos veritatis cognoscendæ studio, minimeque vulgari amicitia fuisse conjunctos (3). Post vero quam is mortem obierat, de eo scripsit honorificentissime iis litteris, quas Tarracone ad Hieronymum Zuritam dabat a. d. VI. Id. Decembr. An. MDLXXVII. his verbis: „ Perculit me fa- „ ne de Covarrubiæ Præfecti obitu nuncius: Nec minus quantam frater ejus (4) jacturam fe- „ cerit, consideravi. Atqui spero, Regem ei sese gratum præbiturum “.

Benedictus Arria, qui in Carpetanorum montibus natus erat in oppido, quod Fregenal Serræ vocatur, proptereaque Montanus vocitatus fuit, vir multis linguis eruditus, & Poeta cum primis nobilis, idemque Theologiæ peritissimus. Is quidem in Tridentino Concilio magnos tulit labores. De eo autem Ant. Augustinus iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam V. Calend. Sextil. dabat An. ( ut quidem arbitror ) MDLXXVI. ita scripsit: „ De Complutensi ex- „ peditione rem in Arriæ Montani adventum reiiciendam puto. Is mecum fuit paucos dies, „ seque eâ re alieniorem ostendebat. Fortasse pollicitationibus reddetur facilior “. Tunc Româ Arria revertebatur; ut apparet ex epistola, quam Latinus Latinus dedit ad Ant. Augustinum Romæ prid. Calend. Junias An. MDLXXVI. In ea enim Latinus inquit: Montanum eâdem die in Hispaniam profectum esse, ut ab Philippo Secundo Rege præmia consequeretur

la-

[1] Ant. August. in lib. prior. de Emend. Grat. Dial. III. pag. 22.

[2] Nic. Antonius in Anton. August. Ipse Augustinus in Dial. VII. pag. 299.

(3) Idem Augustin. *ibid.* Dial. V. pag. 43.

[4] Ant. Covarr. Leiventis, de quo vide

Nic. Antonium.



laborum, quos sustinuerat maximos, dum sacros libros Regis jussu typis curabat describi.

Ad Augustini amicitiam accessit quoque Gaspar Quiroga Cardinalis, Urbani Divæ Balbinæ Templi Sacerdos, Tolertanus Pontifex, qui in Numantinorum & Carpetanorum Regno Magnum Cancellarium gerebat. Hic ab Pontifice Max. ejus in Hispania magistratus, quem ab inquirendis de religione erroribus nomen habere diximus, Præfectus creatus fuerat. De eo homine Ant. Augustinus litteris ad Hieronymum Zuritam Ilerdæ datis a. d. IV. Id. Septembr. An. MDLXXIII. ita ait: „ Scripsi ad Conchensem Antistitem, uti me amare pergat: ejus enim benevolentiam facio, ut debeo, plurimi. Novam illi dignitatem sum gratulatus; de qua, quum Neapoli una essemus, divinaveram: Sed is fidem mihi non adhibebat“. Is Conchenfis Antistes, summus sane vir, misit ad Gregorium XIII. Pont. Max. viginti Hispaniæ Conciliorum acta e vetustissimis exemplaribus excerpta: quæ collegerat Joannes Baptista Peretius Valentinus multà vir scientiâ, qui primò in Toletano maximo Templo sacerdotium gessit: post vero Segobrigensis Antistes fuit. Hunc vero Peretium Ant. Augustinus sæpe magnis de rebus consulere solebat. Ipse (1) Joannes Baptista Peretius illis Conciliorum actis duos addidit libros eruditione refertos: qui sunt Historia Conciliorum Hispaniæ, quæ ante Arabum, & Maurorum adventum habita fuerunt; & Historia Gothorum Regum Hispaniæ excerpta ex antiquis Conciliorum Codicibus, qui sunt in Isidori de Gothis libro, & ex Annalibus Vullensis Antistitis. Hi historiarum libri Ant. Augustino teste (2) multam continent utilitatem. Quare ipse Augustinus in Antiquitatum Romanarum Hispanarumque Dialogo VIII. locum habere voluit illam Gothorum Regum Hispaniæ seriem: Atque illud quidem est notatione dignum, in totis illis Dialogis nihil aliud ex alieno reperiri; qua ex re facile apparet, quanti faceret Augustinus scripta Peretii necessarij sui. Hic quidem mortem obiit in villa quadam, quæ est in Valentino suburbano, quò se contulerat Medicis, omnibusque amicis suis instantibus; ut paterni cœli salubritate affictam recrearet valetudinem. Enimvero ingravescente morbo quadragesima die e vita migravit illa Jobi verba recitans: *Libera me, Domine, & pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me.* Qua die is mortuus est, ea dies fuit postrid. Id. Novemb. An. MDXCVII. ætatis suæ LXIV. quum sex omnino annos provinciam multa cum laude gessisset. Aderat quum moreretur summus ille vir Joannes Ribera Valentinus Pontifex, qui eâ etiam dignitate, quam Patriarchalem vocant, honestabatur. Hic morienti extrema religionis officia voluit ipse præstare. Bibliothecam Peretius testamento legavit Segobrigensis maximi Templi Sacerdotum Collegio. Erat vero ea Bibliotheca cum primis locuples ac splendida. Nanque erant in ea sane permulti exquisiti libri, partim qui ad humaniores litteras & ad historiam, partim qui ad theologiam, atque ad jus cum civile tum pontificium spectarent: Sed, quod omnia ornamenta vincebat, in librorum fere omnium margine observationes, legebantur, quas ipse scripserat Peretius (3).

Sese quoque in Ant. Augustini amicitiam dediderunt Petrus Joannes Nunnescius Valentinus grammatica, & rhetoricâ vir clarus, & qui cum latine, tum græce optime sciret, atque in Aristotelica disciplina acutissimus, & in geographia eruditissimus haberetur. Eum itaque Augustinus sæpe de magnis rebus consulere solebat; ut apparet ex multis ad Hieronymum Zuritam scriptis epistolis:

Hieronymus Blanca, qui Nunnescium audiverat, ex eoque latini sermonis nitorem elegantiamque ebiberat. Scripsit verò cum prudenter, tum diligenter Celtiberorum res (4):

Joannes Paetius Castrensis, qui natus erat Queri (id Carpetanorum prope Caracam est oppidum), eratque summo ingenio, multaque scientia vir præditus, atque propter insignem Aristotelicæ doctrinæ notitiam celebrabatur maxime. Hic Philippi II. Hispaniarum Regis erat Annalium Scriptor, Sacrorumque Magister. Is illis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dedit Romæ III. Calend. Mart. An. MDXLVII. satis ostendit, quanti faceret Ant. Augustinum, quantâque ipse Augustinus benevolentia Zuritam complecteretur. Itaque his utitur verbis (5): „ Ant. Augustino valde familiariter utor. Is te mirifice diligit. Hominem eruditionis, virtutumque amantiorum vidi nunquam. Optimos ille quidem libros habet permultos, præsertim qui ad juris, quam ipse proficitur, scientiam pertineant“.

Bernardinus Gometius Miedesius, qui primum in Valentino maximo Templo per amplum illud gerebat sacerdotium, quod ab oppido Murviedro nomen accepit; postea vero amplissimum apud Lubertenses sacerdotium obtinuit, mortemque obiit An. MDLXXXV. Hominem certe sua satis scripta ostenderunt, ac potissimum quinque illi de Sale libri. Hic porro Ant. Augustinum præceptoris loco habere consueverat (6).

Tom. II.

k

Jo-

(1) In Præf. Fastr. Dormer. in Progress. Hist. apud Celtib. pag. 65.

(2) Anton. August. in Biblioth. MS. lat. num. 258. & in Antiquit. Rom. Hisp. Dial. VIII. pagg. 330. & 332. Aguirr. Card. in Conc. Hisp. vol. I. pag. 24. & Hugo Grot. in Proleg. Hist. Gothor. pag. 47.

(3) Jo. Franc. Villagrassensis in Antiquit. Segorbienf. Temp. lib. & in Segorbienf. Antistitum serie ad pag. 208.

(4) Ant. August. in Epist. ad Hier. Blancam.

(5) Dorm. in Prog. Hist. apud Celt. pag. 478.

(6) In Epist. ad Zurit. data, quæ habetur in Dormer. Progr. Hist. apud Celtib. pag. 439.



Joannes Baptista Cardona, qui Valentiae natus in Valentino maximo Templo sacerdotium primò gerebat; postea autem Helenensium, tum Viquensium, ac tandem Dertolensium Antistes fuit. Hic Ant. Augustino conjunctissimus quidem fuit, eique magni precii libros commodare solitus erat; uti constat ex iis litteris, quas ad ipsum Augustinum dedit Valentiae IV. Nonas Sextil. An. MDLXXXI. quarum litterarum manu exemplum scriptum mihi est.

Bartholomeus Friasius Albornotius Eborensis, qui in Mexicanà Academià Juris profitebatur prudentiam: Et quum ingenium ei esset peracre, admirabilisque memoriæ vis, doctrinà planè excellebat, multasque callebat linguas (1); historiam vero magnà cum laude scripsit (2).

Alvarus Gometius Castrensis, qui in quodam Carpetanorum pago prope Toletum natus erat, cui pago Olallæ nomen est, multà vir eruditione, Poeta minime vulgaris, & historiarum scriptor eximius (3).

Ambrosius Moralensis: cujus viri nomen, dum Hispanorum res aliquo erunt loco, non poterit oblivioni mandari. Atqui Ant. Augustinus: proptereaquod in judicando paullo esset severior; & quamvis hominum amicissimorum res ageretur, ipse tamen unam spectabat veritatem: iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dabat IV. Id. Octobr. An. MDLXXXIII. hoc de Moralensis Annalibus edidit judicium: „ Ambrosii Moralensis librum festinanter legi. „ In id incidi caput, in quo de eo lapide, qui Barcinone ad Justum Fanum est (4), sermo „ habetur. Rem sane male interpretatus est, nullàque prodidit veritate. In multis item aliis, „ quæ ad antiquitatem pertinent, mihi habere videtur quod discat. Cæterum ejus libri Hispani- „ nis hominibus utilitati erunt: Nam qui liber est de hominibus pro religione mortem passis, is sane mihi probatur: multa enim habet e veteribus eruta Bibliothecis, quæ sciri „ digna sunt “.

Permultis denique aliis omiſſis magna Augustino fuit necessitudo cum Antonio Gratiano Didaci F. Is vir mihi videtur a patre hereditatis loco habuisse studium, industriam, ac diligentiam; quibus uterque probatissimos quosque græcos libros Hispanice convertit. Hic itaque Philippo II. Regi a secretis fuit, & e græco Codice hispanicè reddidit (non tamen typis divulgavit) Hieronis Alexandrini librum τῶν πνευματικῶν, hoc est de machinationibus, quæ ad vacuitatem comparantur (5).

Ac ne cui forte Augustinus videatur cum viris tantum doctis amicitias iniisse: sane permultis etiam urebatur familiariter, qui austere sancteque viverent. Itaque magna cum primis ei erat necessitudo cum Nicolao Factore Franciscano Minorita. Hic Tarraconem se contulit: Atque quum Deo Immortali preces funderet, rerum divinarum contemplatione tantopere distinebatur, ut mente alienaretur. Hominem vidit Augustinus ita rerum cælestium meditatione occupatum, ut sensus omnino eum reliquissent: Quapropter eo, quo tunc stabat, modo pingi, atque hoc in tabula epigramma inscribi voluit:

*Dum gustas, Factor, Domini dulcissima verba,  
Raptus es in cælum, perfruerisque Deo.  
Inde redis letus, cælesti ac nectare plenus,  
Atque doces cælum scandere qua liceat (6).*

Quoniam tales viros Augustinus habebat sibi amicitia conjunctos, sane jure ac merito scripsit ipse ad Fulvium Ursinum effatum illud animadversione dignissimum: *Multo minoris pecuniam æstimamus, quam amicitiam, ac laudem.*

Quum Joannes Baptista Cardona, Dertolensis Antistes, excellenti judicio prudentiæque vir, probe nosset, quam esset acer Ant. Augustinus in litteratis viris, atque omnino ingeniorum momentis expendendis, quando agebatur de regiae Bibliothecæ Praefecto, Ministrisque diligendis ad Philippum II. Regem ita scripsit: „ Certe nunc in viris eruditis eligendis Ant. „ Augustinus, si viveret, posset tuo, Rex, desiderio cumulatissime satisfacere: tantum in homine erat judicii acumen (7) “.

Ardebat sane Ant. Augustinus summo in omne litterarum genus studio, vel amore potius. Nec vero doctrinam ad superbiam comparabat; sed tantum ad animi cultum, atque ut ipse se regere, magnosque ad virtutem progressus facere posset. Itaque Petrus Joannes Nunnescius (8) memoriæ prodidit, Augustinum, quod litterarum studiosis maxime faveret, sapius solitum esse dicere: Sibi eorum hominum, Hispanorum præsertim, miseram videri conditionem;

[1] Franciscus Sanchetius Brocencius in *Latinæ linguæ libro.*

[2] Nic. Antonius in *Barth. Frias.*

[3] Ant. August. in *Antiquit. Rom. Hisp. Dial. pag. 24. itemque in multis Epist.*

[4] Idem in *Antiquit. Dial. IX. pag. 347. Gruter. pag. 378. num. I. itemque in corrigenda,*

*dis, & animadvertendis, ubi legendus sane est.*

[5] Nic. Antonius in *Anton. Gratiano.*

[6] Pancirol. *De clar. leg. Interpret. ad pag. 383. & seqq.*

[7] Jo. Bapt. Cardona *de Reg. D. Laur. Biblioth. pag. 23.*

[8] In *Pref. ad Epitheta M. T. Ciceronis.*



nem; propterea quod ab ineunte usque ætate sese ejusmodi magistris in disciplinam traderent, qui nullam litterarum, ac optimarum artium, vel certe minimam novissent partem; adeoque ea adolescentes perdocerent, quæ nulli ipsis usui esse possent. Sed sane vehementius ea re angeretur, si nostris viveret temporibus, cum certe tales humaniorum litterarum præceptores in Hispania non sint, quales uterque Nunnesius, Pincianus, & Valentianus, alique similes se præbuerunt; qui omnes Ant. Augustini ætate, atque in ejus amicitia vixerunt.

Quum itaque in Augustino esset & insignis librorum amor, & judicium plane exquisitum; semper ob eam rem in optimis ejus ætatis libris colligendis plurimus fuit: Neque ea propter labori, neque sumptui unquam pepercit; præsertim ut magnam librorum manu scriptorum vim adipisceretur. Eximios idcirco librariorum alere solebat. Ex illis vero fuit quidam Andreas Darmarus, qui (ut ipse ait Augustinus (1)) Epidauri in Peloponneso natus erat. Eum itaque hominem Augustinus Hieronymo Zuritæ commendavit litteris a. d. VIII. Calend. Jun. An. MDLXXIII. Ilerdæ datis hoc exemplo: „ Andreas Darmarus Græcus librarius tibi hanc „ epistolam reddet. Is quidem litterarum & librorum merces affert: Quare tibi satis ab sese „ putavi iri commendatum; neque dubito, quin tu hominem liberaliter amplectaris, & quibus rebus poteris (poteris autem quamplurimis) velis juvare; non modo apud Regem, cui „ quidem nonnulla proferet, ut græci manu libri scripti augeantur, sed etiam si quid præterea „ ei opus fuerit. Quoniam vero a me mandata accepit, ut nonnullos libros, qui istic sunt, „ mihi exscribat, eorumque indicem habet in codicillis: Ideo abs te peto, ut homini eos libros „ cures permitti vel alium post alium, vel ea ratione, quæ tibi optima visa fuerit. Est enim „ vir cum primis fidelis mihi que probe notus; græcam vero linguam plane callet. Quocirca si „ illa Regis jussu volumina brevi essent vulganda, posset in ea re utilem navare operam: „ est enim diligentissimus. Reliqua superioribus ad te litteris perscripsi. Itaque non ero longior. „ Cura, ut valeas “. Eâ epistolâ Augustinus suæ in Darmarum benevolentia satis non putavit factum: sed aliam etiam scripsit Barcinone IX. Calend. Decembr. eodem (ut coniectio) anno hoc exemplo: „ Andreas Darmarus Græcus, familiaris meus, venit ad vos cum libris, quos „ Regi exhibere cogitat. Is vir plane libris græcis exscribendis, venundandisque se alit. Tu si eum, „ quibus rebus opus habuerit, juvare volueris, mihi feceris pergratum. Exemplum orationis „ a Paëtio necessario nostro habitæ, tum illius legum libri, quem tu Nuerosio Fiscii Advocato ostenderas, velim cures ad me perferendum “.

Alias etiam de eodem librario sic scripsit [2]: „ De Paëtii libris cupio scire, an in Regia „ Divi Laurentii Bibliotheca remanserint, atque an inde possint exportari, necne. Habemus „ enim hîc græcum librarium, quem tibi commendaveram; habetque plurimos libros sane egregios; sed quos magno vendat pretio “.

Sane Ant. Augustinus librarium illum tanti æstimabat, ut eum ad Laurentianam Regis Bibliothecam miserit, in qua aliquot sibi libros, quibus habebat opus, exscriberet. Itaque litteris ad Hieronymum Zuritam IV. Id. Septembr. An. MDLXXIII. Ilerdæ scriptis ita ait: „ Noveram quam abs te humaniter Andreas Darmarus fuerat exceptus; eumque sciebam tuis „ Annalibus exscribendis operam dare. Videbimus quid ab Laurentiana eruet Bibliotheca. Sane, „ ut tu verissime scripsisti, si optimi colliguntur libri, ne cui unquam communicentur; „ major inde jactura, quam utilitas existat necesse est. Dicunt, sese typographum conducturos, eosque vulgaturos thesauros. At vereor, ne senes eo bono frui possint “. Hæc Augustinus CXCI. abhinc annis cantabat: neque adhuc eò felicitatis ventum est.

Alio etiam Augustinus utebatur librario Nicolao Turriano: quod quidem ex earum litterarum quodam capite colligitur, quas ad Zuritam IV. Id. Octobr. An. MDLXXIII. Cæsaraugustæ dabat. Id caput est hujusmodi: „ Scripsit ad me Gratianus, Regem sibi facultatem „ fecisse, ut libri, quos ego cupiebam, exscribantur: Addidit vero, sese ab Nicolao Turriano, „ quam ab Andrea Darmaro, malle exscribi. Eum puto id velle, ut homini quæstum præbeat. Mea id nihil refert: modo libri exscribantur. Tu, si me amas, rem urge. Maxime „ cupio Basilicorum librum VII. & initium libri VIII. tum initium libri De Legationibus “. Qui libri ex Basilicis fuerint ab Ant. Augustino collecti, legi potest in Indice ejus librorum, qui manu græce essent scripti, qua agitur de jure civili: itemque in Jacobi Cujacii Præfatione libri LX. tum in Suareti Notitia Basilicorum, qui libellus editus etiam fuit cum totis Digestis Amstelodami An. MDCLXIII.

Tam multa erant, quæ Ant. Augustinus sibi mandaverat exscribi, ut fortasse in ea exscriptione uterque librarius operam navaverit: Quod quidem deprehendi potest e litteris ad Zuritam prid. Id. Februar. An. (ut puto) MDLXXIII. scriptis hoc exemplo: „ Accepi ab Antonio Gratiano litteras, quibus notaverat libros omnes manu græce scriptos, qui in Regis Bibliotheca adservantur. Id a me tibi arbitror deberi. Itaque hæc ad te scribere volui, ut scires, me ex ea re maximam voluptatem cepisse. Majora ante, ut verum fatear, animo com-

k 2

„ pre-

(1) In Epist. ad Hier. Zur. IV. Id. Sepr. An. MDLXIII. Ilerdæ data.

(2) In Epist. Ilerdæ data VI. Cal. Quint. An. . . . .



„prehenderam: verumtamen & multi, & rari, & perveteres libri sunt; ut plane thesaurum  
 „judicem. Si libri, quos his litteris indicatos habes, exscribi possunt; duos librarios, quibus in  
 „ejusmodi exscriptionibus uti consuevi, celeriter ad vos mittam“.

Non deerunt certe, qui otiosi hominis inepteque diligentis esse judicent, hæc omnia persequi, quæ minima videantur. Enimvero ii considerare debent, hæc omnino esse dicenda; proptereaquod multam continent eorum librorum commendationem, qui ab illis librariis exscripti fuerunt, cum dicimus eisdem librariis Ant. Augustinum usum fuisse. Quocirca Simon Escardius cum An. MDXCI. ederet Basileæ librum *de Legibus Nauticis, Militaribus, Georgicis sive Rusticis* legentes admonuit: Sese exemplo, quod Ant. Augustini fuisset, usum esse. Quod quidem memoriæ tradidit Jacobus Gothofredus in Bibliotheca Juris Civilis Romani\*. Atque Aguirrius Cardinalis ipse quoque legentes monuit: Sese acta Concilii Cæsaraugustani tertii, quod habitum fuit An. DCXCI. Sergio Primo Pont. Max. contulisse cum quodam illorum exemplo, quod adservabatur apud Ant. Augustinum Tarraconensem Pontificem, qui illud exscribi curaverat e quodam volumine Ædium Millanarum [1]. Et sane jure ac merito hæc summi viri admonebant: Namque Augustinus non solum librariis utebatur, qui doctrina, ingenio, diligentiaque præstarent; verum etiam volumina exscripta cum exemplari jubebat conferri: ut ex litteris apparet ad Hieronymum Zuritam a. d. VIII. Calend. Januar. An. MDLXVII. scriptis hoc exemplo: „Ad Joannem Paëtium scripsi, ut orationum græcarum, quas ipse habet  
 „typis nondum editas, mihi facultatem velit facere. Tu illas exscribi, postque cum exemplari diligenter conferri curabis, atque ad me mittes. Est in eo Collegio, ubi trium habetur  
 „linguarum usus, qui possit in illis exscribendis sedulam navare operam. Tu arcæ nostræ  
 „confidito“.

Nullus erat in tota Hispania liber manu scriptus paullo exquisitior, quem Ant. Augustinus non statim sibi curaret exscribi. Itaque quum An. MDLXXVI. ex Hispania mitterentur ad Urbem nonnulla librorum lectissimorum exempla, Augustinus, Ilerdensis tunc Antistes, sibi etiam illorum exempla librorum curabat perferri: Ut constat ex litteris ad Hieronymum Zuritam prid. Id. Februar. ejusdem anni datis hoc exemplo: „Tu, quod vehementissime cupio,  
 „ea omnia, quæ ad Urbem mittenda sunt, e veteri illo Conciliorum volumine eruta, bis  
 „exscribi, atque ad me curabis perferri. Irazabalus librario pretium appendet“.

Neque vero in Hispania solum, sed etiam alibi sibi libros Augustinus curabat exscribi. Itaque ad Zuritam necessarium suum V. Id. Majas An. MDLXXVI. Ilerdæ ita scripsit: „Sci-  
 „to etiam mihi ab Urbe eorum librorum partem esse allatam, quos mihi exscribi mandaveram.  
 „Indicem ab Roderico Zapata habuisse debes. Tibi arbitror probari. Jam Barcinonem perve-  
 „nerunt“. Sane id Rodericus Zapata executioni mandavit iis litteris, quas a. d. VIII. Calend. Septembr. Bilbili dedit hoc exemplo (2): „Superioribus diebus litteræ mihi ab  
 „Ilerdensi Antistite sunt allatæ, quibus erat adscriptum, tibi a me mitti oportere chirogra-  
 „phum, quod cum hac erit epistola; teque illud miniaris ceris distincturum. Addebat etiam  
 „Romæ esse quandam Eneæ Sylvii manu historiam scriptam amplioribus litteris, quam sibi  
 „emi mandaverat: Putat enim nonnulla posse de Alphonso Rege continere. Se quidem aje-  
 „bat non modo eam historiam, sed alios etiam manu libros scriptos sibi emi jussisse; pro qui-  
 „bus sex millia & quadringenta HS. \* appendi oporteat: Qui libri magna Regum, & popu-  
 „lorum negocia contineant, titulosque habeant sane egregios. Eorum vero indicem ad te quam-  
 „primum mittet“.

\* 160. du-  
 catorum  
 nummum.

Quum itaque Ant. Augustinus librorum omnium præstantissimorum, manu præsertim scriptorum, cupidissimus esset; ea res effecit, ut adeo insignem compararet Bibliothecam. Quod quidem satis patet ex eo volumine, quod illius Bibliothecæ continet Indicem librorum græcorum, qui manu essent scripti; tum Indicem librorum latinorum, qui item manu essent scripti; atque Indicem librorum variorum, qui typis editi essent. Id volumen in lucem prodiit Tarracone An. MDLXXXVI. ex officina Philippi Mey\*. Edidit illud Martinus Lopetius Baillus paullo post Augustini obitum. Obierat vero Augustinus, ut diximus, prid. Calend. Jun. An. MDLXXXVI. Atque illius voluminis descriptio absoluta fuit a. d. XI. Calend. Septembr. ejusdem anni. Vulgatum vero fuit sub gloriosissimo Divæ Theclæ nomine; cui quidem maximum Tarraconense Templum consecratum habetur; atque in honorem, & ad memoriam Ant. Augustini sempiternam. Ego vero ab Augustino illos Indices arbitror fuisse confectos: cum proptereaquod summâ diligentia, summoque judicio comparati fuerunt, & multa continent præclara, quibus Martinum Baillum non crediderim fuisse tantopere eruditum; tum quod ipse Baillus sibi id opus minime tribuit: Neque vero ei post Ant. Augustini mortem satis fuit temporis, ut liber typis describi totus posset; multoque minus, ut ipsi componerentur Indices: namque cum publicam is vidit lucem, duo tantum menses & viginti præterea dies erant elapsi. Quocirca ego quidem sic judico, vivo Ant. Augustino totum librorum græcorum, qui manu essent

[1] Aguirr. Card. in Vol. II. Concil. pag. 732.

[2] Dormer. in Progr. Hist. apud Celtiber. pag. 446.



fent scripti, Indicem fuisse typis expressum; tum magna ex parte fuisse typis descriptum Indicem etiam librorum latinorum, qui item manu essent exarati: propterea quia ante hujus Indicis Codicem CCLXXXVI. nihil in eo legitur, quod Augustini mortem indicare videatur; ad eum vero Codicum numerum, cum hominem nominare oporteret, illa legitur formula, qua mortuos appellare solemus: *Cujus recens memoria in benedictione est*. Ita etiam ad Codicem CCCXLIX. sunt hæc verba: *Fælicis memoriæ*. Mitto quod Martinus Baillus, quum ad Codicem CCCII. verba haberet de tribus primis voluminibus Pontificalium Epistolarum, quas Decretales vocant, memoriæ prodidit, illis epistolis notationes, sive interpretationes fuisse subjectas, quæ pluribus tribuerentur auctoribus, easque *Ant. Augustinus*, inquit, *cui ego viro inserviebam, non vulgavit, sed unas edidit epistolas suis ipsius notationibus illustratas*. Ita quum Martinus Baillus hæc animadvertisset, facile ego censuerim, ei quoque deberi aliam, quæ est in Indice librorum latinorum, observationem. Nam ad Codicem CDLXX. quum sermo habeatur de quattuor Julii Frontini de Stratagematibus libris hæc leguntur verba: „Hoc Frontini „ volumen cum quodam pervetusto exemplari fuit diligenter collatum ab Andrea Schotto An- „ tuerpiensi, familiari nostro, qui dudum se Jesuitarum adjunxit societati “.

Hæc itaque putaverim ego fuisse addita librorum Indicibus, quos Ant. Augustinus parari mandaverat. Qui vir cum ad Codicem Indicis librorum variorum CMLXXV. pervenisset ita adscripsit: *Reliqua, quod alia urgent graviora, persequi hoc tempore non licet*. Utebatur verò sapissime Augustinus eâ formulâ, cum finem scriptis imponeret, quæ alio tempore prosequi in animo habebat. Atque primum quidem de Emendatione Gratiani Dialogum ita conclusisse videmus: *Nunc quando utriusque vestrum non displicet, ut de Gratiani erroribus agamus, in crastinum diem differo quod sum pollicitus. Alia enim urgent his potiora*. Decimumtertium quoque Dialogum ita: *Sed surgamus. Alia enim urgent*. Omnino id habebat in more, ut Dialogos per speciem occupationum concluderet. At vero nihil magis facit, ut persuasum nobis esse debeat, eos Indices ab Ant. Augustino comparatos fuisse, quam quod summâ illos diligentiam summoque in primis nitore videamus fuisse confectos. Nam in iis libris, qui manu essent scripti, notatum legitur qua ætate scripti fuerint, tum quæ libri scripturæque esset forma. In iis vero, qui typis essent descripti, notatum legitur quæ libro esset inscriptio, quoque loco typis fuerit vulgatus, tum typographi nomen & voluminis forma; atque etiam sapissime si ad quem virum liber missus appareret, quando ejus viri nomen memoriæ prodendum visum est. Quocirca illud nos plane piget, Augustinum non omnes, quotquot habebat, libros typis editos in eum Indicem coniecisse; sed tantum eos, qui ad theologiam, atque ad jus cum civile, tum pontificium spectarent, itemque ad ea omnia, quæ cum illis principibus facultatibus affinitate quadam junguntur. Et sane, quod ad eas attinet disciplinas, optime sumptum poni crediderim in illos libros, quos Ant. Augustinus habebat. Mihi illud Indicium volumen, cum primis rarum exquisitumque, dono dedit insignis liberalitate vir Raimundus Martinetius Orgambidensis: cujus doctrinam, in primisque prudentiam, quibus conveniret, laudibus non prosequar. Etenim singulari viri modestiâ in ipso silentio sibi gratum agnosceret animum.

Tam præclara Ant. Augustini Bibliotheca postea in Regiam Divi Laurentii Bibliothecam advecta omnis fuit. Quod quidem patet ex iis, quæ memoriæ tradidit Josephus Seguntinus multâ doctrinâ, singularique modestiâ, atque integritate vir. Nam is in Societatis Hieronyminæ Historia ad caput undecimum, postquam dixit Regiæ illius Bibliothecæ fundamentum fecisse veterem Philippi II. Regis Bibliothecam, eique post additos fuisse Didaci Mendozæ, docti viri amplissimique, libros, ita inquit: „Aucta quoque Bibliotheca fuit Ant. Augustini Tarraconensis Pontificis libris, quos ipse manu accepi. Inter quos volumina erant multa cum latina, tum „ græca sane pervetera, ipsorum manu auctorum exarata; multa item in illis linguis typis ex- „ pressâ; multæque erant aliæ antiquitatis reliquiæ, de quibus aliàs verba fecimus “.

Guidus Pancirolus litteratus vir, qui faceto elegantique erat ingenio, memoriæ prodidit (1), sese audivisse qui dicerent, Ant. Augustinum supremis tabulis Bibliothecam, quæ sibi esset, locupletissimam & vetustatis insignem reliquiss, Philippo II. Hispaniarum Regi, qui se illam cupere dixerat, legavisse. Quod ego quidem non facile credam: Primo quod ipsi Augustino, sicuti etiam Hieronymo Zuritæ minime placeret, libros in Laurentianam abdi Bibliothecam; in qua ita caute custodirentur, ut ne cuiquam illos legendi videndique facultas fieret (2): Tum quod Josephus Seguntinus, si id contigisset, rem, ut opinor, non omisisset perscribere: Deinde quod Pancirolus tantum ait, se audivisse qui id dicerent: Postremò quod, si res ita se haberet, locus sane non fuisset iis, quæ Joannes Baptista Cardona Valentinus, Dertosensis Antistes, in egregio illo de Regia Divi Laurentii Bibliotheca libro scripsit; quum librum vulgavit post Augustini mortem non amplius annum, hoc est An. MDLXXXVII. In eo enim Philippo II. Regi studuit suadere, uti librorum Ant. Augustini, tum Benedicti Arriæ Montani, tum Francisci Turriani, aliorumque Indices curaret habere (3); ex iisque omnibus librorum Indicibus unum ju-  
be-

[1] De Clar. Leg. Interpr. pag. 386.

[3] Cardona De Reg. D. Laur. Biblioth. pagg.

[2] In Epist. IV. Id. Sept. An. MDLXXIII. 6. & 14. data.



beret Indicem componi, in quo margines apparerent latissimi, ut in illis libri notarentur, qui jam ante in Regis essent Bibliotheca; indeque videri posset, quinam adhuc deessent, ex iis scilicet, qui tantis placuissent viris. Regem quoque hortabatur, ut ne fineret, aliquot Hispanorum hominum clarissimorum scripta jacere dispersa; sed illa omnia in suam conferri Bibliothecam juberet: Et quidem inter cætera nominavit scripta Ant. Augustini. Quod sane Cardona Dertofensis Antistes haud dixisset, si Ant. Augustini libri, & scripta jam in Regia fuissent Bibliotheca, vel testamento ad Philippum Regem spectarent; quum præsertim is Cardonæ liber Tarracone editus fuerit typis Philippi Mey, qui vir, quod inter Augustini familiares fuisset, rem quidem ignorare non poterat, quæ omnibus innotesceret in ea civitate, unde libri essent exportandi. Illa Cardonæ verba in aureâ incidi laminâ, inque Regum mentibus inscripta manere oporteret, ut executioni mandarentur. Sunt vero hæc (1): „ Sed quanquam multi in Hispania sint viri eruditissimi, qui litterarum studiis assidue distineantur, semperque quippiam meditentur, aut scriptitent; nihilominus vel quod suis ipsi scriptis perpoliendis aurium judicio, quod superbissimum habetur, nunquam satisfaciunt; vel quod etiamsi sua sibi scripta probentur, quadam tamen verecundia modestiaque impediuntur, quominus illa in vulgus edant; vel quod licet nullâ impediuntur causâ, non adeo sint in nummis, ut quem oportet sumptum facere possint, prospiciendum caute est, ne tantorum virorum lucubrations, laboreque penitus pereant: Immo vero curandum est, ut ea omnia scripta Regiæ Bibliothecæ accedere debeant. Equidem scio, multa in latebris occultari a præstantissimis viris conscripta; inter quos sunt Martinus Ayala Valentinus Pontifex, Ant. Augustinus Tarraconensis Pontifex, Didaucus Covarrubia Segubiensis Antistes, Michael Thomafius Ilerdensis Antistes, Petrus Ciaconius, Alvarus Gometius, Alphonsus Salmeronius, Aquilius Estacius, Sepulveda, Zurita, atque nonnulli etiam, qui hodie vivant; ut sunt Benedictus Arria Montanus, Petrus Joannes Nunnifius, Joannes Baptista Peretius, Joannes Baptista Morillorius, aliique; qui viri non solum corpora cibus, verum etiam animos litteris alere consueverunt“. Hæcenus Joannes Baptista Cardona. Idem paullo inferius hæc addidit (2): „ Quum itaque virum amplissimum (Ant. Augustinum) nominare debuerim, non possum, quin paullo uberius ea prosequar, quæ de Bibliothecis hominum clarissimorum emendis superius attigi: Namque inter illas primum fortassis tenet locum ipsius Bibliotheca Augustini. Equidem nullam aliam privati hominis vidi Bibliothecam, quæ melior & probatior esset, librorum vel copia, vel præstantia spectetur; qui etiam rarissimi sint, & cum græci, tum latini. Eos sane Regiæ Bibliothecæ debere omnes accedere nunc totis viribus curandum est. Nam postea si fuerint distracti vel penitus peribunt, vel colligi sine multa difficultate non poterunt“. Idque Cardona confirmabat Michaelis Thomafii Taxaqueti exemplo.

Atque ut librorum Ant. Augustini præstantia clariùs videatur, unum addam, Joannem Baptistam Cardonam quum consideraret quantam librorum notitiam haberet Augustinus, & cum Philippo II. Rege ageret de optimo Bibliothecæ Custode deligendo, postquam ostendisset, quantâ is prudentiâ scientiâque instructus esse deberet, tametsi Augustinus mortem obierat, non potuisse, quin hæc diceret: „ Sane tam magno muneri ex sententia obeundo aptissimus fuisset Ant. Augustinus, Tarraconensis Pontifex, multâ vir scientiâ, & posteritatis memoriâ dignus. Is enim superioribus diebus vitâ functus est sibi magis, quam litteris opportuno tempore. Ut quidem nunc se res habet, neminem prorsus mihi videor videre, qui ei muneri aptior sit Garzia Loaisensi, quem amplissimo loco natum, & cum litteris, tum vitæ gravitate integrisque moribus insignem Philippus Rex elegit, ut filium instituat, atque erudiat“. (is erat Philippus Regis F. regnique heres.)

Quod attinet ad veteres libros, qui erant in Bibliotheca Ant. Augustini, legisse memini in commentario quodam, quod manu exstabat scriptum in Bibliotheca Divi Laurentii ipsum Martinum Lopetium Baillum curavisse, ut ii libri in Bibliothecam illam comportarentur.

Indicem librorum Ant. Augustini, qui manu essent scripti, perlegi, atque nullam in eo mentionem fieri reperi de iis Annalibus, quos Juliano Peretio nonnulli tribuunt: Itemque tot Ant. Augustini scriptis, quæ quidem typis edita circumferuntur, nulla omnino de eo scriptore fit mentio. Ego quidem pro certo habeo, Ant. Augustinum, si eum novisset librum verba de illo alicubi debuisse habere, ut ejus sententias sive amplecteretur, sive refelleret: Quum cateroquin tanta, tamque diversa ea sint, quæ iis Annalibus pertractantur; qui quidem multa continent mira prorsus, immo vero pleraque omnino singularia. Permulta etiam Ant. Augustini scripta, quæ nondum typis fuerunt edita, legi; præsertimque epistolas quamplurimas ad familiares datas, quibus quidem diligentissime significabat de libris exquisitoribus, qui in suas identidem perveniebant manus, deque iis, quos ipse reperiebat; quorum quidem librorum exempla illis liberalissime concedebat: Atqui nullus ex tot Augustini familiaribus vidit, aut cognovit, fuisse apud eum ejusmodi Annales, ac ejusmodi Adversariorum libros, quibus tam ridicule tan-

[1] Cardona *De Reg. D. Laur. Biblioth.* pagg. 6. & 14.

[2] Idem *ibid.* pagg. 23. & 24.



tanta ostentatur eruditio. Præterea quum Index librorum Ant. Augustini inter omnia ejus scripta locum ratione temporis postremum obtineat, certe si apud Augustinum illi Adversariorum libri, atque Annales Juliani fuissent, locum in eo Indice habituri essent. Ac si quis mallet pro ingenio dicere, Augustinum ea volumina adeptum esse postquam fuerat typis editus ille librorum, qui manu essent latine scripti, Index; hoc falsò dici crediderim: Nam illud semper obstaret, debuisse ea volumina reperiri inter cæteros Ant. Augustini libros manu scriptos, qui eo demortuo in Regiam Divi Laurentii Bibliothecam comportati omnes fuerunt. Quæ quum ita sint, pro certo ego quidem habeo, Laurentium Ramiretium Pratensem in ea epistola, qua ad Gasparem Guzmanensem, qui Comes atque Dux dicebatur, misit Juliani Peretii Annales, ac libros Adversariorum false omnino hæc verba scripsisse: *Opus sane omnigenum ab omnibus magnopere expetitum, laudatum a multis* (1), & *a fulgenti totius orbis lumine domino Ant. Augustino, Tarraconensi quondam Præsule, pretio habitum, cui exscriptum exemplar misit Abbas Abis ex ipsius Juliani autographo, quod ea tempestate Ticini* (2) *asservabatur: quamvis Doctor Salazar de Mendoza in Monachorum S. Benedicti Fuldensi apud Germanos Bibliotheca hodie exstare testetur.* In margine autem; uti quæ de Ant. Augustino affirmaverat comprobaret; Francisci Portocarrerii Jesuitæ Sacerdotis testem adhibuit librum hispanice scriptum De Virginis Deiparæ accessu ad maximum Toletanum Templum\*. At Nicolaus Antonius in Hispaniæ Bibliotheca veteri\* quærit quisnam esset Abis ille Abbas Ant. Augustino æqualis; qui quidem Scythes, vel Ægyptius potius quam Italus videtur fuisse. Addi etiam debent quæ scripsit in libro De Historiis Commentitiis\*. Id porro adeo longe abest a veritate, uti reliqua etiam omnia, quæ narrantur de Dextri ac ejus sociorum Annalibus, qui esse dicuntur in manibus Joannis Rihuergæ, Laurentii Padillæ, qui in maximo Ronden- sium Templo peramplum gerebat sacerdotium, atque aliorum etiam, ut placet defensoribus Annalium commentitorum; quorum quidem falsitas satis a me demonstrata fuit in eo libro, quem *Antijulianum* inscripsi.

Nos quidem Ant. Augustini scripta, quæ ipse typis edidit, secundum temporis ordinem prosequuti sumus; eademque ratione de iis agemus, quæ humato Augustino in lucem prodierunt.

Primum itaque, ut dictum supra est, illi Augustini librorum tres Indices editi fuerunt Tarracone typis Philippi Mey An. MDLXXXVI.\* Index nimirum librorum græcorum, qui manu essent scripti; Index librorum latinorum, qui item manu essent scripti; atque Index librorum variorum, qui pluribus linguis typis descripti essent.

Epitomes juris pontificii veteris prior pars Tarracone edita fuit typis Philippi Mey An. MDLXXXVII.\* In eo legitur volumine, facultatem a Censoribus fuisse factam, ut in lucem proferrî possent Dialogi de Emendatione Gratiani, itemque Dialogi Antiquitatum Romanarum Hispanarumque: proptereaque ex eadem officina, eodemque anno vulgati fuerunt\*.

Juris pontificii veteris tum altera, tum tertia pars editæ fuerunt Romæ An. MDCXI. typis Ægidii Spadæ\*. In ejus voluminis principio locum habet libellus, qui inscribitur: *Ant. Augustini de quibusdam Canonum Ecclesiasticorum Collectoribus Judicium ac Censura.*

Liber, qui inscribitur: *Fragmenta Historicorum collecta ab Ant. Augustino, emendata a Fulvio Ursino. Fulvii Ursini Notæ ad Sallustium, Cæsarem, Livium, Vellejum, Tacitum, Suetonium, Spartianum, & alios*; editus fuit Antuerpiæ An. MDXCV.\* Id volumen habeo; atque in priore pagina a tergo leguntur hæc verba: „ Doctorum virorum nomina qui elaboraverunt aut colligendis, aut illustrandis quibusdam Historicorum fragmentis; ad quos Historicos notationes pertinent, quas hic liber continet. Fuerunt autem Ant. Augustinus, Octavius Pantagathus, Gabriel Faernus, Petrus Ciaconius, M. Ant. Muretus, Latinus Latinius“. Unus itaque Ant. Augustinus ea collegit fragmenta, ut admonuit Henricus Cibertus Dungeus, qui Theologiam profitebatur, atque in Antuerpiensi maximo Templo Sacerdotium gerebat, idemque libri Censor fuit. Sed qui illa fragmenta emendarunt & illustrarunt, fuerunt una cum Ant. Augustino illi omnes, de quibus mentio facta est.

*Notæ chriticæ ad Divi Isidori Etymologiarum libros* in lucem prodierunt Madriti An. MDXCIX. inter ejusdem Isidori scripta, quæ Joannes Grialius duobus comprehensa voluminibus\* omnia edidit.

Liber, qui inscribitur: *Notæ in Canones LXXII. ab Hadriano Papa adversus falsos accusatores, & oppressores Episcoporum, & Pontificum in gratiam Ingelrami Mediomatricum Episcopi Romæ tunc degentis collectos, & communicatos Indictione IX. An. DCCLXXXV. prodit inter Conciliorum acta, quæ Severinus Binnius edidit Colonia Agrippinæ An. MDCXVIII.*

&

[1] Plures refert Doct. Salazarius Mendozensis in libello, quem inscripsit, *de Vita D. Idephonsi*, pag. 37.

[2] P. Fr. Portocarrerus e Soc. Jesu Presb. in libello Hispano idiomate scripto, *de De-*

*scensione Deiparæ Virg. Mariæ ad S. Tolet. Ecclesiam*, fol. II. pag. 2. fol. XLVIII. & XCI. Suffragatur Fr. Franc. Bivarius in *Comment. ad Flavium Dextrum in I. P. Apolog. §. I.* pag. 14.

\* fol. 2.  
pag. 2. foll.  
48. & 49.  
\* Lib. 8.  
cap. 8. num.  
142.  
\* Lib. 1.  
cap. 12. §. 9.

\* In 4º.

\* In fol.

\* In 4º.

\* In fol.

\* In 8º.

\* In fol.



& reperitur in volumine IV. ad paginam DLXVII. Id opus ipse Augustinus suum esse fassus fuit, cum in libri primi Dialogo tertio de Emendatione Gratiani ad paginam XXV. Petrum Galefium secum ita colloquentem introduxit: *Memini videre Romæ notas tuas ad Hadrianum, sive Engelramum, in quibus de hac emendatione dicebatur, eamque aliis Burchardi, & Iwonis locis confirmabas.* Nondum hic liber publicam viderat lucem, cum Andreas Schottus laudationem funebrem recitavit, itemque cum Martinus Baillus librorum Ant. Augustini Indices in vulgus edidit; quapropter hunc esse eum librum crediderim, quem illi duo inter Augustini scripta nondum edita adnumerabant ita inscriptum: *Ad Hadrianum liber singularis.* Hoc idem Andreas Schottus inquit in sua Hispaniæ Bibliotheca, quam edidit An. MDCVIII. Mihi itaque errasse videtur Henricus Brenemannus [1], mirificâ eruditione acerrimoque iudicio vir; qui eum ad Hadrianum librum singularem aliquid esse putavit, quod ad juris spectaret prudentiam. Id autem Brenemannus agebat; quod putaret, illum alium librum fuisse jam ante Romæ vulgatum. Sed nimirum error ex eo profectus est, quod libri inscriptionem non probe intellexisset. Mihi vero nunc disputare haud placet, an illa pontificia decreta auctorem habuerint Hadrianum, vel Engelramum, sive, ut magis placet Stephano Baluzio, Divum Angelramum Metensem Antistitem; neque an illa habere debeant auctoritatis multum, vel parum, ut Blondello placet. Nobis rem indicavisse satis est, ut qui veritatem sedulo investigant, iudicio abstineant, donec res sit in aperto.

Damides (2) quidem dicere solitus erat, micæ etiam colligendas esse, quæ e Deorum caderent mensa. Sane nescio quid habent Ant. Augustini scripta, ut omnia mihi vehementer placeant, ne exceptis quidem illis, quæ ipse per otium exaravit. Quare inter ejus scripta, quæ typis edita fuerunt, mihi enumeranda etiam visa sunt quædam carmina, quæ huc illuc dispersa leguntur. Ejus generis sunt duo illi versus, quos cecinit quum legisset Hieronymi Orosii de Gloria & Nobilitate libros (3): tum ii, quibus quæstus est de Petro Ruitio Morosensi familiari, & collega suo; quod tam longe gentium abesset, dum Cracoviæ juris profitebatur scientiam (4): tum ii quos cecinit quum Nicolaus Factor in divinarum contemplatione rerum sensus omnino reliquisset (5): tum versus, quos misit ad Latinum Latinium, quibus Latinus carmine rescripsit, quod hodie quoque exstat. Et sane utrumque carmen tantâ nitet suavitate, ut mihi videantur dignissima, quæ pluries multâ cum voluptate legantur. Ea Nicolaus Antonius in sua exscripsit Bibliotheca (6); quod is perraro in reliquis laudationibus facere consuevit. Hic tandem sibi locum vindicant hispanici illi versus, quos Philippus Meyus in id carmen coniecit, quod dicitur *La fuente de Alcovér* (7).

Sane inter Ant. Augustini scripta enumerare etiam oportet Epistolas quamplurimas cum latinis, tum hispanicis, quæ multifariam reperiuntur.

Quod ad latinas attinet, Lælius Taurellus Epistolam nobis servavit sibi ab Ant. Augustino Bononiæ scriptam An. MDXLII. qua quæsierat, quid ipse sentiret *De Militiis ex casu* (8). Joannes Genesius Sepulveda aliam servavit nobis epistolam, quam ei Augustinus Romæ scripserat An. MDL. [9]. In libro de Legibus & Senatusconsultis alia legitur epistola ad Fulvium Ursinum scripta. Hieronymus Blanca una cum suis de rebus Celtiberorum Commentariis Ant. Augustini epistolam mirâ confertam eruditione typis vulgavit. In Latini Latini epistolarum libris quædam est Ant. Augustini epistola Ilerdæ scripta Idib. Jun. An. MDLXXVII. qua suam aperuit sententiam de Fermento, de quo Innocentius Primus verba fecit (10). Nicolaus Antonius, qui vir scripta hominum clarissimorum diligentissime colligebat, memoriæ prodidit, multas penes se esse Ant. Augustini epistolas ad familiares scriptas, quas ipse publicâ luce dignissimas judicaret. Idem Nicolaus Antonius epistolas quoque videtur habuisse, quibus ad Ant. Augustinum rescriptum fuit: Ait enim de quadam Lælii Taurelli epistola ad eundem Augustinum scripta. Didacus Josephus Dormerus, qui Lacetaniæ per amplum gerebat sacerdotium in suis Progressibus Historiæ apud Celtiberos \* edidit Ant. Augustini epistolam ad Lælium Taurellum scriptam, quam indicaverat Sebastianus Leo iis litteris, quas Ilerdæ dabat a. d. XI. Cal. Quintil. An. MDLXVIII. Aguirrius Cardinalis (11) duas nobis servavit Ant. Augustini epistolas perquam graves eruditioneque plenissimas. Earum scilicet unâ Augustinus rescribebat ad Gre-

\* Pag. 523.

[1] In *Hist. Pandect. lib. IV. cap. IV. pag. 348.*

[2] Apud Philostratum *de vita Apollonii Tiani lib. I. cap. XIII.*

[3] Vide sup. pag. 70. §. Hieronymus Orosius &c.

[4] Extant in *Hisp. Biblioth.* ubi Schottus loquitur *de Pet. Ruit. Moros. Alcanicensi vol. II. class. VII. pag. 399.* Lanuza in *Celtiberor. Hist. vol. II. lib. V. cap. XLIX. pag. 567.*

[5] Vide sup. pag. 74. §. Ac ne cui forte Augustinus &c.

[6] Nic. Antonius in *Ant. Augustin.*

[7] Vide sup. pag. 68. §. Ipse Antonii &c.

[8] Vide L. Taurell. *ad Gallum & L. Vellejam, ad Catonem, & Paullum enarrationes.*

[9] Vide Sepulv. *Epistolar. lib. V. Epist. LXXIII.*

[10] *Epist. ad Decentium.*

[11] In *vol. IV. Concil. pagg. 646. & 47.*



gorium XIII. Pont. Max. qui ab eo petierat, uti sibi quosdam manu libros scriptos mitteret: Alterà vero ad Laurentium Surium Carthusianum Augustinus scribebat de voluminum forma, quæ in Conciliorum actis tunc edendis observanda esset. Quoad priorem illud animadversione dignum est, quod Pontificis Max. litteræ Augustino redditæ fuerunt, quum ipse Ilerdà abesset Provinciæ Conventui interfuturus: Quapropter nullum dedit ei responsum antequam Ilerdam reversus esset. Negocia enim, quæ ad id munus, quod gerebat, spectarent, omnino antepone-nda duxit ei officio, quod tamen debebatur Pontifici Max. cujus de re litterariâ mandata exse- quenda essent. Atque id exemplo omnibus esse oporteret: siquidem in ipso colendo officio qui- dam servandus est ordo. Quanquam Augustinus quidem quæ opus erant statim perquirere cœ- pit, deque eâ re mandata dedit diligentissime Hieronymo Zuritæ familiari suo. Altera autem ad Laurentium Surium scripta epistola sapius illa quidem legi deberet ab iis scilicet, qui de Con- ciliorum actis edendis cogitant, vel quibus præstantissima Ant. Augustini consilia executioni placet mandare.

Quod ad epistolas attinet hispanicas, Didacus Josephus Dormerus, qui, ut diximus, Laceta- niæ peramplum gerebat sacerdotium, in suis Progressibus Historiæ apud Celtiberos \* longum assert \* Pagg. 373. epistolarum commercium, quod inter Ant. Augustinum, & Hieronymum Zuritam habitum Jeqq. fuerat. Mihi quidem eas epistolas in animo est temporis ordine aliquando donare, plurimis etiam additis, iisque præsertim duabus, quas nobis Aguirrius Cardinalis (1) servavit ad Joannem Ba- ptistam Peretium, qui post Segobrigensis Antistes fuit, missas.

Josephus Rodericus Villapandus Marchio Compositensis; qui Hispaniarum Regis Consi- liarius, eique ab intimis erat secretis, atque Regiis omnibus Chirographis tum de justitia, tum de gratia conscribendis præerat; quum ego Madriti essem An. MDCCXXXIV. operamque his Commentariis navarem, mihi dixit, sese curaturum, uti quædam exscriberentur Ant. Augusti- ni Epistolæ cum hispanicè, tum latinè & græcè conscriptæ, neque unquam typis editæ, quas ego in publicum proferre cupiebam. At verò iis diligenter quæsitis in Barcinonensi Bibliothe- cã, quæ est apud eorum hominum Collegium, qui calceis minime utuntur, nomenque a Car- melo Palestinæ monte acceperunt, facile agnovimus, eas epistolas haud fuisse ab Ant. Augustino conscriptas; sed ab aliis fuisse cum hispanice, tum latine scriptas ad Augustinum ipsum, at- que ad alios etiam eruditissimos homines. Itaque illarum omnium manu exemplum scriptum mihi dedit, quod diligenter servo, plurimique facio: multa enim præclara continent cum de Ant. Augustino, tum de aliis quoque viris illius ætatis illustribus.

Præter illa Historicorum latinorum fragmenta, quæ Fulvius Ursinus vulgavit, Ant. Au- gustinus Poetarum quoque fragmenta collegit; idque majori certe effecit diligentia, quam quod de alio quocunque hætenus dici possit. De iis collectis fragmentis mentionem habuit Marti- nus Baillus in Ant. Augustini scriptorum Indice, qui reperitur in principio illius voluminis, quod Ant. Augustini Bibliothecæ Indices tres continere diximus; itemque Andreas Schottus tum in sua Hispaniæ Bibliotheca, ubi de Augustino verba habentur; tum in Præfatione Dia- logorum Antiquitatum Romanarum Hispanarumque, quos ipse Dialogos latine reddidit. Ea sic collecta Poetarum fragmenta viderat Fulvius Ursinus; adeoque multis extulit laudibus in eo libro, qui omni confertus eruditione inscriptus ab eo fuit: *Virgilius Collatione Scriptorum Græcorum illustratus, opera & industria Fulvii Ursini. Antuerpiæ ex officina Christophori Plantini An. MDLXVIII.* \* Sunt in Hispani Regis Bibliotheca duo volumina \*, quæ exhibent archetypum illorum fragmentorum exemplar. Continent etiam ea volumina plurimas schedulas solutas, quæ magnâ ex parte ad eas pertinent notationes, quæ leguntur in Antiquis Collectio- nibus Decretalium. Fragmenta Poetarum, Historicorum, & Oratorum adeo confusa habentur, ut multis mensibus opus ei sit, qui videre cupiat, an quid de illis desit, velitque ea, quæ ha- bentur, in ordinem redigere, singulaque suis tribuere auctoribus. Ad singula Poetarum fragmen- ta variæ acceperunt lectiones: licet vero scripturam non unius esse manus constet, charta ta- men Italica mihi esse videtur: proptereaque simillimum veri est, Ant. Augustinum, dum erat Romæ, illas fragmentorum varias lectiones sibi exscribi curavisse. E re certe foret, homines eruditos tam præclara litterarum monumenta in ordinem redigere, eoque, quo opus est, lumi- ne illustrare. Nec vero difficile factu esset, ut id executioni mandaretur; si ut multis optima adest voluntas, ita magnorum patrocina virorum ne deessent. Poetæ, quorum fragmenta col- legit Ant. Augustinus, en qui fuerint: Nævius, Novius, Pacuvius, C. Asinius Pollio, C. Asi- nius Gallus, L. Pomponius, P. Pomponius Secundus, P. Ovidius Naso, Q. Ennius, Trabea Comicus, Turpilius, Titinnius, A. Furius Antias, M. Furius Bibaculus, Helvius Cinna, C. Licinnius Calvus, T. Quinctius Atta, C. Memmius, Domitius Marfus, D. Laberius Mimus, L. Livius Andronicus, C. Lucilius, P. Terentius Varro Aracinus, Cæcilius, L. Afranius, M. Atilius, Fab. Dofennus, Hostius, Canius, Gn. Cornelius Lentulus Getulicus, Flaccus, L. Attius, Q. Lutatius Catulus, Porcius Licinius, C. Licinius Imbrex, Valerius Ædituus, Q. Valerius Soranus, Cn. Matius, Tigidas, C. Cilinius Mæcenas, Æmilius Macer, Septimius Se-

Tom. II.

1

re-

[1] In vol. IV. Concil. pag. 650.



renus, Alphius Avitus, Cn. Gellius, L. Calpurnius Piso Frugi, M. Piso, L. Piso Poeta, L. Cassius Hemina, L. Cornelius Sisenna, L. Coelius Antipater, Q. Claudius Quadrigarius, C. Licinius Macer, Sempronius Afellio, C. Julius Cæsar, M. Terentius Varro.

At vero Ant. Augustinus quum Bononiæ esset, quosdam etiam scripsit Dialogos, quibus eas de jure pertractavit quæstiones, quæ inter doctos homines multis causam præbent controversiis. Nec vero id effecit horridiori quodam disputandi genere, ut juris mos est peritorum; sed amoenitate qua potuit maxima; quod imitaretur e Græcis Platonem Socratica illa disputandi ratione, e Latinis autem M. Tullium. Inducebat in iis Dialogis secum loquentes Bernardum Boleam, qui post Celtiberorum Procancellarius fuit, cuique se multum debere Augustinus dicebat, Joannem Soram Civem suum, qui in Bononiensi Academia juris civilis & pontificii profitebatur scientiam, indeque in Hispaniam rediit An. MDLIII. (1) & Petrum Ruitium Morosensem Collegam suum eruditum atque eloquentem hominem, qui item primum in Bononiensi, post vero in Cracoviensi Academia legum tradidit disciplinam. Id omne ex epistola quadam constat, quam Ant. Augustinus ad Bernardum Boleam scripsit.

Diligentissime Ant. Augustinus singulas Digestorum partes invicem contulit; atque etiam ipsum Digestorum volumen contulit cum volumine Justiniani Institutionum, itemque cum Justiniano Codice. Laboris illius fructum aliquem volebat exstare (2); sed consilium nunquam executioni mandavit.

Aliquid etiam scriptitare in animo habebat, unde constaret, in Justiniano Codice multas esse constitutiones, quæ aliis Theodosiani Codicis Constitutionibus locupletari, explicarique possent (3). Rem postea executioni mandavit mirificâ plane eruditionis ubertate, magnâque judicii vi Jacobus Gothofredus, suæ ætatis doctorum hominum facile princeps, sed qui Calvinianis adhæreret partibus.

Constat ex epistola quadam, quam Augustinus ad Hieronymum Zuritam scribebat a. d. IV. Id. Septembr. An. MDLXXIII. fuisse ab eo libellum scriptum nescio quo argumento; sed in eo nonnulla notabantur, quæ fuissent a Cicerone minus diligenter pertractata. Nam postquam duo ejus rei attulit exempla, ita inquit: „Hæc nimirum persecutus sum libello quodam, quem confeci. Tu illum aliquando leges“.

Martinus Baillus (4), Andreas Schottus (5), & Lælius Taurellus (6) librum quendam Ant. Augustini nominaverunt, qui inscriberetur: *Ad Edictum Perpetuum*: Sed non dixerunt quid is liber contineret. Quocirca dubitaverim ego, an in eo libro series esset argumentorum, quæ in Edicto Perpetuo pertractantur. Sane id Edictum commodiore donavit ordine Hadriani Cæsaris jussu celebris ille Jurisconsultus Salvius Julianus. Hujus fragmenta collegit, tametsi minus probe, Emarus Ranconetus, multâ ille quidem, nec vulgari doctrinâ vir. Argumentorum autem, quæ in Edicto Perpetuo pertractarentur, series colligitur e fragmentis Salvii Juliani, Caii, Sex. Pomponii, Furi Anthiani, Julii Pauli, Domitii Ulpiani, & Hermogeniani: Nempe hi viri eruditissimis commentariis Perpetuum illustraverunt Edictum. Ex ejusmodi fragmentis Jacobus Gothofredus collegit seriem capitum, quibus Edictum constabat, sive argumentorum, quæ in eo pertractabantur; remque paucis omnino paginis comprehendit. Certe id opus satis unum erat, ut multam hominis lectionem, eruditionemque admirabilem in omne ævum ostenderet. Enimvero illud ego cuperem maxime, ea omnia fragmenta tum Edicti, tum Jurisperitorum, qui Edictum interpretati sunt, in ordinem redigi, ut præsto semper sint, commodeque reperiri possint. Sed quamvis non desint fortasse qui rem possint conficere; desunt vero qui opus præstantissimum multâ liberalitate sustentare, patrocinarique velint. Augustinus si minus hæc animo agitavit, forte in Edicti fragmenta Perpetui aliquid scriptitare voluit. Sed quum opus minimè appareat, omnino res in divinatione versatur.

Franciscus Turrianus in epistola, qua ad Ant. Augustinum Joannis Sapiensis scripta misit, memoriæ prodidit, ipsum Augustinum, quum Venetiis esset, simul contulisse aliquot exempla, manu quidem exarata, scriptorum Divi Dionysii Areopagitæ. Porro id accidit An. MDLXI. Nam tunc temporis Franciscus Turrianus scripsit ad Sirletum Protonotarium, sese Venetiis cum Ant. Augustino fuisse, uti emerent librorum Divi Clementis Romani manu exemplar scriptum, quod postea ad Bibliothecam Vaticanam accessit. Id constat ex quadam ipsius Turriani Hetruscæ scripta epistola, quam Hieronymus Lagomarsinius in publicum protulit iis notationibus, quibus Pogianum illustravit (7).

Martinus Baillus in Indice librorum Ant. Augustini typis descriptorum ad volumen CMXLVI. nescio quid notavit de aliis quibusdam libris, quos item Augustinus invicem contulerat: Namque memoriæ prodidit, fuisse ab eo cum quibusdam veteribus libris collatum id

vo-

[1] Vide Sepulv. *Epistolar. lib. III. Epist. XXXIV.*

[2] *Emend. lib. I. cap. VII. non procul a fine.*

[3] *Ibidem.*

[4] *In Ind. Script. Ant. August.*

[5] Ipse quoque *in Ind. Script. Ant. Augustin.*

[6] Apud Nic. Antonium *in Ant. August.*

[7] *Vol. III. pag. 299.*



volumen Martyrologium in scriptum, quod Alexander Peregrinius emendavit, atque in vulgus edidit An. MDLX. \* Ipse vidi in Regia Divi Laurentii Bibliotheca hoc Alexandri Peregrinii volumen illustratum notationibus, atque emendationibus scriptis manu Ant. Augustini.

\* In 4<sup>o</sup>.

Idem Baillus in Indice scriptorum Ant. Augustini, & Andreas Schottus in sua Hispaniæ Bibliotheca, atque etiam alibi adnumeraverunt inter libros ab Augustino conscriptos quasdam juris pontificii Institutiones. Id volumen habuit Gabriel Sora Lobetensium Antistes; ut apparet ex illius Bibliotheca \*. Ego tamen habeo illarum Institutionum priorem librum integrum; secundi vero libri nonnulla.

\* Pag. 142. col. 2.

Idem Baillus & Schottus inter Ant. Augustini scripta, quæ nunquam fuerint edita, adnumerant etiam Conciliorum acta græca & latina una cum illorum historia, notationibus, variisque lectionibus. Jam illa Conciliorum acta, ut dictum supra est, edita fuerunt (1). Conciliorum historiâ, sicuti etiam notationibus, variisque lectionibus illum crediderim usum fuisse, qui Præfationes conscripsit.

Non in unis generalibus Conciliis operam posuit Ant. Augustinus; sed etiam in Hispaniensibus Conciliis; ut Aguirrius Cardinalis testatur in Hispaniæ Conciliis ab eo collectis, ubi de ratione operis agit \*.

\* Num. VII.

Omnino hæc sunt, quæ Ant. Augustinum scripsisse novimus: quæ quidem omnia typis divulgari cupiebat, eruditissimus vir, Petrus Didacus Valerius quum Cæsaraugustæ Præturam gereret An. MDCLXXXIII. eamque rem demandare volebat Didaco Josepho Dormero, ut hic scripsit ad Nicolaum Antonium, qui quidem id consilium laudavit litteris datis Madriti Idib. Jun. illius anni, atque apertius etiam litteris datis a. d. XIII. Calend. Quinctil. His enim ita ad Dormerum rescripsit: „Præclare Petrum Valerium acturum puto, si operâ tuâ, qui diligentissimus esse soles, usus fuerit in edendis Ant. Augustini scriptis omnibus, quæ reperiri poterunt; „quod quidem magnopere in Galliis a doctis viris expetitur“. At vero frustra illud cessit eorum hominum desiderium; ut alia etiam magnæ utilitatis consilia, quæ Dormerus vir plane sapiens, inire solitus erat; qui quidem si ea omnia executioni mandare potuisset, nemini uni certe fuisset inferior in Hispanorum hominum doctissimorum monumentis conservandis. Illud autem vocari in dubium non potest, si omnia Ant. Augustini scripta colligantur unâ (quod nos florenti ætate frustra conati sumus) volumina prodire debere, quæ numero volumina vincant Jacobi Cujacii, qui vir non eruditione solum, sed etiam scriptorum copiâ Jurisconsultorum princeps existimatur. Mitto quantâ omnino dicendi brevitate, quantâque diligentia Augustinus usus sit; qui semper manu libros scriptos invicem conferret, atque in omnibus ipsos mallet adire fontes: Et sane is mos multum extrahit temporis; sed labor minime apparet. Omnino argumenta, quæ vulgum saperent, atque in omnium essent ore, spernebat: Neque unquam eadem iterum dicebat, quod Cujacius sæpius facere consuevit. Quamobrem certe fateri unusquisque debet, neminem unum ex iis omnibus, qui jus civile & pontificium illustraverunt, tanta, tantæque utilitatis scripta reliquisse. Atque id sane multam habet admirationem; proptereaquod Augustinus is vir esset, qui publicis distineretur muneribus, quibus quidem adeo diligenterungebatur. Quæ quum ita sint, non audio Ludovicum Morerium, qui dicat, Ant. Augustinum, quos adolescens ostenderat, ingenii fructus non edidisse. Spero enim legentes, qui Ant. Augustini scripta, pro eo ac debent, plurimi facient, de ea judicabunt sententia, quæ scilicet profecta est ab animi non maturo judicio: Id enim jactavit Morerius, quod non expendat satis. Enimvero ne tanti res momenti unis meis verbis nitatur; atque ut omnes, quæ Augustinus scripserit, cognoscere breviter possint, duos subiiciam Ant. Augustini scriptorum Indices: Prior namque ea exhibebit scripta, quæ typis edita fuerunt; alter vero, quæ nunquam fuerint edita, scripta exhibebit.



Index Antonii Augustini Scriptorum, quæ typis edita fuerunt.

*Multa accesserunt doctorum hominum de eisdem scriptis judicia.*

**A**ntonii Augustini ad Lælium Taurellum Epistula, data Bononiæ VII. Cal. Novembr. MDXLII. Lælius Taurellus in Epistola ad Franciscum F. quæ legitur ante Commentarium ad leg. Gallus. 29. de liber. & posth. editum, ut conjector, Florentiæ An. MDXLIII. ita scripsit: *Addidi & quædam super Militiis ex casu nuncupatis: quæ proximis diebus ad nobilissimum omnique virtute cumulatum Ant. Augustinum Casaraugustensem rescripseram* (1): Hæc epistola typis iterum edita fuit in volum. IV. Thesauri Juris Romani Everardi Ottonis pag. MDCXXX.

- Emendationum & Opinionum Liber. Ad Modestinum, sive De excusationibus Liber Singularis. An. MDXXXIV. MDXLIII.* Andreas Schottus in Oratione Funebri Ant. Augustini ita inquit: *Quo libello, si molem spectes, in speciem exiguo, si rerum utilitatem, ponderumque momenta æstimes, sinuosis aliorum voluminibus anteposendo, &c.* Rigidus Menagius in
- \* Cap. 35. *Juris Civilis Amœnitatibus* \* hæc habet: *Circuitores vertit vetus Modestini Interpres: quo nomine barbarus ab Ant. Augustino Jurisconsulto sane terso, atque eleganti ad locum Modestini memoratum appellatur* (2). Joannes Augustus Bachius in *Historia Jurispr. Romanæ* lib. III. cap. II. \* ubi agit de Excusationum libris Sex. Herennii Modestini ita ait: *Horum librorum fragmenta vulgari interprete neque diligenter, neque eleganter satis versa, denuo melius, & elegantius convertit Ant. Augustinus libro singulari ad Modestinum de Excusationibus, & animadversionibus eruditus illustravit.*

*Ant. Augustini Jurisconsulti Hispani Emendationum & Opinionum Libri Quatuor. Ad Modestinum, sive De Excusationibus Liber singularis. His libris maxima Juris Civilis pars ex Florentinis Pandectis emendatur & declaratur. Venetiis expensis heredum Lucæ Antonii*

- \* In 4º. *Juntæ Florentini. MDXLIII. Idib. Septembr.* \* Hi libri iterum in eadem urbe typis descripti fuerunt An. MDLXIII. \* Mihi quidem sunt iidem libri etiam Lugduni Gallorum editi hoc titulo: *Ant. Augustini Jureconf. Emendationum & Opinionum Lib. IV. Eiusdem ad Modestinum, sive de Excus. Liber singularis. Item Lælii Taurelli ad Gallum & Legem Velleam, ad Catonem, & Paulum, de Militiis ex casu. Omnia quidem secundum Pand. Flor. editionem. Lugduni apud Joannem Frellonium MDLX.* \* Item in eadem urbe hi libri typis descripti fuerunt annis MDLIV. MDLXXIV. MDXCI. MDCL. Basileæ quoque in officina Oporini An. MDXLIV. \* Tum Heidelbergæ An. MDXCIV. \* Ac tandem Everardus Ottonis hisce libris locum dedit in volum. IV. pag. MCDXXVI. Thesauri Juris Romani. Petrus Victorius in *Variarum Lectionum Lib. VIII. cap. XXIV.* ita inquit: *Ant. Augustinus in suis Emendationum & Opinionum eruditissimis libris, miro studio curaque ab ipso confectis &c.* Antonius Contius in *Præfatione Digestorum a se editorum* ita scripsit: *Illud semel velim prædictum, ita nos primis studiorum annis Ant. Augustini eruditionem, prudentiam, candorem in purgando, & enucleando jure esse exosculatos, nihil ut in ejus Emendationum Libris a nobis intactum, aut illibatum relictum sit, cujus non aliquem succum in hæc nostra alvearia contulerimus.* Guidus Panciroli in *Lib. II. pag. CCCLXXXIII. De claris legum Interpretibus* ita inquit: *Eruditos quatuor Emendationum libros emisit, qui magnum Jurisprudentiæ lumen attulerunt* [3]. Everardus Otto in *Præfatione voluminis primi Thesauri Juris Romani ad pag. VII.* sic ait: *Nunquam satis dici potest, quantum ipsi, vel hoc solo nomine, universus debeat Jurisconsultorum ordo, quod primus indicavit præsidia, quæ ex Pandectæ Florentino capi possint. Quum enim Alciatus, in diluculo renascentis Jurisprudentiæ, publice & privatim ridere solitus fuisset Politianum, Bologninum, & Taurellum, quod vel seria omitterent, ut venerandum illud exemplar consulerent, quamvis ipse fugitivis tantum oculis, velut per transfennam, illud a se inspectum fateatur in Epistola ad Selvam, libris Disputationum præfixa: Antonius noster, nil moratus temerarium Præceptoris sui iudicium, decurso studiorum curriculo, Florentiam, Etruriæ Metropolim, se contulit, ibique Medicea liberalitate una cum Johanne Matalio Merello Sequano, quinquaginta Digestorum*

[1] Vide sup. pag. 19. §. Nos quidem pluribus &c.

[2] Vide sup. pag. 19. §. Ant. Augustinus

experiri voluit &c.

[3] Vide sup. pag. 20. §. Id operis omnium &c. & segg.



libros cum Norica Haloandri editione, omnium, quæ tum quidem exstabant, minus mendosa, eruditis oculis, summa fide & accuratatione contulit ad Codicem illum purissimum, quæque legendo, & commentando observarat, optima castigationum genera, aureis Emendationum & Opinionum libris, Venetiis, apud Juntas A. MDXLIII. explicata dedit.

M. Terentii Varronis Pars Librorum quatuor & viginti de Lingua Latina ex Bibliotheca Ant. Augustini. Romæ apud Vincentium Luchinum MDLVII. \* In extremo volumine hæc leguntur verba: Romæ apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem MDLVII. Tum multo post is liber typis iterum editus fuit longe ornatio, itaque inscriptus: M. Terent. Varronis Opera, quæ supersunt; cum conjecturis, & notis Jos. Scaligeri, Adr. Turnebi, Ant. Augustini, & P. Victorii: excud. Henr. Stephanus. Josephus Justus Scaliger in Varronis Præfatione ita inquit: A quo (ab undecimo Festi libro) Fragmenta incipiunt, quæ beneficio probissimi, atque eruditissimi viri Ant. Augustini Episcopi Ilerdensis edita sunt. Idem Scaliger in Epistola, qua misit ad..... Conjectanea in Varronem typis edita Lutetiæ An. MDLXXXV. ita ait: Quid aliud, quam me versari in ea provincia [emendandi Varronem] quam magna cum laude summus vir Ant. Augustinus suscepisset? Inferius quoque ait: Tancquam ignotum quantus vir sit Ant. Augustinus, quem sane eruditissimum ex suis scriptis expertus sum. Latinus Latinus in epistola ad Chrysofomum Memmium data Romæ IX. Calend. Septembr. An. MDLXXVII. ita scripsit: Exstant in Varronem Ant. Augustini, & Josephi Scaligeri vigilia, quibus Grammaticorum labores levare in plerisque locis implicatissimis possunt. Ex nuper excusa simul cum Varrone integro sunt. Hadrianus Turnebus in Advers. lib. XXXIII. cap. XVII. ita inquit: Ant. Augustinus vir & eruditissimus, & optime de litteris elegantioribus meritis; Varronis vero vindex, assertor, patronusque unicus habendus: imo vero ejus potius Æsculapius existimandus. Franciscus Robortellus in Disputatione de Arte, sive Ratione corrigendi Antiquorum libros ait: Emendatur in libro Varronis edito Romæ ab eruditissimo, & amplissimo viro Ant. Augustino.

\* In 8°.

Ad Jo. Genesium Sepulvedam de Apologia Belli Indici Epistula data Romæ Calend. Aprilib. An. MDL. excusa inter Sepulvedæ Epistolas lib. V. Epist. LXXIII. Salmantice apud Joannem Mariam de Terranova An. MDLVII. \* Inter Augustini scripta hanc epistolam recensuit Martinus Baillus in Indice librorum editorum ab Ant. Augustino.

\* In 8°.

In Sex. Pompejum Festum de Verborum significatione Notæ. Romæ, ut conicio, An. MDLX. Andreas Schottus in Oratione funebri Ant. Augustini ita inquit: Hoc orium (quo Romæ scilicet fruebatur Augustinus) Marcum Varronem, & Festum Pompejum illustravit, aliisque, ut legi & intelligi possint, & calamistris inurerent ii, qui majori & otio abundarent & subsidio, in manus tradidit. Justus Lipsius in Variarum Lectionum lib. III. cap. XXVII. ita scripsit: Sensit id incommodum maxime nescio cujus Pauli Diaconi culpa Festus, atque ita sensit, ut multis extraneis pro Collectoris ejus libidine admixtis, in Festo Festum difficile sit agnoscere. Sed huic rei Ant. Augustini, quem ego virum, ut ejus dignitas & doctrina postulant, honestatis causa nomino, diligentia magnam opem attulit, qui multa Festi propria loca ex vetustissimis membranis nobis restituit, atque ex ingenio etiam & opinione sua quædam emendavit. Sed quamquam ille & optimis aliquot Libris usus sit, & ingenio ac judicio in veterum scriptis tanto sit, quantum in paucis cognovimus; videntur tamen, eum pauca quædam vel fugisse, vel præterisse, e quibus unum ego nunc proponam, quod apud Festum variis locis depravate legitur. Ger. Jo. Vossius in lib. De Philologia cap. V. \* hæc ait: Bene est, quod summus vir Ant. Augustinus, dum litibus judicandis Romæ operam daret, posteaque ex Allifano, & Ilerdensi Episcopo Tarraconensis factus Archiepiscopus, ipsius Festi Fragmentum ex Bibliotheca Farnesiana juris publici fecerit cum eruditis notis (1).

\* Num. XII.

Liber, qui inscribitur: Ex Conciliis multorum Codicis Interpretatio ex Bibliotheca Ant. Augustini, Episcopi Ilerdensis. Ilerdæ Petrus Roburius mense Junio. MDLXVI. \* vere Ant. Augustini opus non est. Quanquam enim id volumen ex Ant. Augustini Bibliotheca prodisset, non fuerat tamen ab ipso compositum, sed ab Antonio quodam Columbetto, sub cujus nomine typis editum fuit Lugduni An. MDXLII. \* ita inscriptum: Conciliatores super Codicem. Quo circa crediderim ego, Petrum Roburium typographum ab Ant. Augustino petiisse, ut aliquid sibi edendum daret, atque Augustinum hoc dedisse ei volumen. Ilerdæ enim prid. Non. Majas An. MDLVI. ita ad Fulvium Ursinum scripsit: „ Typographum hic, & parvam Academiam habeo, quibus distinear. Sed qui mihi satisfaciant, viros non habeo“.

\* In 8°.

\* In 8°.

Ant. Augustini Epistola ad Pium V. Pont. Max. data Barcinone Idib. Februar. An. MDLVI. edita ab Abrahamo Bzovio in suis Annalibus Ecclesiæ \* ad illum annum.

\* fol. 274.

Constitutionum Græcarum Codicis Justiniani Imp. Collectio, & Interpretatio.

Juliani Antecessoris Constantinopolitani Novellarum ejusdem Imp. Epitome, additis Latinis quibusdam Novellis Constitutionibus ejusdem. Cum Paratitlis, sive Scholiis Petrus. Robu-

[1] Vide sup. pag. 27. §. Horis, ut ajunt, subcivivis &c. & seq.



- \* In 8<sup>o</sup>. *burius MDLXVII. Ilerdæ* \*. Hujus exemplar voluminis in Regis exstat Bibliotheca, in qua illud ego vidi. Ant. Contius in Præfatione Digestorum a se editorum An. MDLXXI. ita ait: *Reliquam copiosissimam silvam ex uberrima Collectione Græcarum Codicis Constitutionum ab Ant. Augustino his superioribus annis edita, in illam editionem nostram transplantantes. Egomet in Indice Librorum Juridicorum ita scripsi: Eruditissimi Augustini diligentia invidisse videtur Franciscus Desmares, qui plurima illius Scholia Pithæis Fratribus tribuit, quasi tanti viri, ut per doctorum ora volitarent, alienis plumis indigerent* (1). In volumine Ilerdæ edito est ad extremum libellus ita inscriptus: *Verborum quorundam Juliani interpretatio*. Idem porro libellus pluribus auctus prodiit in eo volumine \*, quod typis editum fuit Basileæ An. MDLXXVI. ex officina Petri Pernæ ita inscriptum: *Imp. Justiniani Novellæ Constitutiones, per Julianum Antecessorem Constantinopolit. de Græco translatae. Nunc primum restituta, emendata, & aucta, quibus adjectæ sunt ejusdem Justiniani, & Justinii Imp. Constitutiones aliquot nunquam antea editæ Ex Bibliotheca Petri Pithæi, J. C. Accessere præterea Paratitla, sive Scholia, & verborum quorundam Juliani Interpretatio, auctore Ant. Augustino, Episcopo Ilerdensi, ut de cæteris taceam, quæ versa pagina indicabit.*
- \* In fol. *Sacerdotale Volumen, quod Ordinarium Ilerdense dicitur, Ant. Augustini jussu editum*
- \* In 4<sup>o</sup>. *Ilerdæ apud Petrum Rob. MDLXVII. \* Ter.* Ita habet Index Ant. Augustini Librorum variorum, qui typis editi essent. Andreas Schottus in Oratione funebri ita inquit: *Ilerdæ Ecclesiam rexit optimis & legibus, & institutis: Ecclesiasticos ritus, precesque, quibus Sacerdotes ad-suesierent, composuit* (2).
- Breviarium Ilerdense recens ab Ant. Augustino Episcopo Collectum. Ilerdæ apud Petrum Rob. MDLXXI. \* Ter.* Videndus est Index librorum variorum Ant. Augustini ad volumen CMXXXII. (3). Recens hoc nuncupavit volumen; propterea quod aliud erat ejus generis Ilerdense volumen antiquius, quod Lugduni editum fuerat An. MDXXXI. typis Dionysii Harfii \*, de quo mentionem fecit Ant. Augustinus in Indice librorum variorum ad volumen CMXXXIX. Joannes Grancola in cap. V. lib. I. Commentariorum de Romano Breviario ita scripsit: *Concilium Tridentinum Patribus, quibus Catechismi cura demandata erat, præcepit, ut Missale, & Breviarium æque reformarent. Complures, ut unius modi in tota Ecclesia essent, optabant: alii vero Diceceson suarum peculiare ritus tuebantur. Quare Legati ejus rei definitionem vix anno haberi posse perspicientes, ut ea Papæ permitteretur, auctores fuere. His Præsules aliquot minime assensu sunt, quos inter Ilerdensis Episcopus longam orationem habuit, ut ostenderet, quantum interesset Breviariorum, & Ritualium emendatio; palamque professus est, opus esse ad eam rem exquisitam Antiquitatis, Provincialiumque consuetudinum notitiam, scientiam vero hanc in Romana Curia minime obviam esse, quæ viris careat in hoc studiorum genere exercitatis: facilius vero tantum opus a Concilio, quam a privatis Doctoribus expectari posse. Attamen orationi exitus non respondit: absolutum enim Concilium fuit, Ritualibus, & Breviariis non emendatis, quod demum præstitit Pius V.*
- Antiquæ Collectiones Decretalium cum Ant. Augustini Episcopi Ilerdensis notis. Ilerdæ apud Petrum Rob. & Joannem a Villanova An. MDLXXVI. \* Franciscus Florens Aurelianensis, juris Doctor, in Oratione de Recta Juris Canonici discendi Ratione ita ait: Comparationem illam exactissimam Collectionum Antiquarum, cum Gregorii IX. quam necessariam esse toties inculcavimus, ex antiquis Interpretibus, ut diximus, viderunt pauci, neglexerunt plures antiqui & novi, usque ad nostra tempora; quibus feliciori genio præditi, Antonius Demochales, Joannes Quintinus, Antonius Contius, clarissimum olim hujus Scholæ lumen, & postremo Ant. Augustinus, hanc partem strenue adeo tractaverunt, ut correctoribus Romanis, qui postremam manum operi imposuerunt, tenuissimum spicilegium reliquerint. Zegerus Bernardus Vanespenius in libro De Historia Juris Pontificii \* ita scripsit: Utramque (Decretalium scilicet Collectionem primam, & secundam) edidit Ant. Augustinus; ac priorem doctissimis notis illustravit, ac præcipue Variantes Lectiones Capitulorum ex Originali, & aliorum Collectionibus exacte multoque labore annotavit. Idem Vanespenius \* ita inquit: Eam (tertiam scilicet Collectionem) cum duabus præcedentibus edidit Ant. Augustinus, asseritque in Præfatione, se eadem nomina in Scholiis hujus Collectionis vidisse, quæ in aliis Collectionibus. Idem Vanespenius \* hæc ait: Addidit (Ant. Augustinus) huic Collectioni (quartæ scilicet) Scholia veteris Interpretis Joannis Teutonici, & quorundam aliorum. Idem rursus hujus collectionis, atque præcedentium librorum, & titulorum ordo [4]. Amplissimus vir, jurisque idem consultissimus Henricus Christianus Senckenbergensis, qui Cæsari a consiliis est, quicum summa mihi est amicitia conjunctio, quemve honoris causa nomino, in libro, qui*

[1] Vide sup. pag. 34. §. Eodem anno &c. & seq.

[2] Vide sup. pag. 35. §. Eodem anno MDLXVII. Ilerdensis &c.

[3] Vid. etiam sup. pag. 35. §. An. MDLXXI. volumen edidit &c.

[4] Vide sup. pag. 40. §. Eo sane erat animo &c.



qui inscribitur: *Meditatio de collectione antiquarum Epistolarum Decretalium Bernardi Circa*, quæ legitur in Cl. Jos. Ant. Rieggeri Bibliotheca Juris Canonici \* quum verba haberet de hoc volumine ab Ant. Augustino primum comparato, ita ait: *Insigni ergo orbem eruditum beneficio affecit Ant. Augustinus, qui Ilerdæ hoc opus cum aliis similis argumenti edidit, unde postmodum Parisiis MDCXXI. \* recusum est. Correctores equidem Romani diligentissimi, & hac aliisque Collectionibus usi fuerant, sed quod tantum non omnibus magnis moliminibus accidit, non ita omni ex parte feliciter, ut id quidem optassem. Deprehenduntur sane mille & plura errata; ubi manu medica adhuc hodie opus, ubique Bernardi in primis nostræ opis haud sane invocabitur. Iterum descripta typis, vulgataque sunt ea volumina Romæ a Dominico Bafa An. MDLXXXIII. \* Tertio Lutetiæ a Carolo Labbæo An. MDCIX. \* Jacobi Cujacii notationibus aucta: Quarto in eadem urbe (ut quidem dictum fuit) iisdemque Cujacii illustrata notationibus a Sebastiano Cramoytio An. MDCXXI. \* additaque tunc fuit *Notitia Episcoporum Orbis Christiani*, sive *Codex Provincialis Romanus*, quem notationibus illustraverat Albertus Miræus, fueratque ante editus An. MDCXIII. \* ex officina Plantiniana. Si quem contigerit velle hæc volumina rursus typis describere; scilicet ab eo manu exemplar scriptum consuli oporteret, quod est in Regia Divi Laurentii Bibliotheca, nosque ipsi vidimus, atque his verbis finem habet: *Et stenda ulterius non committat*. Videnda etiam essent duo exemplaria typis descripta, notationibusque ad margines manu scriptis illustrata.*

*Familie Romanæ, quæ reperiuntur in antiquis Numismatibus ab Urbe condita ad tempora Divi Augusti. Ex Bibliotheca Fulvii Ursini, adjunctis familiis XXX. (1) ex Libro Ant. Augustini, Ep. Ilerdensis. Romæ cum privilegio, curantibus heredibus Francisci Tramezini. Atque in extremo volumine legitur: Romæ impensis heredum Francisci Tramezini apud Josephum de Angelis MDLXXVII. \* Fulvius Ursinus in epistola, qua ad Alexandrum Farnesium Cardinalem misit hoc volumen, ita inquit: Quorum ego incitatus exemplo atque auctoritate, Delphini maxime, quem in primis adolescens senem colebam, quique unus mea studia, quibus poterat officiis (poterat autem quamplurimis) tuebarur, & fovebat; Antonii etiam Augustini adjutus exquisita non solum doctrina, sed singulari hoc in genere scientia, in qua pene solus excellit, cognitione & intelligentia..... statui (Familias Romanas) in tuo nomine emittere, adjuncto Augustini Commentario, quem ille rerum graviorum cura impeditus imperfectum ad me miserat, ut cum meis Familiis ederem. Andreas Schottus in notationibus, quibus Attici vitam a Cornelio Nepote conscriptam illustravit, \* ita ait: Nuper Fulvius Ursinus Rom. de patria benemeritus, & Richardus Streinius Austriacus, & Reineccius, Germani, de Familiis accurate scripsere: at nemo eorum, quos quidem viderim, audierim, Familiarum Rom. omnisque Antiquitatis doctior Ant. Augustino Archiepisc. Tarracon. Ger. Jo. Vossius in Lib. de Philologia cap. XIII. \* ita scripsit: De Romanis quoque Familiis pulchre tractarunt Ant. Augustinus, & Fulvius Ursinus: uti & Richardus Streinius (2). Emmanuel Martius, qui in Alonensium maximo Templo Decem erat Sacerdotum Præfectus \*, in epistola, qua ad..... misit Ferdinandi Ruitii Villegasensis Carmina, quum verba haberet de Francisca Mercadera, Cervallonensis Comitibus Uxore, quæ scemina historiam, familiarum præsertim, perfecte callebat, ita scripsit: In quo certe quantum illa profecerit, latet neminem, summorum mehercule virorum exemplo Varronis, T. Pomponii Attici, M. Valerii Messalla Oratoris, Hygini, aliorumque: e recentioribus autem Raphaelis Volaterrani, Fulvii Ursini, Ant. Augustini, Richardi Streinii, Jani Rosa, & Glandorpii.*

*Ant. Augustini Ep. Ilerdensis de iis, qui Proconsulibus, & Proprætoribus, & Proquæstoribus dicebantur. Fulvius Ursinus in Lib. de Familia Carisia pag. LI. ita scripsit: Sed singularem ab iis omnibus, qui antiquitatis studio tenentur, initurum me gratiam opinor, si Ant. Augustini, Episcopi Ilerdensis, viri doctissimi, super hujusmodi denariorum titulis Commentariolum ab eo nuper ad me missum protulero, a quo etsi dissentire mihi in aliquo pro ejus viri auctoritate pene nefas sit, quid tamen in ejus scripto mihi minus probetur, in ipsis inscriptionum explicationibus suo loco a nobis dicetur (3).*

Quum Ilerdensem obtineret Provinciam, librum \* quendam typis edi curavit, quo omnia sanctissimæ religionis præscripta continebantur. Hoc memoriæ traditum fuit a Bartholomeo Sansone Ilerdensi; qui iis litteris, quas Barcinone a. d. VI. Calend. Martias An. MDLXXXIV. dedit ad Ant. Augustinum, qui jam Tarraconensem Pontificatum obtinebat, misso ad eum libello, quo nova proponebatur ratio ab Italis inducta eas preces recitandi, quæ quidem preces nomen a Rosis acceperunt, ita scripsit: *Spero enim non minorem ex ea (ratione) utilitatem populares meos omnes esse capturos, atque ex quadam nostræ Religionis Christianæ Doctrina tuo nuper edita imperio: ex quo quantum fructus, quantum utilitatis, non modo Ilerdenses, sed*

[1] Schottus numeravit XXXII.

(3) Vide sup. pag. 43. §. In hac editio-

[2] Vide sup. pag. 42. §. Dum grande &c. ne &c.

& seqq.

\* Parte 1. pag. 6.

\* In fol.

\* In 4º.

\* In fol.

\* In fol.

\* In 8º.

\* In fol.

\* Cap. 18.

\* §. IX.

\* Decanus.

\* Librum Doctrina Christiana, sive Catholismi.



*sed etiam exteri omnes perceperint, non attinet dicere. Illud tamen unum dicam (sine dolo quidem) me semel Herdæ, Barcinone quidem bis typis mandatum vidisse.*

*De Nominibus Propriis τῶ παυδεκτῶ Florentini cum Ant. Augustini, Archiepiscopi Tarraconensis, Notis.* In extremo libro post Notationes legitur: *Tarracone ex officina Philippi Mey MDLXXIX.* \* Scilicet hoc ex illis erat exemplis, quæ non quidem vendenda, sed amicis hominibus largienda auctor typis iusserat describi. Aliud erat mihi exemplum nullis notationibus, quod Carteretio, Granvillensi Comiti dono dedi: eratque fortasse ex illis, quæ vulgata fuerunt antequam notationes describerentur. Aliud item habeo Notationibus auctum, priori illi simile: Sed hujus inscriptio Augustino mortuo fuit typis descripta; eique fuerunt addita hæc verba: *Barcinone Venales habentur apud Natalem Bareston ad Forum Regium An. MDXCII.* Everardus Otto in Thesauro Juris Romani, quo equidem multa continentur clarissimorum juris interpretum egregie scripta, fuitque typis descriptus Trajecti ad Rhenum apud Joannem Broëdelettum An. MDCCXXXIII. primas dedit huic Ant. Augustini insigni libro, ut ita legentes majori voluptate alliceret. Is itaque in Præfatione ad pag. IV. his utitur verbis: *Primum locum suo merito, bonisque avibus, occupat, viri summi, Ant. Augustini, opus præclarum De Nominibus Propriis τῶ παυδεκτῶ Florentini. Quemadmodum enim ædificiis non modicam voluptatem, & amœnitatem conciliat, si aditus clariore luce nitet: ita gratior hic Thesaurus legentium ad oculos veniet, conspecto statim tam venerando nomine: cujus maxima dignitas, virtus, & eruditio, præter temporis rationem, & operis raritatem, priores partes sibi postulare videbantur.* Atque postea hominem mirificis ornare laudibus perseverat; qualibus scilicet amplissimi Jurisconsulti efferri solent: easque etiam repetit, quas alii viri præstantissimi Augustino tribuerant; quas, qui hæc in manus sument, poterunt ipsi in ea præfatione legere. \* Inferius vero ad pag. XIII. ita ait: *Viros etiam clarissimos Salmasium, Reinesium, Rupertum, & Perizonium, grandes Commentarios De Nominibus Romanorum molitos fuisse, accepimus; sed quos aut immaturus obitus, aut aliæ occupationes Reipublicæ Litterariæ inviderunt. Hæc autem propria & invidenda est Augustini nostri gloria, quod tum in libro singulari De Familiis Romanorum, tum Lib. III. Emendationum cap. VIII. tum in opere, quod enarramus, inter primos primus, aut certe cum Sigonio æqualis, ad hanc nobilissimam eruditionis partem, sine qua origo virorum illustrium eorumque res gestæ sciri non possunt, excolendam sustulit signa, aliisque Nationibus per Europam exemplum, quod imitarentur, reliquit.* In eo volumine Otto Augustini Notationes in singulis exscripsit paginis: Addiditque suas ipse in Præfatione Notationes, quæ Augustini librum magnopere illustrent. Henricus Brenemannus J.C. & Academicus Florentinus in Lib. IV. cap. IV. de Historia Pandectarum ita scripsit: *Perrarus est, sed tamen satis cognitus, exquisitissimus ejus Tractatus De Nominibus Propriis τῶ παυδεκτῶ Florentini cum Notis illius, impressus Tarracone An. MDLXXIX. Is mea opera pervenit ad amplissimum virum Corn. Van Bynkershoek atque hujus beneficio propediem in Germania recudetur post novam Corporis Juris editionem [1].*

\* V. illam in nostr. vol. I. pag. 489.

*Constitutionum Provincialium Tarraconensium Libri quinque. Tarracone apud Philippum Mey MDLXXX.* \* Joannes Tereus Tarraconensis Pontifex in volumine IV. Conciliorum Hispaniæ Aguirrii Cardinalis ad pag. CDLXXIII. ita inquit: *Tandem Ant. Augustinus etiam Prædecessor noster, juris Pontificii peritissimus, & rerum antiquarum studiosissimus, cum multa in eo Codice a Vicariis Auriæ [2] edito paullo aliter legeret, quam in Codicibus manuscriptis in nostro Archivo asservatis reperisset: aliam recentem nobis dedit editionem, in qua, & quæ editæ fuerant a Ferdinando Loazes, & Gaspare Cervantes Cardinale, Prædecessoribus nostris, Constitutiones addendas curavit, quæ mendose legebantur emendatis, & variis Lectionibus in manuscriptis inventis ad marginem appositis, &c. [3].*

*Constitutionum Synodaliū Tarraconensium Partes Quinque. Tarracone apud Philippum Mey MDLXXXI.* \* Mihi est hic liber præclarus, estque ab superiore illo diversus.

*Canones Pœnitentiales cum quibusdam Notis Ant. Augustini, Archiepiscopi Tarraconensis. Tarracone apud Philippum Mey MDLXXXII.* \* Martinus Baillus in Indice Librorum Ant. Augustini, qui manu latine essent scripti, ad Codicem CCCXLIX. ita ait: *Incerti Pœnitentiale, ab Ant. Augustino felicitis memoriæ Romanum appellatum, quia ex urbe ad ejus manus pervenit, & ab eo editum est cum ipsius notis. Liber in membranis annor. CC. forma majoris quadrati. Iterum Decreta \* de pœnitentiis fuerunt typis edita Venetiis An. MDLXXXIV. \* atque Lutetiæ una cum Pontificii juris Epitome An. MDCXLI. \* Zegerus Bernardus Vanespenius in Juris Pontificii Univerſi Parte II. \* ita inquit: *Celebris ille Canonum [de Pœnitentiis] Interpres Ant. Augustinus.**

\* Canones Pœnitentiales. \* In 4<sup>o</sup>. \* Tit. IV. §. XIX.

\* Sunt tria vol. in fol.

*Ant. Augustini, Archiepiscopi Tarraconensis, de Legibus & Senatusconsultis Liber. Adjunctis legum antiquarum, & Senatusconsultorum Fragmentis, cum Notis Fulvii Ursini.*  
Ro-

(1) Vide sup. pag. 49. §. Quandoquidem &c. [3] Vide sup. pag. 45. §. Iis primum, & [2] Hieronymus Auria Card. & Archiep. seqq. & pag. 47. §. Posteriore anno &c. Tarracon.



Romæ ex Typographia Dominici Basæ. MDLXXXIII. \* In eo volumine tunc edito multi errores, aliaque vitia sunt. Quamobrem iterum typis descriptum fuit, inscriptumque: *Ant. Augustini, Archiep. Tarraconensis de Legibus & Senatusconsultis Liber: adjunctis Legum antiquarum, & Senatusconsultorum Fragmentis, cum notis Fulvii Ursini, multo quam antea emendatius, additis etiam locorum quorundam notis, cum duobus Indicibus locupletissimis. Adjectus est Justi Lipsii libellus de Legibus Regiis, & Xviralibus. Parisiis, apud Joannem Richerium, via Joannis Lateranensis, sub signo arboris virescentis MDLXXXIV. cum Privilegio Regis* \*. Hoc etiam certe præclarum volumen mihi est. Rursum deinde typis fuit descriptum Lugduni An. MDXCI. \* atque An. MDCVI. \* Grævius locum illi dedit in suo Antiquitatum Romanarum Thesauro ad pag. MCXLII.

\* In 4<sup>o</sup>.

\* In fol.

\* In 4<sup>o</sup>.

\* In fol.

Hujus de Legibus, & Senatusconsultis voluminis exemplar est in Vaticana Bibliotheca ad Cod. CCCCCI DDDDD. CC. XXXI. atque aliud etiam ad Cod. CCCCCI DDDDD. D. XXIII. Nimirum hæc duo exemplaria simul conferri debent, ut sciri possit, utrum sit posterius; atque an ex illis unum, libro typis edito, fuerit auctum. Nam hic liber multis temporibus confectus fuit, diversisque rationibus fuit conscriptus. Ex ea epistola, qua ad Fulvium Ursinum hoc volumen misit, constat, Augustinum manus operi primò admovisse, quum esset Bononiæ; qua ex urbe exemplar misit ad Lælium Taurellum, qui illud bis legit, rescripsitque, se libri de Senatusconsultis videndi desiderio teneri. Hoc autem constat ex iis litteris, quas Taurellus ad Augustinum dedit Florentiæ IX. Calend. Februar. An. MDXLIV. Deinde negociis impeditus id opus neglexit. Bononiæ exemplar conscriptum tradidit Pyrro Taro. Illud autem, quod ad Fulvium Ursinum misit, fuit Romæ scribi cœptum novem, vel decem post annis. At enim Augustino hunc librum ad præstantissimum aliquem virum mittere cogitanti, multa eaque diversa sese offerebant. Primò itaque illum misit ad Hieronymum Fr. novem omnino menses, ut puto, postquam eum perfecerat. Quoniam vero in ea epistola, quæ quidem nunquam typis edita fuit, multa sunt, quæ sciri debent, nonnullas ejus partes hic exscribam. Ait igitur: *Accidit tamen, nescio quomodo, ut ad hæc ipsa conscribenda nihil minus cogitantes accederemus. Nam cum ante aliquot annos Juris nostri Civilis non mediocrem cognitionem ex variis variarum rerum scriptoribus colligi posse putarem; subcivis quibusdam horis, ut ajunt, eorum libros versavi potius, quam legi, qui mihi ad veterum aut legum, aut temporum cognitionem satis esse videbantur. In his cum hæc ipsa Jura, quæ in Justiniani libris referuntur, quæ tamen nonnunquam diligentius explicata sunt, tum alia permulta eisdem libris vel abrogata, vel omissa, vel in alia nomina commutata animadvertimus. Quibus colligendis, aut declarandis, si Veterum Jurisconsultorum libri omnes exstarent, non laborarem. Ut enim in hac ipsa Urbe (Roma) ex dirutis magnorum ædificiorum parietinis, quantum Urbs hæc cæteris omnibus præstiterit, cognoscimus; ita ex brevibus & multis Jurisconsultorum sententiis, quæ ab Justiniano collectæ, aut ab aliis conservatæ sunt, nihil fuisse quod in eorum libris desideraretur, credendum est. Sed cum in hoc & in cæterorum Juris Interpretum voluminibus (sive illorum temporum tenebris, sive Artis tradendæ ignoratione) præter verborum accuratam interpretationem, temporum quoque antiquitatem neglectam esse doleamus; his autem recentibus, quibus verborum elegantia restituta est, non satis hæc pars illustrata esse videatur: collegeram aliquando omnium legum, quæ usquam legissem nomina, quibus diem, & Consules, & verba, si qua exstarent, sin minus earum sententiam addebam: neque earum usus, si quem aut hodie haberent, aut quoquam ex tempore habere desissent, negligebatur. Et quoniam id ipsum non neminem fuisse aggressum vidissem; & ut sit, qualicumque aliorum labore mallem frui, quam minus necessario studio in eisdem rebus versari; decipi tamen permultos animadverti tum in aliis Legibus, tum etiam in XII. illis Tabulis, quæ jure fons, atque initium nostri Juris appellantur. Itaque cum hæc nostra simpliciora, & pleniora quibusdam esse viderentur, dederam enim operam, ut quoad ejus possem, nihil relinquerem, & ut in his omnibus, quæ collegissem, fontes indicarem, unde emanassent, nihil Juris studiosis, & nostræ observationis cupidis negandum esse existimavi. . . . ita enim a me, quæ Juris Civilis sunt, conscribuntur, ut nihil pene omiserim, quamvis vulgare, & cognitum, quod apertior, & planior viam ad ipsarum rerum cognitionem efficeret. Ita cætera tradidimus, quæ ex veteribus legibus, librisque sumuntur, ut sine librorum lectione ex his ipsis verbis, quæ referimus, nihil non recte intelligi queat. Qua in re erunt fortasse, qui nos nimios esse dicant alienarum sententiarum sectatores: quippe cum permulta repererint, quæ aut neglecta, aut incognita nobis fuerunt. Sed utrique velim animadvertant, id mihi initio consilii fuisse ut nihil fucatum, aut fallax; sed quod apud varios variarum rerum, ut dixi, scriptores inveneram, memoriæ mandarem. Neque vero tum omnia aut potuissem, aut debuissim excerptare. Fugerunt enim, opinor, non pauca alias res agentem; multa hoc ipsum agentem deceperunt. Cur enim hoc non fatear, quod & mihi, & aliis sæpe accidisse scio? Dedita vero opera quædam omisi, quæ aut ex libris nullius fidei, atque auctoritatis, colligere potui, aut plus æquo grandior hunc libellum efficerent; neque satis necessaria esse putaveram, sive quod ea satis nota fore per se crederem, sive quod his, quæ scripseram,*



essent consentanea. Quod si quis est, qui ordinem quemcumque nostrum minus probet, quo nos bonorum librorum lectoribus consulimus [ ut, cum in legis nomen inciderent, quid ea contineretur, reperire facile possent ] si quis, inquam, est, cui hic litterarum ordo displiceat, & malit ordinem temporum sequi, quod nobis difficilius in multis legibus visum est, quominus ad eum modum hæc nostra, aut a nobis ommissa tradantur, non repugno . . . Sed tamen eadem ipsa negotia me ad has leges edendas ante tempus morvent. Quas etsi non intra trinundinum diem, intra nonum tamen annum dicam, an mensem, proferimus, ut liberiore deinceps animo toti in nostro onere sustinendo consistamus. Reliquimus autem & Novellarum, & Juris Pontificii exornationem nescio quam inchoatam, quæ si quando mihi otioso esse licebit, absolventur. Sed jam ad ipsas leges veniamus; quas omnes constat Populum Romanum tulisse ab initio Urbis usque ad Tiberii Cæsaris imperium. Senatus vero Consulta, quæ Placentini docti viri diligentiam secuti collegimus, magna ex parte post Tiberium facta sunt. Non quod non permulta alia & Populus, & Senatus decreverit: sed quod hæc ipsa sint nominibus suis notiora. Quorum omnium cognitio non Juris solum Consultis, sed pene dixerim omnibus latinæ linguæ scriptoribus non parum utilitatis allatura esse videatur. Ita Augustinus scribebat ad Hieronymum Fr. qui fortasse consilium dedit ei, uti librum de Legibus & Senatusconsultis ad Paullum III. Pont. Max. mitteret; vel potius ipse Augustinus rem animo agitavit, epistolamque confecit, quæ nondum publicam vidit lucem. Nonnulla in ea sunt, quæ hic exscribi merentur: Cum animadvertissem, inquit, sæpenumero a nostri ordinis hominibus quæri solitum, neque ab illis solum, sed ab omnibus omnium Disciplinarum studiosis, quidnam esset illis legibus, atque Senatusconsultis comprehensum, ut quæ explicari sine ipsarum legum scientia non possent; collegi aliquando, tum ex variis Juris Civilis libris, tum etiam ex Veterum monumentis (quod ab aliis inchoatum fuerat) quantum ad earum legum interpretationem facere videbatur. Et cum mihi ingenui hominis esse videatur, nihil fucatum, ac fallax, sed ipsam rerum simplicem veritatem sequi, omnes eos libros, e quibus earum legum interpretatio duceretur, referendos esse existimavi. In duodecim vero Tabularum legibus [ quæ multorum manus fuerunt passæ ] eas solum recepi, quas a veteribus Scriptoribus relatas esse cognoveram. Secuti autem sumus in his, non temporum, sed litterarum ordinem, propterea quod multarum legum tempora sunt nobis incognita, & hic noster ordo per singulas leges quærenti aptissimus est. Itaque singularem hunc librum De Legibus & Senatusconsultis inscripsimus Justiniani imitatione, qui quartam Digestorum sive Pandectarum partem libros singulares inscripsit; item Ulpiani, Paulli, & Modestini, qui variis de rebus libros scripsisse dicuntur, in quibus Julium Paullum hac eadem appellatione usum esse constat. Ad leges quoque & Senatusconsulta, permulti Juris Interpretes scripserunt, quorum libros nobis sive Justiniani consilium, sive temporum injuria abstulit: cum maxima quidem certe nostræ Disciplinæ jactura. Quanquam illud in malis nos consolari solet, quod optimorum Principum atque eruditissimorum liberalitate, & prudentia in veterem splendorem Divinarum, atque Humanarum rerum Scientiæ restituuntur. Tandem quoniam liber de Legibus minime fuit typis descriptus ante An. MDLXXXIII. in lucem prodiit e quodam exemplari exscriptum, quod Tarracone misit ad Fulvium Ursinum, quem summâ complectebatur benevolentia. Hic vero in libri præfatione ita scripsit: *Etsi ad communem litterarum causam, tantum omnes contulerint, quantum expeti par fuit ab Hominibus excellentis ingenii, summaque doctrina excultis; videtur tamen Ant. Augustinus, Archiepiscopus Tarraconensis amplius quiddam & perfectius aliis in ea re præstare potuisse: qui præter multiplicem omnium pene disciplinarum cognitionem, exquisitamque Juris Civilis, in quo fere solus excellit, peritiam, Romæ stitibus judicandis summa cum laude XIIvir diu vivendo, eam sibi univrsæ Romanæ Antiquitatis supellectilem comparavit, ut ex præstanti talium rerum intelligentia plurimum ornamenti ad Legum Romanarum tractationem afferre potuerit. Hoc igitur usu, atque hoc genere scientiæ adjutus cum præclarum hunc de Legibus & Senatusconsultis Commentarium Tarracone superioribus mensibus ad me misisset, ut ego illum, si mihi videretur, cum eruditis quibusdam viris, qui sæpius jam editionem ejus scripti flagitaverant, communicarem; ita pro mea in res Romanas propensione, & erga clarissimum virum observantia sum ejus libri lectione delectatus, ut tantam studiosis hominibus doctrinam, tantamque utilitatem diutius deberi non sim passus.* Andreas Schottus in cap. ult. Notationum, quibus Attici Vitam a Cornelio Nepote descriptam illustravit, ita inquit: *Qua de re docte, ut omnia, Ant. Augustinus in duodecim Tab. libro singulari de Legibus & Senatusconsultis, quo omnium hæctenus diligentiam industriamque superavit.* Henricus Brenemannus in Lib. IV. cap. IV. Historiæ Pandectarum ita ait: *Ante omnia quoque celebris est Augustini de Legibus & Senatusconsultis Liber, & omnium manibus veritur [1].* Laurentius Andreas Hambergerus in Observationibus, quibus Gravinæ Origines Juris Civilis illustravit, quæ inter ejus Dissertationes Juris leguntur, ita ad pag. CCCLXXV. inquit: *Nemo autem hoc in stadio longius progressus est, nemo propius a*

cal-

(1) Vide sup. pag. 42. §. Dum grande &amp;c.



calce absuit, quam Ant. Augustinus, vir cum cæterarum maximarum rerum, tum vero juris civilis peritia præditus, cui tantum debent legitime scientiæ studiosi, quantum hominem homini debere vix fas est. Nam priorum plerique suo se defunctos officio putabant levi nominum, & auctorum cujusque legis enumeratione; argumenta vero, & sententias fere præteribant: hic autem, leges ipsæ ut perfecte oderentur, laboravit; ideoque non scriptores tantum externos, & alia Antiquitatis monumenta, sed cum primis Jurisconsultorum quoque libros consuluit, & sic opus illud de Legibus & Senatusconsultis adjuvante Fulvio Ursino diligentissimo homine, qui ad colligendas vetustatis reliquias quasi natus videri poterat, summa cum laude produxit. Ordinem secutus est eundem, quem & Lætus cum Zasio probaverat, nempe litterarium: præmisit autem generalem de legibus disputationem, in qua definitionem legis, de partibus ejus, a quibus leges latæ sint, quomodo latæ, quo in loco, quo tempore, quibus de causis, de suasionem, & dissuasionem, de intercessione, quomodo in æs incisæ, & conservatæ, quinam legibus soluti sint, denique de abrogatione, & aliis similibus quam licebat diligenter exponit. Jo. Gottl. Heineccius in cap. X. Proemii Antiq. Rom. Jurisprudentiam illustrantium ita inquit: Romanarum Legum Senatusque Consultorum Historiam plures dederunt, in quibus eminent Paullus Manutius, Ant. Augustinus, Paullus Merula, Franc. Hotomanus, Janus Vincentius Gravina.

Epistola ad Hieron. Blancam de Laudibus Cæsaraugustæ, & veteribus Pontificibus illius, data Tarracone Calend. Februar. MDLXXXIV. edita Cæsaraugustæ apud Laurentium Robles, & Didacum Fratres, Anno MDLXXXVIII. \* post finem Commentariorum Hieronymi Blancæ Cæsaraugustani de Rebus Celtiberorum. Epistolam hanc, non tamen integram, Aguirrius Cardinalis edidit in Vol. I. pag. VII. Conciliorum Hispaniæ: Itemque Josephus Catalanius, cum illa Aguirrii volumina iterum ederet, in Vol. I. pag. XVII. Sed Andreas Schottus illam, omnino mutilam, edidit in Bibliothecæ Hispanæ Vol. I. pag. CXXV. Qui viriis litteris, quas ad Hieronymum Blancam dabat Valentia ex Paullianis Ædibus Non. Januar. An. MDXC. scripsit, e re maxime futurum fore, si is locum in suis Commentariis illi Epistolæ dedisset. His autem utitur verbis: Illud miror cur Epistolam illam eruditionis, & singularis in patriam amoris, Ant. Augustini Viri Cl. in calcem libri reiicere, quam suo illam in loco inseruere malueris. Nec enim bonis & antiquis insolens est Historicis Epistolas, aut id genus alia, quæ ad rem quidem, qua de agitur, pertineant, suis quæque locis inserere: ut in Josepho insigni Historico (quem ego scriptorem cum Sacris Litteris legens, jam Sacris his initiatus, plurimi, ut par est, facere cæpi) videre est. Illud tamen pro te facit, ne quid dissimulando prævaricari merito videar, prolixiorum eam esse, quam ut narrationis filum tenere, suo quidem loco commode potuerit. Hieronymus Blancas in Commentariis de Rebus Celtiberorum pag. V. ita ait: Hujusmodi argumentum diligentissime, ut cætera, Illustrissimus Ant. Augustinus, Tarraconensis Archiepiscopus, in Epistola, quam ad me misit, pertractavit. Illius infra exemplum in extrema horum Commentariorum parte subiicere decrevi, ut ad communis patriæ laudem tanti viri etiam testimonium accedat. Egomet in mearum Epistolarum Præfatione ad pag. XIV. ita scripsi: Si eruditissimus Nic. Antonius publicasset [ut in votis habebat] Ant. Augustini Epistolas, nunc possemus proferre nostrum de illis iudicium. Minime dubito, quin viderentur esse tanto viro dignissimæ: hoc est prudentes, eruditæ, graves, ut sunt ejus omnia. Sed si ex ejusdem una aut altera Epistola ejus Operibus præfixa rem æstimare possumus, deesset illis nescio quid eutrapeliæ, cui se non semper accomodasset tanti viri gravitas. Et ut dicam, licet invitus, quod sentio, lepidiores optaremus. Sed maxime dolendum est, litteratis viris deesse ideas perfectissimas erudite scribendi. At bene sit Hieron. Blancæ Aragonensium Rerum luculentissimo Scriptori, & magni Hieron. Zuritæ successoris dignissimo, qui unam ejus Epistolam, velut ex naufragio tabulam, immortalitati consecravit. His scriptis natus sum Ant. Augustini Epistolas, quas habuere clarissimi, & eruditissimi viri Nicolaus Antonius, & Petrus Diatius Valerius, alique amici mei suo loco memorandi; & plenissimæ sunt bonæ frugis, quod lectores, Deo favente, comprobabunt.

Constitutiones Concilii Provincialis Tarraconensis editæ mens. Novembr. & Decembr. Anni MDLXXXIV. Tarracone apud Philippum Mey. MDLXXXV. \* Joannes Puigius juris & theologiæ Doctor, ac Tarraconensis Academiæ Præfectus, qui in Tarraconensi maximo Templo Sacerdotium illud gerebat, quod a Pœnitentiis \* nomen accepit, in volumine Constitutionum Synodaliū Provincie Tarraconensis, quæ statuta, ac latæ fuerant in illius Diocesis Concilio celebrato ab Josepho Lina, Pontifice Tarraconensi An. MDCCIV. IV. Non. Majas \*, atque in earum Constitutionum Indice ita scripsit: Hic (id est Tarracone) vigilantissimi Pastoris munus implendo, Ecclesiasticæ Disciplinæ amplificator assiduus, volumen Constitutionum secundò edendum curavit. Hoc volumen, rarissimum quidem, mihi est.

Ant. Augustini Archiep. Tarraconensis Juris Pontificii Veteris Epitome, Pars prima. Tarracone apud Philippum Mey. MDLXXXVII. \* Iterum Epitome Juris Pontificii edita fuit Romæ typis Ægidii Spadæ An. MDCXI. \* Rursumque Romæ typis Stephani Paullini An. MDCXIV. tribus voluminibus \* comprehensa: Itemque Lutetiæ additis Decretis de Pœnitentiis \* An. MDCXLI. tribus tunc quoque comprehensa voluminibus \*. Andreas Schottus

\* In fol.

\* In 4<sup>o</sup>.

\* Canon.  
cus Pœnitentiarius.

\* In fol.

\* In fol.

\* In fol.

\* In fol.

\* In fol.



in Oratione funebri inquit: *Nec his contentus ad artem redigere (quod in Jure Civili M. Tullius aliquando cogitarat) cœpit Antonius Jus Sacrum nimis diffuse, nec satis via & ordine traditum: edita nuper Epitome Juris Pontificii Veteris, ad artem methodumque revocata ea parte, quæ de Personis est: Altera enim de Rebus ipsis, & Tertia de Actionibus atque Judiciis, quo ordine Justinianus Imper. Institutiones edendas curavit, ex (a) adversariis Alexandri Peretti Cardinalis Montalti auspiciis lucem tandem Romæ aspexerunt, verendum alioqui erat, ne parentis immaturo interitu partus ille aut posthumus, nec satis politus exiret; aut, quod Deus ne siverit, perpetuo delitesceret. Quam enim partem Veneris Apelles inchoatam reliquit, nemo pictor est inventus, qui absolvere auderet. Nicolaus Antonius in sua Hispaniæ Bibliotheca, ubi agit de Ant. Augustino, sic ait: De cujus Operis fine, utilitate, & excellentia videsis cognominem Auctoris Antonium Augustinum Jesuitam in Præfatione ad integram hujus Epitomes editionem Parisinam Anni MDCXLI. Everardus Otto in Præfat. vol. I. Thesauri Juris Romani pag. VII. ita scripsit: In qua [Juris Pontificii Veteris Epitome] labore immenso gesta, decretaque Romanorum Pontificum, Synodos ubique terrarum coactas, Œcumenicas, & Provinciales, earumque sanctiones diligentissime acquisivit, transcripsit, contulit, & in capita quædam certa seriemque ordinatissime digessit. Duodecim ejus libros priores de Personis ipse Tarracone An. MDLXXXVI. \* (MDLXXXVII.) reliquos autem octo & viginti de Rebus, & de Judiciis, ejus ex fratre filius ex autographo Vaticano, in forma eadem majore, Romæ edidit, cum effigie ejus præmissa An. MDCXI.*

\* In fol.

Amplissimus vir Fridericus Adolphus Hansenus Ehrencronensis in suâ Bibliothecâ Electâ ad pag. XVII. commemoravit de quodam libro, qui ita inscriberetur: *Ant. Augustinus de Pontifice, & Patriarchis, & Primatibus, Archiepiscopis, & Metropolitanis Episcopis; sive Pontificibus vel Sacerdotibus, Conciliis, & Synodis, Chorepiscopis, & Presbyteris, Diaconis, & Hypodiaconis, & Diaconissis, Acolytis, & aliis Clericis inferioribus, Monachis, & Canonicis Regularibus, & de Sacris Virginibus, Laicis, Catholicis, Hæreticis, Apostatis & Schismaticis, Judæis, & Paganis, Romæ MDCXVII.* Notavit autem, eum librum rarum esse. Item David Clemens in volumine altero suæ Bibliothecæ Curiosæ ad pag. CCXXXIX. de eodem libro mentionem habuit typis edito ab Andrea Phaëo. At vero ejusmodi libro nihil aliud continetur præter unam Epitomes Juris Pontificii priorem partem, qua de Personis tantum agitur.

*Ant. Augustini, Archiep. Tarraconensis, De Emendatione Gratiani Dialogorum Libri duo.*

\* In 4°.

\* Pag. 190. & seq.

*Tarracone apud Philippum Mey. MDLXXXVII. \* Latinus Latinus in Epistola ad Ant. Augustinum data Romæ Non. Januar. An. MDLXXXVI. \* ita inquit: Quarro Nonas attulit ad me Molianus tuus Dialogos quinque Prioris Libri de Emendatione Gratiani inscriptos, nuper a te editos, quos statim avidissime legi, simulque Notas, non omnes tamen; oculis enim cogor invitatus parcere. Agnovi tamen in eis admirabilem diligentiam tuam, gravitatis simul, & urbanitatis sale conditam, atque ad studiosorum utilitatem ita accomodatam, ut sperem, posteritatem tibi plurimum debituram. Ex hoc Latini testimonio inferri potest, Ant. Augustinum cum amicis communicare solitum fuisse ea, quæ typis identidem describebantur ex Dialogis de Emendatione Gratiani, antequam eorum Dialogorum facta esset editio. Est vero mihi obiter illustrandum, quod Latinus Latinus obscure notavit; qui quidem vir naturâ erat ambitiosior. Itaque quanquam Ant. Augustinum collaudavisset; proptereaquod Hispanos quosdam homines, qui erant Michael Thomasius Taxaquetus, & Petrus Ciaconius, honestissimis appellaverat verbis: dixit tamen, illos laudem, quæ ei debebatur, sibi eripuisse: Neque enim, inquit, ipsi, neque Romani Emendatores primum observaverunt, in Gratiani Decreto perperam pro Chrysostomo fuisse Chromacium nominatum.*

\* Num.

30.

*Stephanus Baluzius Tutelensis in horum Dialogorum Præfatione \* ita scripsit: Eodem tempore [quo scilicet Romæ Gratiani Correctioni opera dabatur] vir celeberrimus, & eruditissimus Ant. Augustinus, Archiepiscopus Tarraconensis, ut ostenderet, quantum adjumentum afferre ipse posset huic operi, Dialogos scripsit de Emendatione Gratiani refertos multa ac varia doctrina, denique dignos tanto viro. Idem Baluzius in Præfatione illa \* vocavit hos*

\* Num.

32.

*Dialogos Laboriosum viri doctissimi Opus. Zegerus Bernardus Vanespenius in lib. de Histor. Jur. Pontif. \* Part. VI. cap. III. \* ita ait: Vir in re Canonica versatissimus, quique summo studio Libros duos Dialogorum de Emendatione Gratiani summa eruditione confertos edidit, Ant. Augustinus (1).*

\* in Tra-  
Eratu Histo-  
rico-Canonico-  
60.

\* §. III.

*Dialogos de Medallas, Inscrpciones, i otras Antiguedades. Ex Bibliotheca Ant. Augustini, Archiepiscopi Tarraconensis. En Tarragona por Felipe Mey. 1587. En 4. Scriptum fuit, eos Dialogos ex Ant. Augustini Bibliotheca prodiisse; neque enim ab ipso Augustino vulgati fuerunt: quod fortasse æra, quibus nummi, de quibus in iis Dialogis agitur, essent incisi, nondum sibi ab Urbe omnia fuissent allata. Nam illi tantum nummi apparent, qui ad prio-*

[1] Vide sup. pag. 55. §. Quot vir iste &c. & seqq.

(a) Ex Ant. Augustini Vita Antiquitatum Romanarum Dialogis præfixa hæc verba desumpta sunt. Secus autem in Oratione funebri leguntur, ut infra pag. XCIV. §. Juris Pontificii.



priores duos Dialogos pertinent. At ego procul dubio crediderim, eos Dialogos fuisse An. MDLXXVIII. typis cœptos describi. Nam iis litteris, quas ad Fulvium Urfinum dedit prid. Id. Septembr. illius anni, ita inquit: „ Typis curo describi volumen *De Nominibus Propriis* „ τῶ πρῶτον; itemque librum aliarum quarundam rerum, quæ sane minus probe digestæ sunt, „ quæve ad antiquitatem, atque ad concilia pertinent “. Quid de Conciliis dicere voluerit, non satis constat. Illud in dubium vocari non potest, fuisse ab eo Conciliorum Tarraconensium acta collecta, quibus notationes quasdam addidit; ut ipse Augustinus ait de Emendat. Gratiani lib. I. Dial. II. Andreas Schottus in Epistola, qua hos Dialogos ab sese latine redditos misit ad Nicolaum Roccoxium Equitem Antuerpiensem VI. Consulem, ita scripsit: *Nomismatum quidem enigmata explanantur latino, & populari sermone nonnulli, sed hujus nostri (Ant. Augustini) luminibus obscurere (si quod in his iudicium est meum) nemo hætenus est visus. Quis enim paria unquam fecit?* Idem Schottus in Indice eorum, qui de Nomismatis scripserunt, & Imagines exhibuerunt, ait: *Ant. Augustinus Princeps Antiquariorum. Ezechiel Spanhemius in Præfatione Dissertationum de Præstantia & Usu Numismatum ita scripsit: Versantur quidem in omnium manibus soli ferme, qui hætenus studiosos Antiquitatis his mysteriis initant, Ant. Augustini Dialogi, viri, si quisquam alius sua ætate, Romanæ & Antiquitatis & Jurisprudentiæ studiis exculti egregiè & perpolitè; iudicii autem, quod pluris adhuc facio, exacti valde, ac limati.* Idem in Dissertat. I. pag. XXV. ita inquit: *Religio foret præterire hoc loco Ant. Augustinum Tarraconensem Archiepiscopum, quo nemo adhuc forte feliciter hanc ornavit provinciam, aut usum illi ac dignitatem suam luculentius aperuit* (1). Et Dissertat. IV. pag. CCCIV. ita dixit: *In qua sententia fuisse jam olim video virum hujus Antiquitatis intelligentissimum Ant. Augustinum.* Hetrusce postea hi Dialogi redditi, atque in lucem emissi fuerunt ita inscripti: *Discorsi di Antonio Agostino sopra le Medaglie divisi in XI. Dialoghi tradotti dallo Spagnuolo. In Roma per Ascanio e Girolamo Donan-geli. 1592.* \* Langletensis Abbas in Historiæ perdiscendæ Methodo \* ait, fuisse eos Dialogos hetrusce redditos An. MDLXXIX. Sed, ubi id volumen sit, nemo novit. Sunt vero mihi hi Dialogi hetrusce redditè, atque ita inscripti: *I Discorsi del S. Don Antonio Agostini sopra le Medaglie & altre Anticaglie divisi in XI. Dialoghi tradotti dalla lingua Spagnuola nell' Italiana. Con la giunta d' alcune Annotazioni, e molti ritratti di belle e rare Medaglie. Si è messo di più nel fine l' Originale Spagnuolo per sodisfattione di molti.* \* Quo anno, quo in loco, & a quo typographo liber fuerit editus, in ejus inscriptione non legitur: Neque etiam in voluminis fine iidem hispanice scripti Dialogi reperiuntur; quod in libri inscriptione fuerat expressum. Qui Dialogos hetrusce converterat, ille nomen celavit suum; neque librum ulli magno viro (ut moris est) misit; neque præfationem confecit ullam. Nummos addidit permultos. Ad extremum volumen Index rerum omnium, quæ Dialogis continentur, ab Venantio Mazzutillio comparatus habetur. Iidem quoque Dialogi extant alias hetrusce redditè, atque ita inscripti: *Dialoghi di D. Antonio Agostini intorno a le Medaglie, Inscrittioni, & altre Antichità tradotti di lingua Spagnuola in Italiana da Dionigi Ottaviano Sada. Roma. 1650.* Nummos id volumen habet ligno incisos [2]. Iidem fuerant antè typis editi ita inscripti: *Dialoghi d' Antonio Agostino intorno alle Medaglie, Inscrittioni, ed altre Antichità, tradotti di lingua Spagnuola in Italiana da Dionigi Ottaviano Sada. In Roma 1592.* \* Alias etiam typis editi fuerunt ita inscripti: *Dialoghi di D. Antonio Agostini Arcivescovo di Tarracona intorno alle Medaglie, Inscrittioni, & altre Antichità tradotti da Dionigi Ottaviano Sada, & di nuovo accresciuti con diverse annotazioni, & illustrati di molte Medaglie, & altre figure. All' Illustriff. e Reverendiss. Sig. Card. Lodovico Lodoviso, Vicecancelliere di S. Chiesa. Stampati da Andrea Fei, ad istanza di Pompilio Totti & Andrea Montano l' anno del Giubileo 1625. in Roma.* In extremo volumine hæc leguntur verba: *In Roma appresso gli Stampatori Camerali. Con licenza de' Superiori* \*. Hoc volumen diligenter conferendum est cum superiore volumine anni MDXCII. ut cognosci possit, an unum idemque volumen sit commutatà inscriptione. Volumen hoc post libri inscriptionem habet quandam Octaviani Sadæ Præfationem; quæ quidem non reperitur in volumine typis edito An. MDCL. \* Eam sequitur Sadæ Præfationem Index eorum, quorum scripta in his Dialogis appellantur; tum Epistola, qua Pompilius Tottus, & Andreas Montanus illud volumen ad . . . . miserunt. Apparent postea nummi optimo donati ordine; qui quamvis in ligno incisi fuerint, satis tamen habent dignitatis, numeroque præstant illis, quos Augustinus primò in lucem emiserat. Undecim tantum Dialogos volumen continet, tercentisque constat paginis. Præclarus in eo est rerum omnium, quæ totis Dialogis continentur, Index: quem sequitur nummorum aliquot explanatio, qui nummi ad duodevigesimalam paginam pertinere debuerant; nisi tardius in auctoris manus pervenissent. Ea porro explanatio XII. omnino paginis continetur.

\* In 4<sup>o</sup>.  
\* Vol. 9.  
pag. 177.

\* In 4<sup>o</sup>.

\* In fol.

\* In fol.

\* In fol.

Tho-

[1] Vide sup. pag. 57. §. Quod in Dialogis istis &c. & seqq.

[2] Schombergius Baro, in *Biblioth. vol. I. pag. 62.*



- Thomas Hydes in indice Bibliothecæ Bodlejanæ ait, hos Dialogos fuisse typis editos etiam
- \* *In fol.* An. MDC. \*
  - \* *In fol.* Philippus quidem Rossius illos typis edidit Romæ An. MDCXLVIII. \*
  - Postremo hi Dialogi secundum priorem editionem Tarraconensem typis editi fuerunt ita inscripti: *Dialogos de Medallas, Inscriciones, i otras Antiguedades. Ex Bibliotheca Ant. Augustini Archiepiscopi Tarraconen. Al Rei nuestro Señor por mano de D. Sebastian de la Quadra. Con privilegio. En Madrid: en la Oficina de Josef Francisco Martinez Abad, en la Calle del olivo bajo. Año de 1744.* \* Editionis auctor extitit Andreas Gonzaletius Barciensis, qui inter Numantinos & Carpetanos Regii Consilii, atque Ærarii Præfectum agebat; eoque vita functo volumen in lucem emisit Andreas Gonzaletius Barciensis Carvallidus, uti dictum supra a nobis est.
  - \* *In 4º.* *Æternæ memoriæ viri Ant. Augustini, Archiepiscopi Tarraconensis, Bibliothecæ Græca M. S. Latina M. S. Mixta ex Libris editis variar. Linguarum. Tarracone apud Philippum Mey MDLXXXVI.* \* Henricus Brenemannus in Histor. Digestor. Lib. IV. cap. IV. pag. CCCXLIX. ita scripsit: *Postremo rarissimus est, & ejus rei causa cum manuscripto propemodum æquiparandus Bibliothecæ Ant. Augustini Librorum manuscriptorum Index, Tarracone MDLXXXVI. forma, quam vocant in quarto. In eo, si recte memini, perpendit usum, & auctoritatem illorum Librorum, in quibus adeo & eorum, quæ ad Jus Civile spectant. Vidi, nec usquam alibi videre contigit, hunc Librum in magnificentissima Barberinorum Bibliotheca, ad quam mihi quotidianus, & familiaris accessus ab Eminentissimo illius possessore perhumaniter concedebatur (1).*
  - Fragmenta Historicorum collecta ab Ant. Augustino, emendata a Fulvio Ursino. Fulvii Ursini Notæ ad Sallustium, Cæsarem, Livium, Vellejum, Tacitum, Suetonium, Sptianum, & alios. Antuerpiæ ex Officina Plantiniana. MDXCV. \*
  - \* *In 8º.* *Notæ Criticæ ad Divi Isidori, Episcopi Hispalensis, Etymologiarum Libros XII. priores, Madridi ex Typograph. Regia MDXCIX.* \* Jo. Grialius in Præfatione ita scripsit: *Ant. Augustinum sanctissimum Antistitem, deque suis Libris toto orbe notissimum, cum ad XII. Librum perventum esset, hoc est opere prope in medio, mors occupavit (2).*
  - \* *In fol.* *Concilia Generalia Ecclesiæ Catholicæ Gr. Lat. Paulli V. auctoritate edita. Tomi IV. Romæ ex Typ. Vat. MDCVIII.* \* Andreas Schottus in Hispan. Biblioth. pag. CCCXX. ita inquit: *Concilia Græca & Latina, quæ Romæ nunc (anno scilicet MDCVIII. quo suam Bibliothecam Schottus edidit) Pontificum liberalitate in Vaticana Typographia excuduntur (3).*
  - \* *TT. II.* *Juris Pontificii Veteris Epitome Auctore Illustriss. & Reverendiss. D. D. Ant. Augustino, Archiepiscopo Tarraconen. Pars Secunda & Tertia de Rebus & Judiciis. Romæ. Ex Typographia Ægidii Spadæ MDCXI.* \* Initio prioris voluminis legitur ejusdem Ant. Augustini de quibusdam veteribus Canonum Collectoribus Judicium ac Censura: quod Judicium egregium vocavit Nicolaus Antonius. De Epitomes autem utilitate vide Præfationem Partis Secundæ & Tertiæ, quam conscripsit Antonius Augustinus Jesuita (4). Andreas Schottus in oratione, quam habuit in Funere Ant. Augustini, ita inquit: *Nec his contentus, ad artem redigere, quod in Jure Civili M. Tullius aliquando cogitavit, cœpit Antonius Jus Sacrum, nimis diffusè, nec satis via & ordine traditum, edita nunc Epitome Juris Canonici, ad artem methodumque revocata ea parte, quæ de Personis est. Altera enim de Rebus ipsis, & Tertia de Actionibus, atque Judiciis, quo ordine Justinianus Imp. Institutiones edendas curavit, in adversariis \* adhuc latent, lituris plenæ. Verendum itaque, quod invidus refero, atque urinam falsus augur aliquando deprehendar, ne parentis immaturo interitu partus ille, aut posthumus sit, nec satis politus exeat, aut, quod Deus ne siverit, perpetuo delitescat. Quam enim partem Veneris Apelles inchoatam reliquit, nemo pictor est inventus, qui absolvere audeveret. Sunt in Vaticana Bibliotheca Epitomes Juris Pontificii volumina \* exiguæ molis XXXVII. quibus quidem præclari operis partes tres totæ continentur. Volumen autem ejusdem Bibliothecæ CCCCCI000000. CDLXXXIV. prima continet illius operis rudimenta: Constat enim pluribus chartæ generibus simul junctis, ac futis, itemque schedulis frustisque, quorum alia aliis conglutinata sunt, atque emendationes & additamenta continent. Pleaque Augustinus ipse suâ manu scripsit: in nonnullis vero manum Francisci Aduartis mihi videor agnoscere: quædam etiam ab ipsius Augustini Nepote, & ab aliis quoque scripta fuerunt. Ibi etiam exstat Epistola, qua liber Pererio Cardinali missus dicatusque fuit; postque illam Censoris \* Decretum, uti liber edi posset: Ut satis quidem constet, eo exemplari typographum usum fuisse. Supra diximus, priorem Epitomes partem Tarracone typis descriptam fuisse An. MDLXXXVII. Augustino autem demortuo Franciscus Aduartes partem alteram,*
  - \* *V. sup. pag. 92. S. Ant. Augustini Archiep. in fol.*
  - \* *Vicem gerentis.*

[1] Vide sup. pag. 76. §. Quum itaque Ant. Augustinus &c. & seqq.

[2] Vide sup. pag. 36. §. Posteaquam Augustinus a Tridentino &c. & seqq.

[3] Ibidem.

[4] Vide sup. pag. 62. §. Inter alia &c. & pag. 79. §. Juris pontificii &c.



tertiamque ad Urbem advexit; atque ibi fuerunt typis descriptæ. Quoniam vero non poterat sine maximo impendio, multisque difficultatibus ex Hispania afferri prior pars typis descripta, quæ una totius operis perfectioni deerat; hæc quoque iterum Romæ typis descripta fuit An. MDCXVII. De utraque Urbana editione satis quidem habeo, ut suspicer; sed sane nihil certo sciri potest: proptereaquod exemplar manu multorum scriptum apparet, ac profecto nihil de eorum hominum, ne Francisci quidem Aduartis, manu affirmari potest; ut ex iis, quæ dicturi sumus, poterit colligi.

Itaque, quod ad primam attinet partem, suspicione id commodius mihi videor attingere: nam facili negotio institui comparatio potest: Atque si quid sit discrepantiæ, nisi Romana editio quid probatius exhibeat, Tarraconensem certe editionem sequi debemus, quippe quæ coram Augustino peracta fuit.

In alterâ autem, itemque in tertiâ parte difficile factu est, ut sciri possit, an emendationes, & additamenta ipse fecerit Augustinus, vel alius quisquam; omnia enim æque in exemplari sunt; atque Augustini scriptura vel lituris sublata fuit, vel delitescit.

Tantum duo quædam sunt, quæ nonnihil veritatem nobis aperire possent. Atque, quod ad primum attinet, sciri oportet, Franciscum Aduartem (qui ad Urbem manu volumen scriptum advexit) quæ sibi esset de eo toto opere opinio, multis verbis ad Carrafam Cardinalem scripsisse. Nam volumen composuit satis magnum, quo de operis inscriptione, atque ordine, deque secundâ tertiâque parte fuse disputavit. Priori parti notationes adjecit in margine voluminis Tarracone editi: atque si cæteræ notationes ejusmodi forent, nihil reliquum fecisset.

Quod autem spectat ad alterum, misso Aduartis volumine, missisque notationibus, quæ sunt in volumine typis descripto, observari debent ea, quæ apparent in exemplari, quod Aduartis manu scriptum exstat: verisimile enim est, id exemplar omnia continere additamenta, vel etiam illud ipsum esse, quod Aduartes, Augustino vitâ functo, ab ipso Augustino scriptum fuisse credi voluit: at certe non est illud, quod ab Ant. Augustini Nepote scriptum fuit, quodque ipso mandante Augustino auctum, emendatumque fuisse crediderim. At vero ipsum volumen, quomodo se res habeat, ostendet.

His itaque animadversis, opus esset, ut quis prudenter, ac sedulo conferret notationes omnes, atque animadversiones, quæ Aduartis libro continentur, cum primâ Epitomes parte, quam Augustinus ipse typis curavit describi; ut agnosci posset, an in eâ parte cum Romæ typis iterum descripta fuit An. MDCXVII. quicquam fuerit immutatum de Tarraconensi editione habitâ An. MDLXXXVII. tum etiam an in secundâ tertiâque parte, quæ Romæ typis descriptæ fuerunt An. MDCXI. fuerint ob Aduartianas notationes immutata Ant. Augustini sententiæ, ac dicendi formæ, de quibus sermo iis notationibus habetur.

Ex usu etiam foret ipsas Aduartis animadversiones cum Epitomes exemplari, quod in Bibliotheca Vaticana adservatur, diligenter conferre; ut inde colligi posset, utrum emendationes illæ, illaque additamenta, præsertim quæ Aduartis manu scripta apparent, inducta fuerint contra ac ipse scripserat Augustinus: nam si Aduartis observationes potiore locum consecutæ sunt, certe ea, in quæ observationes illæ cadunt, expulsa fuerunt, perpetuoque addicta silentio. Hac ratione non sine multo quidem labore, sed tamen certissimis viis restitui possent ea, quæ Ant. Augustinus scripta reliquit, atque sub suo nomine haberi voluit, ejectis iis, quæ homini attributa fuerunt sub specie emendationis, vel ornamenti.

Nunc jam abs re non erit hic addere caput quoddam Epistolæ Martini Joannis Augustini, qui vir in Tarraconensi maximo Templo sacerdotium, & ærarii præfecturam gerebat, scripsitque hanc Epistolam anno (ut mihi quidem videtur) MDCXVII. quod ex iis, quæ Epistolâ ipsâ continentur, inferri potest. Porro eam dedit ad Andream Schottum Jesuitam, hisque usus est verbis: „ Morlanesius Sacerdos a me notationes petiit, quibus Augustinus Tarraconensis Pontifex priorem Epitomes partem illustravit. Id enim agitur, ut in Belgis Epitome univèrsa iterum typis describatur. Eas ego tantum habeo, quæ ad tria priora libri primi capita pertinent. Reliquas enim, quas vidi, quæve complectebantur capita omnino octo, cupientem me exscribere tempus defecit. Exscriptæ fuerunt ad te mittendæ. Quamquam librarius negligentior se in eo præbuit, quod versiculorum initium fecit verbis illius capituli, ad quod notationes pertinent; itemque quod vacua intervalla non reliquit, quibus verba græca scriberentur. Tum etiam varias quasdam lectiones, quæ debuerant in margine exscribi, ipsis admiscuit notationibus. Eas itaque ad te misi emendatas, hisque omnibus purgatas erroribus: quod quum facerem, non eò certe spectabam, uti illæ typis describantur; sed cupiebam, aliquem reperiri, qui eas imitatus notationibus totas tres Epitomes partes illustret; quibus quidem ea omnia persequatur, quæ ad unumquodque caput spectantia invenerit in Conciliorum Actis, atque in Pontificum Maximorum Epistolis, quæ post Innocentii Tertii tempus divulgata fuerunt; cujus quidem rei specimen, ac exemplum notationes, quas misi, exhibent. Hoc enim Ant. Augustinus cupiebat, uti Epitomes vetustatem, notationes autem nostrorum temporum usum referrent “. Hactenus Martinus Joannes Augustinus. Hæc Ant. Augustini notationes quærere oporteret apud Belgas in Jesuitarum Collegio, in quo Schottus mortem obiit: ibi fortasse erit etiam Commentarius, quem ipse Martinus Joannes Augustinus  
de



de Ant. Augustini vitâ conscripsit: Nam eâdem Epistolâ post ea, quæ supra a nobis exscripta sunt, ita ait: „ Commentarium quoque ad te misi, quem de Augustini Pontificis vitâ latine conscripsi. Equidem nihil non exscripsi ex iis, quæ abs te in Laudatione funebri, atque in Bibliothecâ Hispanâ dicta sunt. Quæ unius Oratoris erant omisi, itemque nonnulla, quæ historiam obscuriorem reddere mihi visa sunt. Nonnulla etiam emendavi, ut veritati infervirem. Quædam etiam addidi, licet perpauca. Tu, si confidentius egi, habe me excusatum; quod & homini mihi omnibus rebus conjunctissimo, & necessitudini nostræ nimium, fortasse tribuerim “. Ex his verbis colligi potest, Commentarium illam, quem Martinus Joannes Augustinus de Patru sui vitâ confecit, paullo plura habuisse, quam quæ Andreas Schottus scripserat; ipsumque præterea Schottum nonnunquam erravisse, cujus quidem errores erant fortasse, qui a nobis etiam his commentariis emendati sunt.

Jam vero, ut ad Juris Pontificii Epitomen revertamur, liber Romæ in pergraves incidit controversias. In Bibliothecæ Vaticanæ volumine CCCCCLXXXIV. DXXIV. habetur Francisci Aduartis de eâ Epitome judicium. Homo in ipso dicendi initio libri inscriptionem capit. Differit pluribus rationibus in utramque partem; sed ad extremum eam inscriptionem defendit. Tum animadvertit, toto opere easdem sæpe leges usurpari, inculcarique: veruntamen ait, eas nunquam integras iterum adduci, imò verò sæpius illarum capita tantum indicata esse. Observat quoque, Ant. Augustinum, cum librum exscriberet, hæc eadem ipsum sibi objecisse. Suspiciari etiam se inquit futurum, ut Romæ Augustinus male audiret; proptereaquod minores Pontifices \* Romanis Purpuratis prætulisset. Postea autem nonnulla Epitomes capita, nonnullosque versiculos observationibus, ac notationibus illustrat. Enimverò hoc Aduartis opus neque continuatum, neque ad finem perductum est. Chartâ porò Aduartes usus est planè obsoletâ; quinimo scripsit quandoque in intervallis vacuis epistolarum, quæ sibi ab amicis mittebantur, inter quas una apparet Paleotti Cardinalis Bononiæ data a. d. VIII. Calend. Septembr. An. MDXCIII. in qua præter cætera hæc verba leguntur: „ Ex litteris tuis III. Idus datis magnâ cum voluptate intellexi, te optime valere, atque Conciliorum Generalium Acta, quæ latinè conscripta sunt, Præfationibus exornare “. Qua ex re colligi potest, magnum Ant. Augustini opus, quod Conciliorum Generalium Acta complectebatur, a publica luce tunc temporis non abfuisse; ut revera non multo post ea Acta edita fuerunt.

*Notæ in Canones LXXII. ab Hadriano Papa adversus falsos accusatores & oppressores Episcoporum & Pontificum in gratiam Ingelrami Mediomatricum Episcopi Romæ tunc degentis collectos, & communicatos Indict. IX. Anno DCCLXXXV. editæ fuerunt An. MDCXVIII. in Concil. vol. V. pag. DLXV. & seqq. secundum editionem Severini Binnii [1].* Has scilicet Notationes crediderim ego illum esse librum, quem Martinus Baillus, & Andreas Schottus inter Augustini scripta, quæ quum ipsi scriberent typis nondum fuerant vulgata, adnumeraverunt; qui liber inscriberetur *Ad Hadrianum Liber Singularis*. Ant. Augustinus idem de Emendatione Gratiani lib. I. Dial. III. Petrum Galesium secum ita loquentem induxit: *Memini videre Romæ Notas tuas ad Hadrianum, sive Engelramum, in quibus de hac emendatione dicebatur, eamque aliis Burchardi, & Ivoonis locis confirmabas.* Præterea idem Augustinus Dial. XV. ejusdem libri postquam ostendisset, Gratianum falso tribuisse Concilio Sexto aliquot leges Trullanas, ita inquit: *Conjungi his possunt illa Hadriani nomine Capita ad Ingelramum, quæ cum Hadriani nihil habeant, ejus nomine feruntur.* Zegerus Bernardus Vanelpenius in lib. \* de Histor. Jur. Pont. Part. IV. Cap. II, postquam multa, quæ eodem spectarent, in medium attulerat, ita collegit: *Hinc non obscurum est, Ant. Augustinum scripsisse hæc Capitula habitata quidem fuisse Hadriani: ideoque eis & titulum vulgarem præposuisse; sed tamen credidisse, ea ab Hadriano non fuisse ex Synodis & Decretis Pontificum collecta. Nec id sane sine fundamento credidit. Collectio enim plena est falsis illis Pseudo-Isidorianis Decretalibus, quemadmodum in Notis suis ad singula pene capita ostendit Ant. Augustinus. Verisimile autem non est, Hadriano notas fuisse dictas Decretales; quandoquidem Anno DCCLXXIV. offerens Canonum Codicem Carolo Magno, solas Decretales a Dionysio Exiguo relatas eidem inseruerit, nulla harum Decretalium facta mentione, aut ullo ex illis relato Decreto. Quare plures hodie credunt cum Ant. Augustino, hæc Capitula non ab Hadriano esse collecta, sed esse Agilrami, qui ea ex novitiis veterum Pontificum Epistolis ut plurimum collegerit, & Hadriano obtulerit; & ita suspicatur Stephanus Baluzius in Præfatione ad Dialogos Ant. Augustini de Emendatione Gratiani.*

*Ant. Augustini Episcopi Herdensis Epistula ad Latinum Latinium, data Herdæ Idib.*

\* In 4<sup>o</sup>. Jun. MDLXXVII. typis edita Romæ Anno MDCLIX. \* Inter Latini Latini Viterbiensis Epistolas, pag. CLXXI. Eâ Epistolâ Augustinus scripsit, quid ipse sentiret de Fermento, de quo Innocentius Primus verba fecit in Epistola I. ad Decentium (2).

Li-

[1] Vide sup. pag. 79. §. Liber, qui inscribitur: *Notæ &c.*

[2] Vide sup. pag. 80. §. Quod ad latinas attinet &c.

\* Episcopos  
Cardinalibus.

\* In Tra-  
ctatu Histo-  
rico-Canonico.



*Liber Epistularum ad diversos* recensetur a Martino Baillo inter libros non editos. Postea tamen nonnullæ beneficio eruditissimorum virorum luce publicâ fruuntur.

*Libro de Cartas Españolas.* Nicolaus Antonius iis litteris, quas Madriti a. d. VIII. Calend. Quinctil. dabat, cum Didacum Josephum Dormerum multis efferret laudibus, propterea quod in Progressibus Historiæ apud Celtiberos plurimas hominum clarissimorum epistolas in publicum protulisset, ita scripsit [1]: „ Ea, quæ tu Hieronymi Zuritæ laudationem subsequi voluisti, & quidem cum reliquis mirifice junguntur, & ad Historiæ Progressus patefaciendos egregie juvant. Nobis vero scriptorum plane thesaurum præbuiti hominum nobilissimorum, qui vel rebus gerendis, vel litterarum studiis patrum nostrorum memoriâ floruerunt. Et sane ea res multam, ut puto, est voluptatem allatura omnibus iis, quibus ejusmodi scripta probantur. Illæ ad Zuritam scriptæ Epistolæ omnes hominis continent laudationem; nec minus illis ipsis, qui eas scripserunt, laudi esse debent: Neque enim quis eorum minor est, quam Ant. Augustinus Tarraconensis Pontifex, Hieronymus Osforius Sylvensis in Algarbis Antistes, atque alii hujus indolis. Eas dico epistolas hominum clarissimorum præclara quædam esse monumenta, maximique fragmenta precii: Quandoquidem si dividatur speculum in partes ut ut multas; tamen earum quælibet eandem servat virtutem, quam integrum speculum habuisset: Atque uti virorum, qui cæteris excellunt artibus, gestæ res omnes omniaque plane verba, tametsi minima sint, observatione habentur digna; quod id hominum virtuti, eorumque memoriæ tribuatur: Ita eodem honoris genere eos, qui litteris excellunt, prosequi debemus. Quorum scilicet adumbratio quævis locum habet potiore apud eos omnes, qui teretes aures habent intelligentique judicium, quam perfecta aliorum opera “.

*Carmina nonnulla sparsim edita* (2). De hoc Poerices, humanarumque artium studio notari debent quæ ipse Augustinus Andreæ Schotto dixit, quæve fuerunt ab eodem Schotto in Laudatione funebri memoriæ prodita: Nam postquam de ejusmodi studiorum utilitate verba fecit, ita inquit: *Poeticam idcirco adolescens attigit; pangebaturque interdum Carmen, alternis versibus longiusculis, non invito Apolline. Equidem de me [inquit] confitebor ingenue, nunquam me ab his studiis abhorruisse, sed ad illa respectum habere; sine quibus litteris nihil diu victurum posterorum memoriæ prodi potest. Nec me pudet, nec cur pudere debeat, video. Ceteros pudeat, qui ea fere, quæ ingenii tarditate, vel ignavia consequi non poterunt, in aliis damnare solent, & vitio vertere, ne se ipsi ignavia, vel insipientiâ condemnare tacito quodam præjudicio cogantur. O tempora! O mores! O insipiens hoc seculum, & inficetum! Jaceret profecto jurisprudentia, reliquæque discipline pessum irent densâ tenebrarum caligine involutæ, nisi litterarum lumen accederet.*

## Index Antonii Augustini Scriptorum, quæ nondum typis edita fuerunt.

*Accesserunt probationes, quibus ea Augustinum scripsisse ostendimus.*

**J**uris Pontificii Institutiones recensentur a Martino Baillo (3), & Andrea Schotto (4) inter libros non editos. Volumen quorundam fragmentorum libri primi, & libri secundi harum Institutionum mihi est, paginisque constat LVIII. \* quod quidem mihi exscribi curavi ex exemplari, quod erat apud Michaellem Cebrianum Cauriensem Antistitem. Franciscus Royelius Andegaventis Juris Doctor in Proœmio Institutionum Juris Pontificii, ita scripsit: *Utinam editæ essent Juris Canonici Institutiones, quas ab Ant. Augustino scriptas fuisse ait doctissimus Baluzius ad Decretum Gratiani. Proculdubio iis me totum dedissem, nec ullatenus manum admovissem calamo.*

\* De 58. foliis in 4<sup>o</sup>.

*Concilia Græca & Latina* [quæ ut conjector (5) Romæ typis edita fuerunt An. MDCVIII.] *cum Historia, & Scholiis & Variis Lectionibus* [6]. Andreas Schottus in Oratione, quam habuit in funere Ant. Augustini, ita inquit: *Ex quo Tridentino Concilio domum*  
Tom. II. n re-

[1] *Hispanor. Epist. Morales, Militares, Civiles, & Litterariæ* ab Greg. Mayansio Siscario collectæ & editæ. Madriti typis Jo. Zunnigenfis An. MDCCXXXIV. in 8<sup>o</sup>. ad pag. 148. & seq.

[2] Vide sup. pag. 80. §. Damides quidem &c.

[3] *In Indiæ scriptorum Ant. August.*

[4] *In Hisp. Biblioth. pag. 320.*

[5] Vide sup. pag. 36. §. Posteaquam Augustinus &c.

[6] Baillus & Schottus *locis allegatis.*



revertit, Concilia Œcumenica quatuor, quæ Beatus Gregorius P. M. quatuor Evangelii sub-  
jungere, & æquare non dubitavit, collectis in Italia ex omnibus Bibliothecis exemplaribus  
Græcis, græce edere cogitabat, quod ea Canonum Collectio eo magis indigere hac lucubratione  
videretur, quo infeliciori nata erat seculo, ex Compilationibus Burchardi Wormaciensis, Ivo-  
nis Carnotensis, Deusdedit Cardinalis, Anselmi Lucensis, & Gratiani Monachi, qui &  
ipsi ex Sanctorum Patrum Ecclesiæ Catholicæ scriptis hinc inde sententias in classes redigere  
& ad capita revocare conati sunt. Nicolaus Antonius in sua Hispaniæ Bibliotheca, ubi agit de  
Ant. Augustino, sic ait: *Historia Conciliorum nondum suo tempore editorum, quam scripsisse  
eum refert Hieronymus Romanus de la Higuera in Historia adhuc MS. Toletanæ Urbis & Regni*  
\* Fol. 165. *lib. IX. cap. IX. In Bibliothecæ Vaticanæ volumine CCCIOOO. CMLVIII. \* quidam manu (quæ  
certe non est Ant. Augustini) liber scriptus existit, qui ita inscribitur: Index librorum ex Bi-  
bliotheca Ant. Augustini, Archiepiscopi Tarraconensis, ad Conciliorum & epistolarum Pon-  
tificiarum editionem pertinentium. Paginis constat duodecim circiter. Libri capita hæc sunt:  
Græci libri Conciliorum non editi: Latini libri non editi Conciliorum. Variæ lectiones, &  
exemplaria antiqua Conciliorum. De Historia Conciliorum. Epistolæ Pontificum Romanorum  
non editæ. Variæ lectiones, & exemplaria Epistolarum Romanorum Pontificum. De Vitis  
Romanorum Pontificum libri, & variæ lectiones. De Proæmiis eorum, qui Concilia college-  
runt. Tanto scilicet rerum apparatu Conciliorum actis edendis opus erat. Sane hujusmodi fe-  
dulitate edocemur, qua ratione præclara quæque peragi debeant.*

Una cum Conciliorum Actis Historia quoque esse debebat. Porro de ea Conciliorum Hi-  
storia verba fecit Rodericus Zapata litteris ad Ant. Augustinum datis a. d. X. Calend. De-  
cembr. An. MDLXXXIII.; quarum quidem litterarum manu exemplum scriptum habeo. Iis  
enim ita scripsit: „ Conciliorum Historiam, quam typis edere constitueras, abs te parari ve-  
„ hementer cupio: nam post illorum Epitomen aptissimum habebit locum. Ipsum est etiam  
„ opus gravitate plenum, tuoque nomine, tuaque doctrina dignissimum “.

*Correctiones Dionysii Areopagite collatis inter se variis exemplaribus manuscriptis.*  
Franciscus Turrianus in Epistola, qua ad Ant. Augustinum misit Joannis Sapiensis scripta, ita  
inquit: *Memini, Illustrissime & Reverendissime Domine, quod nescio an ipse recorderis,  
quod ante annos multos, cum Correctiones Dionysii Areopagite Venetiis summa diligentia,  
collatis inter se variis exemplaribus manuscriptis a te olim cum juvenis esses, descriptas &  
notatas perissem, ipsum illum librum annotatum, & correctionibus resectum liberaliter mo-  
re tuo misisti, quem ego ως ἱερὸν κειμήλιον ἐν Σαμείοις.*

*Martyrologium more S. Rom. Ecclesiæ universalis scriptum, & emendatum ab Alexan-  
dro de Peregrinis Presbytero Brixienti, & collatum cum veteribus Libris ab Ant. Augusti-  
no grata recordationis viro. Venetiis apud Jo. Variscum MDLX. \* Ita Martinus Baillus scri-  
ptum reliquit in Indice Librorum variorum Ant. Augustini ad Volum. CMXLVI. Habetur hic  
liber typis descriptus; notationibusque Ant. Augustini ad margines illustratus in Regia Divi  
Laurentii Bibliotheca, ubi ego eum vidi.*

*Dialogi Legales, sive Quæstiones Juris Dialogorum more tractatæ. De his ipse Ant. Au-  
gustinus verba fecit in Epistola ad Bernardum Boleam data VII. Id. Octobr. anno (ut colligi  
potest) MDXL. Eam epistolam habuit Nicolaus Antonius, ut constat ex ejus Biblioth. Hi-  
span. vol. I. pag. LXXX. \* Eam etiam habuerunt clarissimus vir Petrus Diatius Valerius, &  
nobilissimus Ferdinandus Velascus, qui mecum illam communicavit. Itaque Augustinus ita scri-  
psit: *Ad mea studia venio, quæ Tibi curæ esse certo scio. Est etiam quod ad Te pertineat.*  
\* Col. 2. *Cum enim aliquando cum Hieronymo fratre de meæ vitæ ratione per litteras agerem; pe-  
tuit is a me, ut conscriberem aliquid, quo meorum studiorum fieri certiores possent ii, qui  
Magistratus in Hispania deferunt. Ego vero invitus cæpi: quodque præ me semper tuli, bonis  
litteris Juris nostri scientiam conjungere, Dialogis aliquot Quæstiones acriter a nostris Do-  
ctoribus disputatas conscribo, quibus mei mediocritatem ingenii inveniendis, collocandis-  
que, & diluendis argumentis, cognitionem Latinæ Linguae, si quam habeo, exornanda quæ-  
stione, & ad Tullianam Socraticamque imitationem deducenda [quoad per me fieri potest]  
ostendo. Si quæris quicum in his disputem: Tecum primum, cui magnam eorum partem de-  
beo, cumque Ruitio [1] & Sora [2] opinor, condiscipulisque aliis meis, qui post meam pro-  
fectionem, Bononiam, inque meam venerunt familiaritatem. Quæ cum confecero, perpetuam  
unam, aut alteram interpretationem sumam. Insanire me dices: scio: eam autem solam ob-  
rem non insanio: quod se esse sanos insani credunt, cum ego me dementem existimem.  
Morem tamen Hispanis hominibus gero. Neque tamen me putes edere vulgo hæc: non enim  
tanti est, quod ambio. Quanguam nullo negotio peccati adolescentia veniam impetraret.  
Præstat tamen non peccare pudori? His Augustinus significavit, sese scribere solitum fuisse,  
magis ut suis morem gereret, quam quod ad eam rem paratus satis esset. Ex alia Epistola,  
quam Bononiæ ad eundem Boleam scripsit III. Id. Maj. An. MDXLI. duos Dialogos ad eum  
mi-**

[1] Petrus Ruitius Morosensis.

[2] Joannes Sora.



mississe constat. Nam ita inquit: *Gregorius noster Româ Dialogos duos tibi perferendos curabit: in quibus nihil invenies te lectore dignum, ut laudes: erunt tamen (scio) satis multa, quæ reprehendas; de quibus mihi quid sentias, explicabis. Cum his quoque litteris Carmina habebis, quibus ego varie lusi, dum otiosus esse nescio. Quæ tamen omnia ita leges, ut tua: namque pro nostrorum animorum conjunctione nihil sit inter nos oportet, quod utriusque non sit.* His scilicet Ant. Augustinus per ocium dislinebatur.

*Digestorum cum Institutionibus, & Constitutionum Codice Comparatio.* Ipse Ant. Augustinus in Emendationum lib. I. ita non procul a fine scripsit: *Itaque non solum Digesta inter se comparanda, sed & Institutiones ad Digesta, & ad Constitutionum Codicem conferendas curavi: in quo mirum in modum Florentinis Libris adjutus sum: quod alio tempore omnibus patefaciam.*

*Ad Hadrianum liber singularis.* Commemoravit de hoc libro Martinus Baillus inter Ant. Augustini libros, qui nondum typis editi fuerant. Petrus autem Galeus, qui in Dialogis de Emendatione Gratiani introductus fuit loquens, ita in tertio Dialogo ait: *Memini videre Romæ Notas tuas ad Hadrianum, sive Engelramum [1].* Videndus est Vanespenii liber, qui inscribitur *De vera idea, quam Canonum studiosus habere debet de Sacris Canonibus, eorumque auctoritate [2].*

*Ad Edictum (3) aliquid Augustinus scripsit (4).* Nicolaus Antonius in sua Hispaniæ Bibliotheca, ubi agit de Ant. Augustino, ita inquit: *Elaborabat & ad Edictum Perpetuum opus, cuius meminit Lælius Taurellus in litteris ad nostrum datis XIII. Calend. Septembr. MDXLVI. apud me MSS.* Apud me est Epistola, quam Nicolaus Antonius indicavit, atque ex ea commodius tota res cerni potest. Hæc autem verba habet: *Illud potius, quod ad Edictum composuisse significasti, ut perficias: nam opere in illo fortasse nonnihil iudicii cognitionisque nostræ esse poterit. Libens ibi consuetudinem meam tenebo: & quoniam ita velle soles, quod opus erit, admonebo Te: quo auctore non dubito nos omnibus legumstrarum fontibus apertis, atque purgatis [eos] tandem purius, & copiosius hausturos. Porro perge, mi Augustine, & quod Tu non minus verè, quam belle de ludorum quinque interpretatione scripseras, cornicum oculos confige: probe enim nostris hisce magistris Juris ostendis, quanta ipsi non cognoverunt, qui ceteros se docere posse arbitrabantur. Scriptâ Epistolâ Taurellus hæc addidit: *His litteris datis subiit reputatio, num recte facturus videreris, si opusculum tuum ad perpetuum Edictum Duci nostro inscriberes, ac nuncupares: argumentum videretur opportunum vellendi aurem, ut Pandectarum editionem cogitaret. Totum autem iudicio tuo relinquo.* Hactenus Lælius Taurellus. Hoc Ant. Augustini opus ut credamus fuisse postea absolutum, vel saltem perductum ad assum (ut ajunt) vitulinum, nobis auctor est Martinus Baillus; qui quanquam alia permulta omiserit, tamen opus hoc inter illa recensuit, quæ publicam nondum viderant lucem.*

*In Pandectas Florentinas Index verborum omnium, & variæ Lectiones,* testibus Martino Baillo & Andrea Schotto. Ant. Augustinus in principio Præfationis Libri de Nominibus Propriis τῶν πρυδεντῶν Florentini ita scripsit: *Quod de Poeta nescio quo ludens Horatius dixit, amphoram cum cœpisset instituere, currente rota urceum fecisse: idem mihi propemodum accidit, ingens Opus de Digestorum Verbis incipienti; in quo dum in pertenui re multos dies laboro, tandem aliquando pars hæc de Nominibus Propriis e manibus elabitur meis.*

*Liber incerti argumenti.* Ant. Augustinus iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dabit Ilerdæ IV. Id. Septembr. An. MDLXXIII. ita inquit: „ Hæc pluribus persecutus sum „ verbis libello quodam, quem tu quandoque, ut spero, videbis “.

*Fragmenta Veterum Scriptorum, Poetarum, & Oratorum Latinorum ab eo (Ant. Augustino) olim collecta: nam Historicorum veterum edidit nuper Fulvius Ursinus in Plantiniana Officina Antuerpiæ & aliorum cum suis ad eos, qui exstant, Historicos Latinos Notis An. MDXCK.* Hoc Andreas Schottus in Hispaniæ Bibliotheca \*, & Martinus Baillus in Indice Scriptorum Ant. Augustini non editorum memoriæ tradiderunt: Itemque Fulvius Ursinus in *Virgilio Collatione Scriptorum Græcorum illustrato*, & edito Antuerpiæ ex Officina Christophori Plantinii An. MDLXVIII. \* ubi ita ait: *Livii quoque Andronici ἐκ Ἐρωτοπαυγνίων Libris versus exstant apud Ant. Augustinum Episcopum Ilerdensem, in Fragmentis Latinorum Poetarum, quæ quidem ille perquam diligenter congeffit (5).* Jam hoc volumen librario excubendum tradi debebat, ut inde typis describeretur: Nam ipse Ant. Augustinus litteris ad Fulvium Ursinum datis postrid. Non. Sextil. An. MDLXVI. ita inquit: „ Quod ad Poetas, „ veteresque aliquot Scriptores attinet, nunc res confici haud potest. Librariis enim eruditis ca-

n 2

,, reo.

(1) Vide sup. pag. 79. §. Liber, qui inscribitur: *Notæ &c.*

[2] *Part. IV. de Capitulis vulgò Hadriani Papæ.*

[3] Martinus Baillus in *libris non editis.*

[4] Vide sup. pag. 82. §. Martinus Baillus &c.

[5] Vide supra pag. 73. & 91. eiusdem *Collationis*, & Vide etiam pag. 85. §. Liber, qui inscribitur: *Fragmenta &c.*

\* Pag. 320.

\* In 80.

Pag. 7.



reo. Sed tamen id volumen quamprimum typis edendum tradam. Postea, ut videtur, misit ad Ursinum Fragmenta Historicorum; hæc enim typis descripta fuerunt Antuerpiæ in Officina Plantiniana An. MDXCV. At non ita de Fragmentis accidit Poetarum; quæ, licet non omnia, collegerat Robertus Stephanus, atque typis vulgavit Henricus ejus Filius An. MDLXIV. Quod attinet ad hæc simul juncta Fragmenta veterum Historicorum, Poetarum, aliorumque Scriptorum; eorum nomina ab Ant. Augustino memoriæ prodita apud me sunt. Illos enim Scriptores in classes septem supra viginti distribuit; in quibus numeravit Scriptores sexcentos atque unum Comicos, Tragicos, Bucolicos, Historicos, itemque alios. Id mihi videtur adolescens adhuc scripsisse Augustinus: Nam id scriptum una Latinorum Scriptorum nomina continet. Tamen utilissimum, iis cognoscendis, est; quanquam ibi minime legitur quid ab illis scriptum fuerit. Volumen CCCICCC. CDXLI. Bibliothecæ Vaticanæ continet aliquot schedulas manu Ant. Augustini scriptas, in quibus nonnulla, eaque diversa Tragædiarum T. Attj, & Livii Andronici Fragmenta collegit; eaque emendavit, ac probatiora fecit.

*Liber epistularum ad diversos.* Erat hic liber in Ant. Augustini Bibliotheca; ut quidem memoriæ prodidit Martinus Baillus in Indice voluminum, quæ nondum publicam viderant lucem. Sed quoniam, exceptis mercatoribus, rari sunt qui epistularum omnium, quas scribunt, exemplum apud sese velint esse: Ideo, quod ad Ant. Augustini epistolas attinet, hoc præ oculis habere debemus, nosque ad ea loca, ubi eas epistolas exstare scimus, referre. Itaque in Alvensis Ducis Bibliotheca adservantur aliquot Ant. Augustini epistolæ ad Petrum Ciaconium datæ; atque in plerisque de Emendatione Gratiani agitur. Volumen... Bibliothecæ Vaticanæ continet tres epistularum libros, quæ ad multos viros doctos scriptæ sunt. Ejusdem Bibliothecæ volumen CCCICCC. CCCXCV. inter Octavii Pantagathi (1) scripta habet nonnullas Ant. Augustini epistolas ad ipsum Pantagathum missas. Item volumine CCCCCICCCICCC. CCXLIII. continentur Ant. Augustini epistolæ ad Latinum Latinium scriptæ. In volumine quoque CCCCCICCCICCC. DXXXI. adservatur Ant. Augustini epistola ad Gervinium Calenium scripta de Editione Conciliorum. Tum volumen CCCCCICCCICCC. CIV. eas continet, quas ad Fulvium Ursinum hetruscè scripsit; quarum quidem exemplum mihi dedit amicus meus, vir eruditione insignis, Franciscus Peretius Bayerius, qui in Toletano Maximo Templo sacerdotium, atque Ærarii præfecturam gerit.

Mediolani quoque in Bibliotheca Ambrosiana nonnullæ adservantur Ant. Augustini epistolæ.

Certe Nicolaus Antonius haud noverat tot Ant. Augustini epistolas in multis exstare Bibliothecis. Itaque collegit quamplurimas, de quibus hoc edidit judicium (2): *Epistolas plures ad amicos dedit, prelo quidem dignissimas, quarum bonam partem penes me habeo.* Hæ scilicet latine erant conscriptæ. Etiam Petrus Diatius Valerius plurimas collegit: Atque multi fuerunt præstantissimi viri, qui illas inter se communicaverunt. Quas Petrus Diatius Valerius collegit, eæ adservantur in Bibliotheca, illa quidem lectissima, Ferdinandi Velascensis, hominis doctrina excellentis, qui liberaliter mecum illas communicavit. His ego alias addidi, atque etiam eas, quas typis editas vidi: Ut omnes unum conficiant corpus, ac legentes illas commodius, utiliusque simul junctas habeant. Ut autem omnes sciant, quæ mihi sint, hæc perscribam, de illis verba singillatim facturum quo tempore, si vita suppetat, in publicum eas omnes emittam. Itaque hæc sunt (a):

ad Albionem ( Didacum )	I.
ad Augustinum ( Hieronymum )	I.
ad Boleam ( Bernardum )	XXI.
ad Gregorium XIII. Pont. Max.	II.
<i>Harlenii ( Arnoldi ) ad Ant. Augustinum II.</i>	
ad Latinium ( Latinum )	II.
ad Eundem opinio de Fermento	I.
<i>Latinii ( Latini ) ad Ant. Augustinum II.</i>	
ad Majum ( Michaelem ) Procancellarium	III.
ad Manriquium ( Rodericum )	I.
ad Mendozensem ( Didacum )	II.
<i>Metelli ( Joannis ) Sequani ad Ant. Augustinum III.</i>	
ad Paschalem ( Mattheum )	IX.
	XLIII.

Paul-

[1] Vide sup. pag. 25. §. Octavius Pacatus &c.

(2) In Biblioth. Hisp. ubi agit de Anton. Augustin.

(a) Has omnes Epistolas Josephus Rocchius, humanissimo viro Gregorio Mayansio in primis favente, his voluminibus editurus est.



XLIII.

*Paulli IV. Pont. Max. ad Ant. Augustinum quo tempore eum legavit ad Ferdinandum Primum Cæsarem I.*

ad Paullam III. Pont. Max.	I.
ad Perrenotum (Antonium) Atrebatensem Pontificem	II.
ad Pium V. Pont. Max.	I.
ad Quadram (Joannem)	I.
ad Rojalensem (Didacum)	II.
ad Ruitium (Petrum) Morosensem	IV.
ad Sepulvedam (Joannem Genesium)	I.
<i>Sepulvedæ (Joannis Genesii) ad Ant. Augustinum I.</i>	
ad Solerium (Michaelem)	I.
ad Surium (Laurentium)	I.
ad Taurellum (Lælium)	II.
<i>Taurelli (Lælii) ad Ant. Augustinum XI.</i>	
ad Torrefium (Hannibalem)	I.
ad Victorium (Petrum)	I.
<i>Victorii (Petri) ad Ant. Augustinum I.</i>	
ad Villalobosium (Baptistam)	I.
ad Urriesium (Hieronymum)	I.
<i>Zurita (Hieronymi) qua ad Ant. Augustinum misit veteres Annales Indicibus auctos I.</i>	

LXIII.

Præfationes quoque Ant. Augustini has habeo :

Præfatio Antiquarum Collectionum Epistolarum Pontificiarum, quas Decretales appellant.

Præfatio Collectionis & Interpretationis Constitutionum Græcarum Codicis Justiniani Imperatoris.

Præfatio Epitomes Novellarum Juliani Antecessoris.

Præfatio Quinque Librorum Constitutionum Tarraconensium An. MDLXXX.

Præfatio Constitutionum Provincialium Tarraconensium An. MDLXXXI.

Præfatio Constitutionum Tarraconensium An. MDLXXXI.

Hætenus de Epistolis latine conscriptis, ac Præfationibus, quæ apud me sunt. Quæ hispanice sunt Epistolæ conscriptæ, circumferuntur typis editæ, atque multis dispersæ libris, ita uti alibi diximus [1].

Mihi quoque est Commentarius quidam, quem Ant. Augustinus confecit dum responderet septem quibusdam curiosis quæstionibus: Atque item Commentarius, quo egit de Sueffa, Sueffula, & Sinuessæ.

*Carmina nonnulla.* Erant hæc Carmina in Ant. Augustini Bibliotheca, ut Martinus Baillus scriptum reliquit: Nunc autem nescio ubi sint. Verumtamen Josephus Finestresius, quo homine familiarissime utor, mecum communicavit latina duo Epigrammata, itemque hispanica duo, quæ in tabulario Ilerdensis maximi Templi adservantur. Ea hic subiiciam, ut tutius ferventur. Unum ex latinis conditum fuisse crediderim in laudem Sepulchri Jesu Christi, quum Augustinus Ilerdam sacrâ hebdomade pervenisset. Est autem hoc:

*Hic situs est mundi lux Christus nomine Jesus,*

*Cui Pater omnipotens, ipse quoque omnipotens,*

*Mortale induerat Corpus Deus atque caducum,*

*Exiit hoc sese sponte sua moriens.*

*Hic primus Cæli reseravit claustra foresque,*

*Quæ a primis fuerant condita temporibus.*

*Ac loca senta situ primus spoliavit averni*

*Ducens astra super victor ovans animas.*

*Felices animæ, felix victoria leti:*

*Hic vere est sacro terra levis tumulo.*

Alterum quoque ad ipsum Jesum Christum confecit quo tempore quartanâ laboraret febrî. Est vero hujusmodi:

*Alme*

(1) Vide sup. pag. 81. §. Quod ad Epistolas &c. cum seqq. & pag. 97. §. Libro de Chartas &c.

*Alme Puer, sanctis quem Virgo amplectitur ulnis,  
 Virgo cœlesti numine facta Parens,  
 Cernis ut exiles febris mihi pascitur artus,  
 Cernis quam sævus concutit ossa tremor.  
 Cum sequitur miseras exurens flamma medullas,  
 Urit ut arentes lucida pruna faces.  
 Tu Puer, Æternus cui dat Pater omnia posse,  
 Tutelu humani Sancte Pater generis,  
 Si labefacta gravi sub pondere tota recumbit  
 In Te uno famuli spesque salusque tui,  
 Aut morbum pelle, aut vires mihi suffice tantas,  
 Queis possim læto pectore ferre mala.*

Hispanicum, de quo diximus, Carmen est longe elegantissimum: Eoque Deum Opt. Max. Summum Genitorem Jesu Christi, qui humana induit membra, atque in Crucem actus est, ita alloquitur:

*Tu, que Dios tienes por nombre,  
 I al Hijo de mas regalo  
 En semejanza de malo  
 Hecho le tienes un Hombre,  
 Que està colgado en un palo;  
 Haz que yo en mi cruz estè  
 Con ojos de nueva luz  
 En la carne, i en la fè,  
 Porque conozca en su cruz  
 Qien es, qual està, i porquè.*

De nonnullis aliis latinis Carminibus in horum Commentariorum cursu fermo a nobis est habitus. Quibus addendi sunt quidam versus, quibus Petrum Ruitium Morosensem Collegam atque amicum suum, qui inter Sarmatas versabatur, consalutavit, quosque memoriæ prodidit Andreas Schottus in sua Hispaniæ Bibliotheca\*. Sunt autem hujusmodi:

\* Vol. 2.  
 pag. 322.

*Lugete, o Latii graves levesque  
 Vates, dulcisonum meum Pœtam,  
 Trux quem Sarmata detinet, volentem  
 Vestris nunc oculis magis placere.  
 Lugete, o Socii aureis libellis,  
 Justos qui faciunt, malos coercent.  
 Trux nam Sarmata detinet RUIZUM,  
 Omnes quem diligunt amantque docti.*

In Indice librorum Ant. Augustini latinorum, qui manu essent scripti, legitur volumen CCXLIV. ita inscriptum: *Editio sive Interpretatio Canonum Concilii Nicæni ex Arabico cum Censura & Concordia eorundem Ant. Augustini Archiepiscopi.*

Mihi in Bibliotheca sunt Notationes quædam, quibus Ant. Augustinus Orthographiam Aldi Manutii Pauli Filii illustravit.

Est etiam apud me manu exemplar scriptum Commentariorum quorundam, quibus Ant. Augustinus Justiniani Imperatoris Institutiones persecutus est; qui tamen haud producti sunt ultra libri II. caput XXIII. *De Fideicommissariis Hereditatibus.*

In mea item Bibliotheca adservatur quidam Ant. Augustini *Commentarius ad titulum de regulis Juris.* Hunc porro libellum ipse exscripsi ex exemplari, quod mihi benevole commoverat Michael Cebrianus Cauriensis Antiflites; quodque non sine multa difficultate legi poterat, proptereaquod vitia habebat quamplurima. Enimvero labore & industria ad veram lectionem restitui potest: est enim perbrevis quædam multarum legum collatio [a].

Tum etiam habeo commentarium, quo Ant. Augustinus Didaci Covarrubiæ librum *De Veterum Numismatum Collatione* expendit, ejusque aliquot reprehendit errores.

Conscripsit Augustinus libellum quendam, qui duodecim omnino paginis constat, nulla inscriptione. Continet vero Indicem, quo naturali litterarum ordine nonnullæ exhibentur atque explicantur Romanorum Nummum inscriptiones. Hunc habeo libellum manu mea exscriptum.

Com-

[a] Improbo scilicet labore hunc Commentarium, illosque de Justiniani Institutionibus restituere conati sumus.



Commentariolum quoque paginarum omnino sex confecit *De Notis*; hoc est de iis litterarum colligationibus, quibus Romani veteres uterentur. Præfatio hæc habet verba: *Valerii Probi & Paulli Diaconi De Notis libelli exstant valde mendosi. Id enim malo dicere, quam mendaces & ineptos. Quamobrem elicere visum est ex omnibus antiquitatis monumentis, quorum exempla exstant, notas, easque non litterarum ordine, sed rerum in locos quosdam digerere, ne ex ea commixtione sequatur obscuritas.*

Libellum etiam Ant. Augustinus scripsit *De Ratione docendi & discendi Juris*; quem Madriti manu habebat scriptum Joannes Solorzanensis: ut memoriæ tradidit Petrus Diatius Valerius Notatione quadam, qua illustravit priorem Ant. Augustini epistolam ad Matthæum Paschalem scriptam.

In Regia Divi Laurentii Bibliotheca peramplum exstat volumen \*, quod ipse vidi; atque continet plurima, eaque diversa Ant. Augustini Commentariola. Itaque, ut pateat cujus generis ea sint, unum hîc exscribam. *Canones Trullanos CII. sub Justiniano II. conscriptos reiciendos esse, probatur ex auctoritate scriptorum, & ex ratione multiplici. Auctores Theophanes Graeus Historicus. Vide ejus Proœmium. Humbertus Silvæ Candidæ Episcopus Aporisarius Leonis IX. apud Constantinum Monomachum in libello contra Epistolas Michaelis Patriarchæ C. P. Theodorus Balsamon, & Matthæus Monachus, maximi Latinorum detractores. Rationes, quia Generale Concilium sine R. Pontificis auctoritate nullum sit &c.*

\* In fol.

In eadem Regis Bibliotheca quædam Joannis Metelli Sequani Epistola est, eruditionis illa quidem plenissima; quæ (ut mea fert opinio) scripta fuit obsequii in Ant. Augustinum gratia. Eâ autem disputatur *Quid in libro de Legibus Philopono præstandum.*

In Bibliotheca Vaticana inter plurima, quæ manu Octavii Pantagathi scripta habentur, ac in volumine CCCICCC. CCCXCV. reperiuntur, quamplurimæ sunt Ant. Augustini schedulæ, quæ continent emendationes, correctionesque, quibus Ciceronis, Cæsaris, & Sallustii scriptorum vulgata exempla fecit probatiora, indicatis interdum Manutii, Griphii, aliorumque exemplis, quæ emendabat.

In ejusdem Bibliothecæ Vaticanæ volumine CCCCCICCCICCC. DXXII. liber quidam est Ant. Augustini ita inscriptus: *Silva in Sacram Scripturam ex Conciliis ac Patribus.* Est quidem exemplum ex archetypo exscriptum, sed cujus manu exscriptum fuerit prorsus latet. Habet autem collecta omnia Sacrorum Librorum loca, quibus usi sunt in conscribendis legibus pontificiis Pontifices, qui Conciliis interfuerunt, iidemque Pontifices Max. in Epistolis, quibus nomen Decretalibus est. Initio factò ab ipso Generationis \* libro res ad Divi Joannis Ευαγγέλιον \* perducitur. Sed in hujus operis initio, ac fine desunt nonnulla. Verumtamen satis ostenditur quantum operæ Ant. Augustinus consumpsisset in Sacris Libris, in Conciliorum actis, in Pontificio Jure, atque in Pontificum Epistolis: itemque satis demonstratur, quantâ ipse industriâ, quantâque diligentia in scientiarum studiis uteretur.

\* Genesis.

In ipsius Vaticanæ Bibliothecæ volumine CCCCCICCCICCC. CCLII. exemplar exstat libri cujusdam Ant. Augustini ita inscripti: *Observationes de Synodis & Collectoribus Canonum.* Legitur in eo libro, ipsum fuisse dono datum illi Bibliothecæ ab Antonio Aquinate, qui Sarnensis primò Antistes, postea Tarentinus Pontifex fuit. Hic secundam ac tertiam partem Epitomes Juris Pontificii editionis causa, quæ peracta fuit Romæ An. MDCXI. perlegerat mandante Aloysio Istella, qui ei rei præerat. Porro hic Observationum liber duas habet partes. Prior quidem pars continet perbreve Conciliorum historiam; quæ auctorum, qui de Conciliis scripserunt, series habetur. Opus minime est absolutum; atque omnino constat quibusdam notationibus. Initium est ductum ab anno post Christum natum LXVIII. Sed ante lineam nonnullæ apparent punctis obductæ, quibus significatur deesse proœmium. Finem facit An. MXXIII. sive, ut verius dicam, finis desideratur: Constat enim, ea omnia deesse, quæ ad consequentia tempora pertinent, vel quia Ant. Augustinus nihil amplius scripserit, vel quia quæ scripsit haud fuerunt collecta, quod fortasse magis ad veritatem accedit. Namque illæ chartæ inter se colligatæ non erant; atque cum simul junctæ, ac sutæ fuerunt, nullâ diligentia fuit temporum ordo servatus, quem tamen ea scriptio sequi debuerat: Atque Augustinus certe ordinis voluerat habere rationem, quippe qui inter unum alterumque annum, ac item inter unum alterumque Concilium intervalla vacua reliquerat: ex quo videri potest, hæc nihil aliud fuisse, nisi quædam commentariola, quæ scriptitabat, atque identidem augebat, prout sua sibi industria, ac librorum lectio occasionem offerebat. Pseudocouncilia haud omisit; itemque dubia, variasque de nonnullis rebus sententias indicavit. Alterâ operis parte continetur opinio atque judicium de iis, qui pontificias leges collegerunt. Profecto est unum atque idem cum eo libello, qui editus habetur ante secundam partem Epitomes Juris Pontificii. Ne hoc quidem opus exstat perfectum: Atque satis patet, hæc quoque commentaria quædam fuisse. Porro in hoc manu volumine scripto ea omnia desiderantur, quæ in libello typis edito post singula de iis auctoribus judicia leguntur descripta eo typorum \* genere, quod hominis scripturam maxime imitatur. Quare hæc existimaverim addita ab eo fuisse, qui librum edidit. Opus hoc credo ego Ant. Augustinum sibi ipsi paravisse, vel certe, si de eo typis edendo cogitavit, absolvere non potuisse. Quamobrem libellus hic non fuit editus ante priorem Epitomes partem, quæ

\* Typis  
Cursivis.



quæ An. MDLXXXVII. typis descripta fuit Tarracone, qua quidem in urbe Augustinus manebat. Postea vero Romæ putatum fuit, publicam ei libello deberi lucem; quanquam ab auctore minime absolutus fuisset. At commentaria, quæ ad Concilia pertinebant, vel in ordinem redigi sine multa difficultate non potuerunt, vel longius ab perfectione abesse visa sunt. Itaque prætermissa fuerunt; unaque fuit pars altera typis edita, qua de iis, qui pontificias leges collegerunt, disputatur; quod in ea major esset rerum continuatio, ac minora apparerent vacua intervalla relicta, quæ tamen expleta fuerunt iis, quæ descripta exstant, uti diximus eo typorum \* genere, quod scribentem hominem imitatur maxime.

\* Typis  
Cursivis.

Quædam etiam in Bibliotheca Vaticana adservatur series chartarum Ant. Augustini; quæ inter se junctæ non sunt, nullumque habent ordinem nullamque *μεθοδος*. In iis excidebat Augustinus antiquitatis reliquias, inscriptionesque, quas in Urbe reperiebat. Hæc Augustinum maximâ festinatione scripsisse constat. Veruntamen repræsentavit distributionem, formam, characterem, omniaque, quæ in illis vetustatis reliquiis, ac inscriptionibus observaverat. Hac de re in suis scriptis Augustinus verba nonnunquam fecit.

In Indice Bibliothecæ Vaticanæ ad volumen CCCCCI D D D D D. XXXVIII. legitur hic libri titulus: *Collectio Scripturarum Antiquarum cura & studio Ant. Augustini, Petri Ciacconii, Panvini; Patris Octavii &c.* Sed aperto volumine, quod ei numero respondet, nihil repertum est, quod vel in titulo, vel in iis, quæ volumine continentur, respondeat Indicis significationi. Itaque mendum in ea re Index videtur habere.

Hæc omnia ab Ant. Augustino scripta fuerunt. Sed præterea in animo habuit eorum omnium vitam mandare litteris, qui Bononiæ in Divi Clementis Collegio, quod Ægidius Albornotius Cardinalis jampridem instituerat, fuissent. Id consilium Augustinus ad Joannem Soram, amicum hominem, perscripsit: Atque ea epistola, sive aliquod illius epistolæ exemplum pervenit postea in Nicolai Antonii, eruditissimi viri, manus, qui se illam legisse memoriæ tradidit [1].

Sunt qui dicant, Ant. Augustinum nescio quid scripsisse de illis legibus, quæ *Regule Cancellariæ* vulgo appellantur: Namque in nonnullis XIIvirum litium judicandarum Decisionibus, quas Alphonsus Garcia in eum coniecit librum, qui inscribitur *de Beneficiis* [2], legitur, Augustinum de illis Regulis scripsisse. Eam rem eruditissimus Nicolaus Antonius observavit, suâque ipse notavit manu in suæ Bibliothecæ Hispanæ margine. Henricus Brenemannus, qui vir mirificam plane eruditionem, intelligensque haberet iudicium, memoriæ prodidit [3], sese, quum Florentiæ esset, in ea Bibliotheca, quæ in Mariæ, quam vocant Novam, ædibus est, in quoddam manu volumen scriptum incidisse, quod ita inscriberetur: *Repertorium R. P. D. Ant. Augustini olim Rotæ Auditoris, de Regulis Cancellariæ*: Sed sibi præter unum Augustini nomen nihil in eo volumine esse videri, quod vel in minima re Ant. Augustinum redoleret. Vidi ego apud Michaelen Cebrianum, Cauriensem Antistitem, volumen peramplum \* manu scriptum, quod paginis constaret CDXXVI. atque ita inscriberetur: *Repertorium Decisionum Sacri Palatii Auditorum cum Scholiis Ant. Augustini*. Sane hic liber pragmaticorum hominum barbariem referebat, nihilque erat in eo, quod Ant. Augustino dignum esset.

\* In fol.

Non desunt etiam, qui Augustino volumen quoddam referant acceptum, quod inscribitur *Repertorium sive Epitomarum Decisionum Rotæ &c.* O nino duobus libris constat, qui habentur etiam inter Rotæ Decisiones, quas Theodosius Rubens vulgavit Romæ ex Vaticana Typographia An. MDCXXXVII. \* Ego quidem haud facile dixerim, an id volumen illud idem sit, quod Gabriel Sora Lobetensium Antistes inter suæ Bibliothecæ manu volumina scripta recensuit \* ita inscriptum: *Repertorium Ant. Augustini Archiepiscopi Tarraconensis*. Henricus Brenemannus memoriæ tradidit [4], sese quum Romæ esset in Pamphiliorum Bibliotheca vidisse inter manu volumina scripta quinque, vel sex Ant. Augustini Decisionum libros, qui ab legulejorum fuissent barbarie scædati, atque fori omnino saperent stilum. Addidit quoque, simile vero esse, legulejos illos Augustini nomine ea scripsisse, quæ, quo tempore is XIIviratum gerebat, acta iudicia fuerunt. Opus hoc, de quo Brenemannus fecit mentionem, illud ipsum videretur esse, quod reperitur in Bibliothecæ Vaticanæ volumine CCCCCI D D D D D. CCXX. ita inscriptum: *Index Repertorii Antonii Augustini*. Hic liber continet multas de jure civili & pontificio opiniones minime inter se colligatas, ac secundum naturalem litterarum ordinem dispositas, quæ, uti loca communia, in commentarios referebantur, ut in iudiciis præsto essent. Opus haud multi est faciendum, atque, uti viro cuidam docto, quo familiariter utor, videtur, Ant. Augustino tribui non debet; propterea quod eâ in re totâ scribentis desideratur iudicium. Fuerat hic fortasse inter Ludovici Gometii libros, quos Ant. Augustinus emit. Qui forte apud sese habent hæc manu volumina scripta, eorum omnium collatione institutâ, scire poterunt, an ex iis sit volumen illud, quod Burchardus Struvius typis

\* In fol.

\* Pag.  
134. col. 2.

[1] Nic. Antonius in *Ant. August.*

[2] *Part. 11. c. 1. num. 71. & Part. 12.*

*c. 11. num. 289.*

[3] In *Histor. Pandectar. lib. IV. cap. 4.*

[4] *Idem ibid.*



editum esse affirmavit in sua Bibliotheca Juris Selecta \* ita inscriptum: *Theodosii Rubei Singularia ex Decisionibus Rotæ Romanæ selecta cum Ant. Augustini Repertorio Romæ* §. 1. \* Cap. 9. MDCXXXVII.

Sunt qui dicant, Ant. Augustinum nescio quid scripsisse de Tarraconensis Pontificis inter omnes Hispaniæ Pontifices Principatu: Sed tantum dicunt, se audivisse qui de ea re affirmarent; librum autem se non vidisse. Inter cæteros Gaspar Ibannetius Segubiensis \*, vir amplifimo loco natus, multaque clarus eruditione, in suis Dissertationibus Ecclesiasticis \* ita inquit: „ Celtiberi quidem, iique omnes, qui ad id regnum pertinent, ne se quoad Pontificum dignitatem, & sacrorum religionem cæteris Hispaniæ populis inferiores esse fateantur; totis viribus, majori tamen modestiâ, confirmare student, Tarraconensem Pontificem quondam omnium Hispaniæ Pontificum Principem fuisse: atque de eâ re multa divinitus dicunt fuisse scripta ab Ant. Augustino, & a Paulo Rajasio; quorum quidem libri nondum in lucem prodierunt “. \* Hic erat Marchio Agropolitano- rum, & Dominus Pagi Corpani. \* Dissert. 4. cap. 3.

Ant. Augustinus iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dabat Ilerdæ a. d. V. Calend. Sextil. An. MDLXXVI. ita scripsit: „ Quod ad Roccafulesios attinet, librum ad te misi “. Ludovicus Salazarius Castrensis memoriæ tradidit, hoc scripto contineri τὴν γενεαλογίαν Roccafulesiorum: quo Salazarii monito usus est Didacus Sayasius, qui Casaraugustæ in maximo Templo sacerdotium gerebat, in iis, quæ addidit libro de Familiis apud Celtiberos Illustribus; qua de re videri potest Ernesti Franckenhauusii, summo inter Danos loco nati, Bibliotheca Hispana (1); quem quidem librum sibi Franckenhauusius tribui voluit, tametsi illum revera Joannes Lucas Cortesius perscripserat (2).

Age vero illud in dubium vocari non potest, Ant. Augustinum conscripsisse Dialogos de Insignibus & Familiis Nobilitatis Hispaniæ. Et quoniam horum editio Dialogorum occasionem nobis præbuit, quare hos de Augustini vita Commentarios mandaremus litteris (a): ideo non alienum ab instituto nostro fore putavimus, ut illos reapse ab Augustino fuisse conscriptos ostenderemus. Erat historiæ penitus cognoscendæ cupidissimus vir (3); id quod eximia ejus, exquisitaque eruditio fati aperte declarat. At vero illud plane exploratum est, perfectam historiæ notitiam acquiri haud posse, nisi quattuor partes, quibus historia constat, penitus agnoscantur: Quarum quidem una ad rerum narrationem, altera ad locorum dispositionem, ad temporum ordinem tertia, quarta autem ad clarissimarum familiarum spectat origines. Ergo oportuit, Ant. Augustinum, qui historiam plane calleret universam, in hac quoque historiæ postrema parte plurimum posuisse studii. Revera amavit illam tantopere, ut optima quæque de familiarum insignibus, & genere collegerit. Quocirca libros multâ diligentia quærebat, quibus ejusmodi argumenta pertractarentur; ut ex iis, quæ dicturi sumus, clarum erit.

Quum itaque Ant. Augustinus An. MDLXXIII. Casaraugustæ esset, dedit ad Hieronymum Zuritam IV. Id. Octobr. litteras hoc exemplo: „ Intellexi, quendam tibi esse librum, in quo „ de clarissimarum familiarum insignibus, ac genere disceptetur. Nescio an is liber una cum „ aliis aliquot libris tuis in Carthusianorum sit ædibus. Tu, si id fieri potest, cura, ut liber in „ meas perveniat manus. Mini enim multa sunt ejus generis multorum scripta. Omnino ali- „ quid ejusmodi velim in lucem emitti “: Iisdem post litteris hæc addidit: „ Vitalis Oscensium „ Antistitis vidi librum, qui est apud Fisci Advocatum “ (is erat Michael Joannes Peretius Nuerosensis). Hic fuit Vitalis Canellafius, qui ab An. MCCXXXVII. usque ad An. MCCLII. Oscam Antistes tenuit, teste Francisco Didaco Ainsensi in Oscensium Historia \*, teste item Marti- \* Pag. 398. \* Pag. 312. \* 313. no Carrillo in Commentario de Oscensium Antistitibus \*. Hic Vitalis Canellafius fuit apud Celtiberos, veluti Tribonianus alter: Sed Triboniano illi veteri integritate in jubendis legibus longe præstitit. Ilergetum leges collegit; ut memoriæ tradidit Didacus Morlanesius teste Nicolao Antonio in sua Bibliotheca Vetere \*. Collegit quoque Celtiberorum leges de judiciis; \* Lib. 8. ut ipse Morlanesius memoriæ prodidit teste Joanne Francisco Andrea Uztarrozensi (4). Col- cap. 3. §. 78. lectæ eæ leges fuerunt jubente Provinciæ conventu, qui Oscæ agebatur An. post Regnum Celtiberorum conditum MCCLXXXV. post Christum vero natum MCCXLVI. uti scriptum reliquit idem Uztarrozensis loco, quem indicavimus, & Blanca in Commentariis de Rebus Celtiberorum (5). Eas etiam leges doctissime interpretatus fuit teste Hieronymo Zurita in suis Annalibus (6). Tandem inter illos fuit, qui Saguntinorum de judiciis leges collegerunt, uti

Tom. II.

con-

- (1) *Genealogico-Heraldica* pagg. 32. 362. &c. §. Sæpe accidit. §. 408. (4) *In Notitia Auctoris MSS. qui citantur ab Hier. Blanca in Coronationib. Regum Aragoniæ in Vitali Canellasio.*
- (2) Greg. Mayansius in *vita Fr. Ramosii Manzanensis* num. 72. §. seqq. apud Greg. Meermanum in *vol. V. Thes. Jur. Civ. & Pont.* [5] Pag. 166.
- (3) Vide sup. pag. 12. §. Si quid temporis (6) *Lib. 3. cap. 42. secundæ edit.*

(a) Mayansius suam hanc Historiam primum edidit una cum Augustini libro *De insignibus* &c. Anno MDCCXXXIV. Madriti typis Joannis Zannigenis.



constat ex lege prima, atque uti scripsit Petrus Antonius Beuterus in suis Hispaniæ Annalibus (1). Itaque Vitalis Canellasius alius omnino fuit ab Petro Vitali, qui inter Celtiberos natus, Theologiæ Doctor, in Gurreanis ædibus Præfecturam, & in celebri illo Montaragonenti Fano sacerdotium gerebat. Is librum scripsit de Familiis apud Celtiberos illustribus. Hunc itaque librum Ant. Augustinus scribebat, sese apud Fisci Advocatum vidisse. Neque vero in lucem hæcenus prodiit. Librum autem illum fuisse ab . . . . Zayasio, qui item in Montaragonenti Templo sacerdotium gereret, adauctum memoriæ prodidit Ludovicus Salazarius Castrensis in quodam librorum de Nobilium Familiarum origine Indice manu scripto \*; quod Gerardus Ernestus Franckenhauus notavit. Jam vero iis litteris, quas Ant. Augustinus Ilerdæ IX. Calend. April. ad Hieronymum Zuritam dabat, quantam ex eo cepisset voluptatem ostendit, quod Becerri liber in suas pervenisset manus; Is vero liber scriptus fuerat vivo Petro Numantinorum & Carpetanorum Rege, qui ab severitate nomen accepit; in eoque disceptatur de Dynastarum & virorum principum familiis imperiisque. His itaque Augustinus utitur verbis: „ Becerri li-  
 „ brum multâ legi cum voluptate. Quod attinet ad temporum ordinem, optime mihi videtur  
 „ congruere cum libro illo de Familiis Illustribus, quem Petrus Lusitanus Comes conscripsit.“  
 Quid Becerri libro contineretur fuscè persecutus est Ambrosius Moraleus in libro de Divi Domini-  
 \* Fol. 335. pag. 2. minici Familia \*. Id scripsit etiam Nicolaus Antonius in sua Hispaniæ Bibliotheca Vetere \*; itemque Gerardus Ernestus Franckenhauus in ea, de qua dictum supra est, Bibliotheca \*. Vix Augustinus de eo libro scribendi finem fecerat, quum eadem epistolâ, idem etiam sequutus argumentum, ita inquit: „ De Metellini libro tu curabis“. Sed de hoc Metellini libro clarius etiam scripserat iis litteris, quas Ilerdæ dedit prid. Id. Februar. An. MDLXXVI. hoc exemplo: „ Quod ad librum illum de Familiis Clarissimis attinet, tu velim Cæsaraugustam ad alium quem perscribas, qui librum ab Metellino petat, atque ad me mittat, vel Joanni Augustino, sive ejus familiaribus det“. Tum vero a. d. V. Id. Majas ejusdem anni scripsit, sibi librum illum fuisse redditum, seque ostendit in eodem illo argumento operam posuisse. Itaque his omnino verbis usus fuit: „ Mihi etiam Metellini de Insignibus liber redditus fuit una cum ejus litteris. Sane quædam mihi magnopere probantur. Nonnulla vero alia minus. Multa jam ante cognoveram e quodam libro, qui, nescio quo auctore, Salamantiæ in meas pervenit manus. Ei ego quidem libro ea omnia addidi, quæ in historiis legeram, ac præsertim in Ferdinandi Peretii Guzmanensis libris: Quem quidem ego omnibus Hispanientibus hujus generis scriptoribus præstare judico. Petri Lusitani liber est quidem uberior, majoreque nitet diligentia. Sed de familiarum insignibus parum in illis, seu potius nihil. Ferrantes Megia, qui librum de Nobilitate scripsit, & Mosenus Didacus Valerius, uti etiam Scriptor Rerum Cantabricarum (2) inferiores Casaneo, cæterisque Gallis scriptoribus, ut puto, sunt. Libros etiam id genus Ilergetibus reperi auctoribus. Sed ex iis nihil potui eruere præter consuetudinem, ac specimen insignium multarum familiarum, quæ nostris quoque temporibus existunt“.

Sane ex his omnibus, quæ dicta a nobis sunt, manifeste constat, Ant. Augustinum plurimos collegisse Genealogorum libros, atque nonnulla etiam ejus generis scripsisse. Quare opus esse non arbitror in medium asserre, quæ Augustinus ipse ad Hieronymum Zuritam scripsit litteris Ilerdæ datis Calend. Jun. anni (ut quidem coniiicio) MDLXVII. Sunt vero hæc: „ Meus de Familiarum apud Lusitanos Nobilium Insignibus liber non quidem lusitanice, sed scriptus hispanice est“. Quanquam enim Augustinus ex his videatur verbis de libro aliquo loqui, quem ipse scripsisset; poterat nihilominus illum appellare suum dominii causa. Et sane quæ item ad Zuritam scripsit litteris Ilerdæ datis a. d. IV. Id. Januar. An. MDLXXVI. nostræ apertissime favent sententiæ. Sunt verò hujusmodi: „ Tu quidem de eo Inscriptionum libro rem scripsisti scholam omnino sapere“. Eum ego librum ab Augustino conscriptum non crediderim fuisse. Contrâ verò ad Augustini librum mihi videntur spectare hæc, quæ inferius addidit: „ Quod ad Familiarum origines Insigniaque attinet, multorum nos quidem libros legimus, atque e singulis excerpimus aliquid. Ad te quandoque mittam, quæ scripsitavi. In Ludovici Zapata libro nonnulla apparent insignia perperam depicta. Id vero cum ejus, tum illius, qui librum emendavit, multâ accidit negligentia“. Ludovicus Zapata, qui Coholi & Jugubeladæ imperium obtinebat, vir fuit poetices amantissimus, quod scripta ejus fati declarant. Itaque vir præclarus existimans opus hoc hæc esse perfectum litteris ad Ant. Augustinum Patrum datis III. Non. Februar. An. MDLXXXIV. ita scripsit: „ Maxime cuperem, Dialogos de Insignibus absolvi, illos autem Antiquitatum typis edi“. Antonius ipse Augustinus, uti supra diximus, scripsit, sese ex multorum libris multa excerpisse. Jam vero posteaquam Commentarius hic noster divulgatus primum fuerat Josephus Stephanus Noriægensis, Sacerdos Præmonstratensis, qui nuper fuerat Celsionensium Antistes designatus, mihi commodavit hosce τῆς γενεαλογίας Commentarios, de quibus mentionem Ant. Augustinus fecit; sed unde eos habuisset, hæc dixit. Liber ita inscribatur: *Armas de todos los Reyes,*  
 i gran-

(1) Lib. 2. cap. 41. pag. 223.

(2) Steph. Garibajus Zamalloanus.

\* Lib. 9.  
 6. 4. §. 277.  
 \* Genealogico-Heraldica pag. 6.



í grandes Principes del Estado assi fieles, como infieles, comenzando de los Emperadores. Sequebantur insignia Regum, ac familiarum Hispaniæ clarissimarum. Atqui ex eo potissimum libro plurima Augustinus petiisse videtur, ut scriberet de Insignibus & Familiis Nobilitatis Hispanæ. Longe ante hic liber scriptus fuerat; nam pagina XXV. hæc habebat verba: „ Ant. „ Augustinus sodalis Collegii Bononiensis de Insignibus & Familiis Nobilibus Hispaniæ “. Quamobrem illud satis constat, Ant. Augustinum de Familiarum clarissimarum insignibus ac genere scripsisse aliquid; tum desideravisse, id quod scripserat & ab Hieronymo Zurita videri, & typis quandoque divulgari.

Ant. Augustino e vivis sublato, ut libri τῆς γενεαλογίας litteratis hominibus carissimi solent esse, ita illi Dialogi maximo in precio habebantur: adeoque in Bibliothecis abditi fuerunt, ut quamvis Ant. Augustini scripta vulgo plurimi fierent, tamen ii paucissimis innotuerint, & penè dixerim, nemini contigisse illos habere, sive legere.

Alphonfus Ciaconius in eo libro, cui Bibliothecæ nomen esse voluit, ubi agit de Ant. Augustino, ita inquit: *De Insignis* (nam in ea Bibliotheca plurima sunt errata typographica) & *Armis varia, vivit hoc anno MDLXXXIII.* Petrus Mantuanus in Commentariolo de Harensum Comitum Origine, quod reperitur in eo eruditione præclaro libro, qui inscribitur *Seguro de Tordeillas*, fuitque Mediolani typis editus An. MDCXI. \* ita ait: „ Negari „ non potest, quanquam iis temporibus hæc cognomina haud erant in usu, ac mihi Ant. Au- „ gustini sententia perplacet, horum apud Hispanos cognominum insigniumque usum recen- „ tem esse, vel quingentis ante annis natum esse; iis tamen nominibus, & cognomentis, quæ „ in hisce privilegiis leguntur, satis declarari, hæc omnia ad Velascensium familiam pertinere “. Petrus Mantuanus eorum habebat rationem, quæ Ant. Augustinus scripserat in Dial. I. cap. XVI. Josephus Pellicerus Ossaunus Tovarensis in libello de Nobilitate ac Meritis Blasii Alagonii Arboreensis, qui Villaforensum habebat imperium \*, ita ait: „ His omnibus addi pos- „ sunt ea, quæ leguntur in libello quodam typis edito de Familia & Origine Roccorum Cam- „ pofrigidensium, qui viri inter Oretanos (a) clarissimi exstant: quo etiam in libello mentio „ facta est de libello alio Ant. Augustini, Tarraconensis Pontificis, de Genere Orgelensium „ Comitum “. \* Pag. 15.

Claudius Menesterius in eo libro, quem inscripsit *Le véritable art du Blason & l'origine des Armoiries*, Lugduni edito An. MDCLXXV. \* nonnulla de his Dialogis scripta reliquit; sed se illos vidisse haud dixit: Immo vero se illius historiam scriptionis ignorasse ostendit. Ait enim, Augustinum illos Bononiæ Dialogos conscripsisse: quum revera Salamantiæ opus inceperit, neque unquam toto vitæ cursu illud horis subcisivis profequi intermiserit; ut sese occasio identidem offerebat; atque quo tempore Ilerdam Antistes tenebat inventa in ordinem cæperit redigere. Hæc porro Claudii Menesterii sunt verba: „ Antonius quidem Au- „ gustinus, Tarraconensis Pontifex, qui juris scientiam, atque numismatum totiusque antiqui- „ tatis notitiam calleret, quum in Italia atque in Bononiensi esset Academia librum hispano „ conscripsit sermone de Insignibus; cui quidem libro plurima addidit insignia depicta. Non- „ dum is liber typis fuit editus; sed in quibusdam dumtaxat Bibliothecis adservatur. Inscriptur „ vero de Illustrum Familiarum Insignibus, Originibusque, atque aliis antiquitatis reliquiis, quæ „ cum ad Hispaniam atque ad ejus Nobilitatem, tum ad alias quoque orbis terrarum par- „ tes pertinent “. \* Fol. 18. pag. 1.

Majorem certe fidem Nicolai Antonii testimonium meretur. Hic enim in sua Bibliotheca Hispana \*, quum de Ant. Augustino sermonem haberet, post hoc verbum *Sacram* hæc suâ ipse addidit manu: „ Liber, sive Dialogus de Familiis Nobilitatis Hispanæ sub ejus “ (scilicet Ant. Augustini) „ nomine adservatur manu scriptus in Bibliotheca, quæ fuit Comitum Vil- „ laumbrosani una cum Didaci Fernandetti Mendozensis de Nobilitate libro “. Postea vero typis vulgata fuit Bibliotheca Petri Nunnesii Guzmanensis, qui Montallegrensium, Quitanensium & Villambrosanorum obtinebat imperium, An. MDCLXXVII. atque in ea \* hæc leguntur verba: „ Librum de Familiis Hispaniæ Nobilibus scripsit sub Catholicis Regibus Di- „ dacus Fernandettus Mendozensis; in quo etiam volumine Dialogi quidam Ant. Augustini, „ Tarraconensis Pontificis, de Familiis Hispaniæ Nobilibus manu scripti \* continentur “. \* Pag. 80. col. 2. lin. 59. \* Fol. 107. pag. 1. \* In fol.

Audivi de Josepho Roderico, Compositensi Marchione, prudentissimo plane viro, quum diceret, sibi quondam fuisse horum Ant. Augustini Dialogorum exemplum, quod sibi excrubi curaverat ex alio, quod fuisset apud Josephum Dormerum, qui Lacetaniæ peramplum gerebat sacerdotium; seque illud dono dedisse Ludovico Salazario Castrensi, qui Hispaniarum Regi Annalibus conscribendis inserviebat. Certe Ludovici illius Castrensis scripta τῆς γενεαλογίας apertissime ostendunt, fuisse ab eo hos Dialogos non sine multa utilitate perlectos: De illis autem (quod meminere) nullum habuit verbum. Sed quæ ipse Ludovicus cum Gerardo Ernesto Franckenhäusio communicavit egregie illa quidem rem juvant. Itaque homo Da-

(a) Oretani pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie dicitur *Estremadura*, ubi est urbs dicta *Alcantara*, in qua hæc Roccorum familia florebat.



nus in sua illa, de qua dictum supra est, Bibliotheca, cujus quidem libri ausus est corrumpere titulum, qui ab Joanne Luca Cortesio vere fuerat adscriptus, additis etiam nonnullis animadversionibus, quæ auctore Cortesio indignæ prorsus sunt, ad cap. LIV. ubi perperam quidem scripsit, Ant. Augustinum religioso ordini addictum fuisse, de his Augustini Dialogis sermonem habuit, atque legentes ad Stephani Corberæ rejecit testimonium, de quo inferius dicturi sumus pluribus verbis.

Nostra certe nunc interest, ut dicamus, qua ratione hi Dialogi, quos edere instituimus ex una in alteram, tandemque in nostram pervenerint manum.

Post Ant. Augustini mortem horum exemplum Dialogorum in manus incidit Galcerandi Albanelli Illiberini Pontificis, qui amplissimo inter Ilergetes loco natus erat, atque, quod ad rem maxime pertinet, cum Ant. Augustino sanguine jungebatur. De illo exemplari exscriptum exemplum fuit, quod in Bibliothecam pervenit Stephani Corberæ Barcinonensis, qui librum illum confecit, qui inscribitur *Cataluña ilustrada*. Hic Stephanus Corbera, ut omnes quidem scirent, qua ipse ratione eum adeptus esset librum, ita legentes allocutus est: „ Hunc „ eruius librum e quadam scriptorum congerie, quæ quidem adservabatur apud Galcerandum „ Albanellum, qui vir in præsens Regis filium erudit “ (is erat Philippus, qui post Hispaniarum Rex hujus nominis Quartus exstitit). „ Maximam Dialogi Sexti partem novimus deesse. Quare postremæ vacuæ apparent paginae, eæque, si quando liber in nostras pervenerit manus, a nobis complebuntur. Illud te, Lector, monitum volo, ea capita fuisse addita, quæ „ Augustino vita functo ab Rege fuerunt tradita: neque enim poterant in exemplari esse. Si „ tamen ex eo exscribatur exemplum, optimum prodibit: Librarii enim facile ab sedulitate „ recedunt. Atque sane, siquid in iis Dialogis desit, id omne librariorum culpæ tribuendum „ puto. Nemo enim ignorat quantopere Augustinus omni litterarum genere excelleret; qui „ quidem apud omnes Europæ populos maximo est in honore. Vale. An. MDCXIX. “

\* Lib. V.  
cap. XIII.

Idem Stephanus Corbera in eo ipso libro \* memoriæ iterum prodidit, sibi hos fuisse Dialogos his plane verbis: „ Sane his omnibus peregrinis scriptoribus honori id tribuam, ut „ eorum opiniones sententiâ comprobem amplissimi viri Ant. Augustini, Tarraconensis Pontificis, qui Celtiberis omnibus, eique toti regno gloriæ loco est: Namque ejus quidem nomen latissime in Hispania patet; virtus vero doctrinaque admirationi potius, quam laudibus locum reliquit. Itaque vir præstantissimus libro quodam (qui mihi quidem in Bibliotheca est) de Hispanæ Nobilitatis Familiis & Insignibus, quum sermonem instituisset de novem illis Germanis, qui primum in Hispaniam Otgerio Catalone Duce venerunt, unde postea Ilergetum omni regioni est Catalauniæ nomen quæsitum (ut ille ait), postquam dixit Provinciam fuisse in IX. divisam Conventus, hæc addidit verba: His ego quidem refragare non ausim, proptereaquod multis nituntur rationibus, maxime vero quod plurima apud Ilergetes familiarum sint nomina, quæ ex illis profecta esse videntur, adeoque eam rem magnopere comprobant. Quum itaque summi viri adsit auctoritas, sane contrariam sustinere velle sententiam hominis esset, qui non veritatem inquireret, sed novis studeret rebus; quive potius pertinaciam, quam amaret mansuetudinem “.

Ex eo Dialogorum exemplo, quod apud Stephanum Corberam adservabatur, sibi Paulus Ignatius Dalmafesius exemplum curavit exscribi; qui postea hæc memoriæ prodidit: „ Hoc exemplum exscribi curavi ex eo, quod Stephanus Corbera eruerat e quadam scriptorum „ congerie, quæ apud Galcerandum Albanellum adservabatur. Id Corberæ exemplum in mea „ est Bibliotheca ipsius manu Corberæ scriptum, ejusque nomine munitum. Hæc Barcinonæ „ scribebat Paullus Ignatius Dalmafesius Rosensis Calend. Januar. An. MDCCII. (1) “.

De eo exemplo, quod hodie in Regis est Bibliotheca, sibi aliud exscribi curavit Blasius Antonius Nassarius Ferrizensis, qui inter Regiæ Bibliothecæ custodes præfecturam gerebat, atque in Acobensi Mariæ Fano prior erat Sacerdos. Is sane vir propter excellentem doctrinam, atque de omni litterarum genere judicium plane intelligens adeo insignis est, ut laudibus minime opus habeat. Enimvero non possum, quin fatear, homini me plurimum debere; proptereaquod quum me Ant. Augustini scriptorum tantopere cognovisset studiosum, mihi dono dedit illud horum Dialogorum exemplum, quod sibi curaverat exscribi, eosque a me voluit in manus hominum edi.

Aliud quoque exemplum habuit Ludovicus Salazarius Castrensis, atque hodie exstat inter manu volumina scripta, quæ cum plurima, tum certè maximi pretii ipse legavit Sodalibus Benedictinis Martini Monserratenis, qui Madriti sunt. Ii porro homines insigni quodam fortunæ dono adepti sunt præclaram sane manu librorum scriptorum seriem, qui quidem omnes ex iis sunt, qui maxime nostrorum temporum Bibliothecas illustrant.

Jam vero hos Dialogos fuisse ab Ant. Augustino scriptos manifeste constat cum ex iis, quæ diximus, tum ex iis, quæ dicturi sumus. Primum namque ex ipsis constat Dialogis, illos fuisse scriptos quo tempore Ant. Augustinus ei rei erat certe idoneus; hoc est quum Hispaniæ Rex

(1) Hujus Dalmafesii videri debet Dissertatio Historica de Paulli Orosii Patria cap. XVIII. pag. 201.



Rex esset Philippus Secundus (1), qui ad regnandum accessit An. MDLVIII. atque fuit e vis sublatuſ An. MDXCVIII. quo tempore Lusitanorum tenebat Regnum Sebastianus (2), qui Regnum inibat An. MDLVII. vitæque functus est An. MDLXXVIII. eodemque tempore Valentinum obtinebat Pontificatum Franciscus Vasco (3), qui ab Paulo IV. Pont. Max. cooptatus fuit a. d. IV. Non. Maj. An. MDLVI. mortemque obiit XVI. Calend. Maj. An. MDLXIII. vivo adhuc Joanne Austriaco (4), qui apud Belgas Proregem gerebat, extremumque clausit diem An. MDLXXVIII. In quinto Dialogo, qui, eo quod sit absolutus, postremus dici quodammodo potest, sermonem habuit Augustinus de Familia Gironum, cujus novam quandam γενεαλογίαν ait (5) paullo ante editam fuisse. At ibi loquebatur Augustinus de quadam Epitome nonnullarum Hispaniæ historiarum, in quibus historiis agitur præsertim de illa Gironum familia. Eum porro librum ediderat Compluti Hieronymus Gudiellus An. MDLXXII. \* Hæc omnino tempora, quæ a nobis notata fuerunt, eam, si recte inspicimus, Ant. Augustini ætatem comprehendunt, qua ipse certe erat ad hos conscribendos Dialogos idoneus, initio ducto ab An. MDXXVIII. quo anno Salamantiam, ut scientiis operam daret, se contulit. Ast præter hæc omnia qui sub littera A loquens inducitur dicit, se Salamantiæ [6], Barcinone (7), Venetiis [8], atque in Sicilia (9) fuisse: quæ quidem indicia Ant. Augustino omnia conveniunt. Ac si multa invicem placeat conferre, facile agnosci poterit, magnam versari similitudinem inter illa, quæ in hisce Dialogis leguntur, & illa, quæ Ant. Augustinus alibi scripsit. Namque in quinto Dialogo [10] de ea egit Tarraconensi inscriptione, quæ incipit: *C. Valerii Augustini &c.* atque illam ad cognomentum, quo ipse utebatur, retulit. Eam vero rem notavit etiam in Antiquitatum Romanarum Hispanarumque Dialogo primo; itemque iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dabat prid. Id. Septembr. An. .... Tum in Dialogo priore memoriæ prodidit, Montacutensem Comitem fuisse sanguine conjunctum ei, qui littera C notabatur, uni scilicet ex iis, qui loquentes in dialogis inducebantur, eratque. .... Itaque multa invicem possent conferri. Enimvero qui magis demonstrari potest, hos Dialogos revera ab Ant. Augustino fuisse scriptos, quam stili similitudine? Omnino eruditionis mirifica ubertas, atque ejus quidem eruditionis, quæ lectissima sit, purisque hausta fontibus, multoque ordine insignis. Magna est eorum, qui loquentes inducuntur, modestia, singularisque prudentia. Eorum quoque hominum egregie dignitas sustentatur; ut quidem hæc scribendi difficillima ratio, vel una maxime, expolcit. Stylus vero apparet omnino nitens, concisusque, planeque ei similis, quo usus fuerat Augustinus in conscribendis Antiquitatum Romanarum Hispanarumque Dialogis. Pronunciationis vestigia, etiam post tot, quæ exscripta fuerunt, exempla, eadem apparent. Legitur enim *ahun*, & *ahunque*, quæ erat peculiaris Ant. Augustino, Petro Ciaconio, aliisque perpauca hispanice scribendi ratio: Eam vero Hieronymus Zurita jure ac merito reprehendit: Nos autem illa in his Dialogis usi sumus; ut scilicet tanti viri etiam nævi religiose terventur. Nos etiam oportere credidimus, hos edi dialogos eâ omnino ratione, qua illos auctor scriptos reliquit. Neque ideo parum operæ studique consumpsimus, ut illos iis omnibus mundarem, quæ otiosi homines vel ignari, vel malitiosi huc invexerant; ut observaverat pridem Stephanus Corbera. Ac si quis error, quod præsertim attinet ad cognomenta, adhuc sit reliquus, id tot exemplorum multitudini, quæ fuerunt exscripta, tribuendum est: quare non potest nimis frequenter iis sedulitas commendari hominibus, qui manu potius, quam utuntur intellectu. Id sane plurimi laboris fuit, quod sexcentos libreriorum errores emendaverimus. Neque enim mihi possunt aliena tam probe innotescere, ut iis, quorum illa sunt. Quare si quæ nostram aufugerint industriam; ego quidem monita quævis lubenti excipiam animo, ut quum iterum hos Dialogos typis [Deo favente] in lucem proferam, emendatiores, quam modo sint, emitti illi quidem possint.

Mirum certe non est, quoniam hi Dialogi manu circumferrebantur scripti, Gabrielem Naudeum illos haud novisse: qui idcirco in libro, cui Bibliographiæ Politicæ nomen esse voluit \*, dixit, Fulvium Ursinum, Ant. Augustinum, & Ricardum Streinium scripsisse tantum de Familiis Illustribus, quæ ad antiquitatis historiam pertinent; minimè vero de iis, quæ pertinent ad historiam nostrorum temporum.

Itaque hæc omnino sunt, quæ nobis de Ant. Augustino non quidem diù, sed multâ quærentibus diligentia reperire licuit. Ac quidem veluti è paleâ triticum, ita nos ea, quæ multorum dispersa libris latebant, eruimus. Quocirca noster certè labor multo fuisset minor, si ii, qui, quum viri summi memoria adhuc exstaret, ejus vitæ historiam vel scribere cogitaverunt, vel reapse scripserunt, suos in manus hominum Commentarios edidissent.

Nam-

[1] *Dial. II. num. VIII.*

(2) *Dial. III. num. XXVI.*

(3) *Dial. III. num. X.*

(4) *Dial. II. num. X.*

(5) *Num. XLIII.*

(6) *Dial. I. num. XIV.*

(7) *Ibidem.*

(8) *Dial. V. num. XXXV.*

(9) *Ibidem.*

(10) *Num. XXXIV.*

\* *In fol.*

\* *Pag. 71.*

Namque Andreas Schottus, qui duos postremos annos in Augustini fuit familiâ, homineque familiariter utebatur; eo scilicet spectans, ut quæ ad tantum virum pertinerent, omnia penitus cognosceret (1); in oratione, quam in Ant. Augustini funere recitavit, atque in ea epistola, qua illam Orationem ad Levinum Torrentium, Antuerpiensem Antistitem, misit, se paratum esse dixit Augustini historiam litteris mandare: sed nova consilia, novaque occupationes hominem distinuerunt.

Martinus Augustinus, qui in Tarraconensi Servatoris Fano sacerdotium gerebat, & Antonius Augustinus Jesuita (Ant. Augustini Tarraconensis Pontificis nepotes ambo) uterque Patru scripsit historiam: Ille enim, Didaco Murillo teste (2), jam opus erat editurus (3). Hic vero librum confecit, qui inscribatur: *De rebus gestis Ant. Augustini Tarraconen. Pont. Commentarius juxta temporum ordinem digestus*. Complectebatur is liber Ant. Augustini vitæ historiam, illam quidem fusè conscriptam: Ita enim Nicolaus Antonius audiverat de Joanne Francisco Uztarrozensi, qui Celtiberorum scribebat Annales. Horum vero scriptorum nullum in meas pervenit manus; neque enim reperire potui, eorum ullum apud quemquam nostris esse temporibus.

Nonnulla etiam, quæ ad Augustinum spectarent, breviter persecuti sunt [ quanquam novi quidem nihil attulerunt ] Didacus Murillus in Commentario de Cæsaraugustanis Scriptoribus\*, quem quidem commentarium adjecit libello de Exstructione Ædis Pilariæ; Vincentius Blacus Lanuzensis in volumine postremo\* Historiæ Celtiberorum cum sacræ, tum profanæ; Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ; Josephus Dormerus in Progressibus\* Historiæ apud Celtiberos; Gerardus Ernestus Franckenhauusius in ea Bibliothecâ\*, de qua dictum supra est, ubi, uti diximus, per imprudentiam scripsit, Ant. Augustinum vitam in religioso ordine egisse, quod certe haud scripserat Joannes Lucas Cortesius, cujus quidem scripta sibi voluit tribui: scilicet his capiuntur erroribus, qui aliena augent scripta. Tandem aliis quamplurimis missis David Clemens in Bibliotheca\* illâ suâ memoriæ multa tradidit de editionibus scriptorum Ant. Augustini.

\* pag. 438.  
\* Lib. 4.  
cap. 6. pag.  
342.  
\* Curiosa,  
Historica, &  
Critica vol.  
2. pag. 248.

\* Pag. 323.

\* Pag. 30.

Illud profecò nos etiam atque etiam dolemus, quod ne librum quidem videre potuimus, quo continentur *Litteræ diversæ Pauli IV. in formâ Brevium in commendationem Antonii Augustini, Episcopi Allifani, Nuntii apud Ferdinandum Romanorum Regem, ad ipsam Majestatem scriptæ, ac ad alios Principes pro variis negotiis*. Nam quum ego quidem novissem, eum librum apparere in Indice librorum Ant. Augustini, qui manu latine essent scripti\*, mihi statim in mentem venit, eum reperiri debere in Laurentianâ Regis Bibliothecâ: atque illo diligenter quæsito ibi revera esse cognovi. Itaque, ut libri exemplum habere mihi liceret, amicam hominem, qui meis favere rebus consueverat, adhibui. Enimverò inclementiore utebamur fortunâ: adeoque nostrum frustra cessit desiderium; retque publica multis illa quidem carebit, quæ ego certe ex eo eruissem volumine, ut hinc meos illustrarem Commentarios. Atque utinam testimonia nobis innotuissent, quæ Paulus Quartus Pont. Max. Ant. Augustini virtuti, scientiæ, prudentiæque dare non dubitavit. Itaque quoniam nobis in eâ re satis minime factum fuit, ea subicere placet, quæ viri in republica amplissimi [a] de Antonio Augustino cogitaverint, ac scripserint.

\* Num. 546.

Ju-

(1) Vide Orationis Funebr. Dedicat.

pag. 439.

(2) In lib. de Exstruct. ædis Pilariæ

(3) Vide sup. pag. 96. in princ.

(a) Hominum amplissimorum de Ant. Augustino judicia locum habuerunt in Primo Volumine pag. XXIII. &amp; seqq. Tamen nonnulla, quæ ab eruditissimo Gregorio Mayansio addita postea fuerant, hic subiiciuntur.



## Judicia Doctissimorum Virorum de Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi.

**P**ETRUS VICTORIUS in Epistola ad Ant. Augustinum data Florentiæ anno 1563. cujus exemplum habeo manuscriptum cum hac temporis nota, quæ omiſſa est in editione Epistolar. Petri Victorii pag. 117. ita scripsit agens de Philippicarum editione Gabrielis Faërne, quem Augustinus multum adjuvit: *Incidit ergo in locos plures, quos judicio ipsius, cognovi curâ, acumineque tuo illustratos, & ab omni prorsus macula purgatos. Tu enim quemadmodum gravioribus studiis egregiam operam navasti, ita etiam humaniores litteras industria sedulitateque tua plurimum expolisti. In quo sane merito multum Tibi debent studiosi eorum, qui nullum unquam laborem fugeris, ut ipsas ornares, & integriores formosioresque undique redderes.*

IDEM Observationum libro 12. cap. 28. *Verba constitutionis jam dedit optimus, & doctissimus Ant. Augustinus, cui omnes non modo Juris, sed & bonarum artium studiosi tantum debent, ut debere etiam se palam profitentur multi, quantum homo homini debere potest. & cap. seq. Ant. Augustinus, doctissimus Jurisconsultus, sanctissimus Episcopus.*

BERNARDINUS GOMETIUS MIEDESIUS Commentariorum de Sale lib. 5. num. 32. editionis 2. an. 1579. *In Urbe quidem (Roma) florere non pauci; atque in primis noster Ant. Augustinus Sacri Palatii Causarum Auditor æquissimus, Allisanorum prius, post Ilerdensium religiosissimus Pontifex designatus: Sed nunc tandem pro tantis ejus ab ipsa usque Generali & Æcumenica Tridentina Synodo, cui perdiligens, perque officiosus interfuit, susceptis in Ecclesia Dei laboribus, quos permiror sui exemplo, atque integritate vitæ sustentat, ad Metropolitanam Ecclesiam Tarraconensem, Patriarchalem sepe nuncupatam, a Gregorio XIII. Pont. Max. Philippo II. magno Hispaniarum Rege deposcente, perhonorifice translatus. Is non modo universi Juris, sed totius Antiquitatis, atque eruditionis copia refertus, primus ipse Etruscorum Pandectas nostro sæculo pene ignotas referare est aggressus. Tum etiam Græcas multorum Imperatorum Constitutiones ad Ecclesiasticam præsertim libertatem & dignitatem maxime pertinentes, Latinis antea ignotas auribus edidit, multoque majora in dies litterarum monumenta in Pontificii Juris & Sacrorum Conciliorum illustrationem molitur.*

PETRUS JOANNES NUNNESIUS De recta atque utili ratione conficiendi Curriculi Philosophiæ fol. 24. pag. 1. *Quale exemplar (Stobæi) nos vidimus apud Ant. Augustinum Archiep. Tarracon. virum, cuius nomen nulla vetustas obruet. & fol. 143. pag. 2. de Ant. Augustino loquens: Quam sententiam approbavit continuo eruditissimus nunquam pro dignitate satis laudatus, exemplar egregium probitatis, & integritatis incorruptæ. Sed de illo alias.*

PETRUS FABER Semestr. lib. 3. cap. 12. *Hoc animadvertendum esse duxi, propterea quod ab Ant. Augustino elegantissimo inter Hispanos Jurisconsulto, ac religiosissimo Episcopo in eo, quem de Legibus, & Senatufconsultis non ita pridem edi curavit Fulvius Ursinus, libro, minime exprimitur quo tempore id factum Senatufconsultum (Vitracianum) fuerit.*

FRANCISCUS BOEUS in Brevi totius Juris Chronologia prope finem, quam præmisit Expositionibus Institutionum: *Ant. Augustinus, vir ad miraculum eruditus, sed in primis Critices gloria præstans Pandectis Florentinis adjutus, aliisque exemplaribus collatis multos nervos, & maculas fœditissimas ex Jure sustulit, & Pandectas imprimis expurgavit & quasi pumice exornavit.*

VINCENTIUS JOANNES LASTANOSSENSIS en el Museo de las Medallas desconocidas Españolas, pag. 81. *Don Antonio Agustín, Arzobispo de Tarragona, cuyo nombre nunca se puede referir sin recomendaciones, i elogios, por las glorias que en sus escritos consigue la Ciudad de Zaragoza su Patria, el Reino, i toda España. Pag. 96. Don Antonio Agustín, Arzobispo de Tarragona, clarissima antorcha de la Jurisprudencia, i de la Antigüedad.*

FRANCISCUS DIDACUS SAVENSIS en los Anales de Aragon, cap. 91. pag. 595. *Este Arzobispo de Tarragona, singular ornamento del nombre de su Padre, i de la Casa Agustina, i lumbrera del Derecho Canonico; cuya erudicion sacroprofana, llenò el seno a la mayor codicia de las buenas, i mejores letras.*

JOS. ANT. RIEGGERUS in Præfatione Dialogorum Ant. Augustini de Emendatione Gratiani: *Non vereor, ne sit quisquam in Historia Litteraria novus adeo, atque hospes, cui Ant. Augustini Archiepiscopi Tarraconensis insignia in omne scientiarum genus merita non sint quam notissima. Neque enim facile eorum est aliquis, qui in commendanda posteritati doctorum hominum memoria paullo diligentius versati sunt, qui viro de re litteraria egregie merito dignam nominis celebritate laudem non dixisset.*



cxii A. Augustini Vitæ Historia.

ALEXANDER POLITUS de Patria in testamentis condendis Potestate, lib. 1. cap. 3. num. 6. *Vir doctissimus, cui paucos Hispania habet, qui comparentur, qui præferantur, neminem, Ant. Augustinus.*

EVERARDUS OTTO in Præfatione Volum. I. Theauri Juris Romani, pag. 6. *Cujus (Ant. Augustini) de laudibus quidquid dixerò, minus erit. Is enim Divini & Humani Juris Aristes fuit sanctissimus, & vindex humanitatis, omnium, quos unquam vidit Hispania, doctissimus; homo vere πολυμαθέτατος, totius Antiquitatis promus condus, omnigenæ eruditionis thesaurus, & astrum septem radiorum; quod in Gentilitiis ejus Insignibus, ut olim in Wambæ, Regis Hispaniæ Gothici nummis, & in vetustioribus Romanis astrum sex radiorum, capiti Augusti Cæsaris impositum, spectabatur. Et cætera quæ magnificentissime de illo prædicat.*

Privilegium Senatus Populique Romani in gratiam Familiæ Augustinorum. \*

\* *Dor-  
mer. in Pro-  
gressib. Hist.  
apud Celtib.  
pag. 604.*

QVOD ANT. VELLIVS I. C. ET ADVOCATVS CONSISTORIALIS: DOMINICVS CAPOFERREVS: VINCENTIVS QVINTIVS, ALMÆ VRBIS CONSERVATORES, DE VIRO CLARISSIMO ANT. AVGVSTINO ANT. AVGVSTINI F. ILERDENSIVM EPISCOPO ET VIRIS FORTISSIMIS IOAN. AVGVSTINO ANT. F. ET VINCEN. AVGVSTINO FRAN. F. EQVITIBVS, EX NOBILISSIMA COLONIA ROMANORVM CÆSARAVGVSTA EDETANORVM HISPANIÆ CITERIORIS AB AVGVSTO CÆSARE DEDVCTA, A QVO IPSAM AVGVSTINORVM GENTEM ORIGINEM, ET NOMEN CVM COLONIA DVXISSE CENSENDVM EST, ROMANA CIVITATE DONANDIS, AD SENATVM RETVLERVNT, QVID FIERI PLACERET. DE EA RE VNIVERSI ITA CENSERVNT. CVM AD AVGVSTINORVM SERVANDAMQVE REMP. INSIGNES VIROS IN CIVES ROMANOS RECIPERE, EISQVE PRÆMIA, HONORESQVE TRIBVERE, MORE MAIORVM STATVTVM SIT: CVMQVE S. P. Q. R. ANT. AVGVSTINVM ANT. AVGVSTINI F. ILERDENSIVM EPISCOPVM, NOVERIT IN HAC IPSA VRBE OPTIMVM IVDICEM STILITIVS IVDICANDIS SACRI PALATHI APOSTOLICI MVLTOS ANNOS EGISSE, ET INSIGNES LEGATIONES PONTIFICVM ROMANORVM IVSSV IN BRITANNIAM, ET IN GERMANIAM OBIVISSE, ET PRÆCLARA LITTERARVM MONVMENTA, TAM DE VETERI NOSTRO IVRE ROMANORVM, QVAM DE IVRE PONTIFICIO, ET ANTIQVO STATV REIPVB. CONSCRIPSISSE, QVAS OB RES SENATVM EXISTIMARE AMPLISSIMVM VIRVM CIVITATE ROMANA ESSE DONANDVM INQ. SENATORIVM ORDINEM, PATRICIOSQVE VIROS CVM DVORVS FORTISSIMIS VIRIS EX EADEM FAMILIA IOAN. AVGVSTINO ANT. F. ET VINCEN. AVGVSTINO FRAN. F. COOPTANDVM. ITAQVE SENATVI PLACERE, VT EISDEM ANT. AVGVSTINO ANT. F. IOAN. AVGVST. ANT. F. VINCEN. AVGVST. FRAN. F. EORVMQVE FILIIS, NEPOTIBVS, ET PRONEPOTIBVS, ET POSTERIS, TAM NATIS, QVAM NASCITVRIS, VTRIVSQVE SEXVS PERSONIS, IN PERPETVVM NOBILES PATRICIOS CIVES ROMANOS ESSE, EOSQVE IN SENATVM VENIRE, ET IN EO SENTENTIAM DICERE, MAGISTRATVS GERERE, SACERDOTIA OBTINERE, BONA LIBERA, ATQVE IMMVNIA HABERE, HISQVE IMMVNITATIBVS, HONORIBVS, PRIVILEGIIS VII, FRVI, FVNGI, POTIRI LICERE, PERINDE \* AC SI IN IPSA VRBE EX VTRISQVE CIVIBVS ROMANIS NOBILIBVS PATRICIIS NATI FORENT, INQVE OMNIBVS REIP. N. HONORIB. COOPTATI, LECTIQVE FVissent EODEMQVE IVRE ESSE, QVO OPTIMO IVRE CIVES ROMANI, NOBILES PATRICII SVNT, AVT VNQVAM FVERVNT: EAMQVE GENTEM FAMILIAM HABEANT, QVAM IPSI MALVERINT EX OMNIBVS GENTIB. FAMILIIS ROMANORVM MAIORVM, MINORVMVE GENTIVM, CENSERVNT. QVÆ CVM OMNIBVS PLACVissent, EADEM ACTIS PVBLICIS CONSCRIBI, ET CONSERVARI VOLVERVNT, AC DE EA RE SCRIBÆ PVBLICI HOC PRIVILEGIVM GONSCRIPSERVNT IX. KAL. IVLIAS, ANNO MDLXXIII.

\* *PROINDE  
scribit Dor-  
mer.*

*H. Fuscus Sacri S. P. Q. R. Scriba.  
Vinc. Martholus Sacri S. P. Q. R. Scriba.*



# Index rerum, & verborum, quæ notari debent in Antonii Augustini Vitæ Historia.

Numeri Paginas indicant.

- A** Bis, Abbas, 79.  
 Academia Hispanienses, 64.  
 -- veteres tres, 34.  
 Accursiani, 19.  
 Accursius (Franciscus), 19.  
 Actionum nomina in iure, 47.  
 Acugna (Joannes), 39.  
 Aduartes [Franciscus], 55: 62: 68: 94: 96. e-  
 jus de Epitome Juris Pontificii veteris ju-  
 dicialium, Ibid.  
 Ædes Millanæ Cogollenses, 37.  
 Ægidius (Joannes), 29.  
 Ærtsius, 61.  
 Æthiopiæ res illustratæ, 65.  
 Aguilera (Joannes), 25.  
 Aguirrius (Josephus Saentius) Cardinalis, 80: 91.  
 Ahun, Ahunque, 109.  
 Ainsensis (Franciscus Didacus), 105.  
 Alagonius [Blasius], 107.  
 Alanus Epistolas Decretales τῶν σχολῶν auxit,  
 40. & seq.  
 Albanella (Aldonza), 11.  
 Albanellus (Galcerandus), 108.  
 Albanus (Jacobus), 41.  
 Albion [Jacobus], 17.  
 Albornotius (Ægidius), 16.  
 Alciatus [Andreas], 14: 15: 16: 19.  
 Alcoverium Castellum, 68: 80.  
 Alexander (Joannes), 13.  
 Alexandrinus (Joannes Antonius), 14.  
 Allipha, 28.  
 Almeidensis [Franciscus], 60.  
 Alphonsus Pontifex Ferdinandi Regis F. 39.  
 -- Rex, 50.  
 Alteenses, 11.  
 Amaseus (Romulus), 14: 16.  
 Amphitheatrum Vespasiani, 60.  
 Andronicus (Livius), 99.  
 de Angelis (Josephus), 87.  
 Angelramus [Drovis], 80.  
 Angulensis [Andreas], 38.  
 Anselmus Lucensis Antistes, 41: 98.  
 Anthianus [Furius], 82.  
 Antiquitatis reliquiæ, 57. & seqq.  
 Antonius (Nicolaus), 16: 38: 58: 62: 80: 91:  
 107: 110.  
 Antuerpia obsidione septa, 64.  
 Aprileus (Petrus Simon), 70.  
 Aquila Cærulea, Albanellorum insigne, 11.  
 Aquilius Gallus [Cajus], 19: 69: 84.  
 Aquilonius (Joannes), 58.  
 Aquinates (Antonius), 103.  
 Aragonensis (Joannes), 45.  
 Archintus (Philippus), 39.  
 Tom. II.
- Arinnensis (Joannes Franciscus), 50.  
 Arrias Montanus (Benedictus), 72: 78.  
 Asparrago Pontifex, 45.  
 Aspilcuetensis (Martinus), 32: 64.  
 Aspiratio, 50. & seqq.  
 Assessorum officium, 72.  
 Astensis summa, 47.  
 Atticus (T. Pomponius), 87.  
 Aubrius, 65: 68.  
 Averianus [Josephus], 19.  
 Augustina (Hieronyma), 11.  
 -- (Isabella), 11: 21: 33.  
 Augustini [Divi] Confessionum vetustissimus  
 Codex, 51.  
 Augustini [Antonii] & Cujacii de Andrea  
 Alciato iudicium, 17.  
 -- Imagines variæ, 66. ejus in studiis metho-  
 dus, 67.  
 -- Parentum mors, 12.  
 Augustinorum cognomen. Vide Diploma de Ro-  
 mana Civitate.  
 Augustinus (Antonius) Proavus Antonii Augu-  
 stini Pontificis, 12.  
 -- [Antonius] Pater Antonii Augustini Pon-  
 tificis, 11: 38. & seqq. Legatus ad Ponti-  
 ficem Max. 49. Detrusus in carcerem &  
 quare, 38: 39: 54. Liberatur, absolvitur, 39.  
 -- (Antonius) Tarraconensis Pontifex nascitur,  
 1: 44. a quo grammaticam didicisset, 12.  
 in Complutensem Academiam a Hierony-  
 mo F. mittatur, 12. biennio ibi mitioribus  
 litteris & Philosophiæ operam dat, Ibid.  
 tum Salamantiæ Juri Civili, Ibid. in flu-  
 mine Tormesio aquis demergitur: Juris  
 Civilis doctor appellatur, Ibid. dolore lateris  
 laborat, 13. fratris jussu iter Bononiam  
 versus arripit, Ibid. Patavium pergit, 14.  
 Ejus de clarioribus sui ævi Jurisconsultis  
 iudicium, 14: 15. in Collegium D. Clemen-  
 tis Bononiense cooptatur, 16. studiis Civi-  
 libus, Humanioribus, Græcæ linguæ, Mu-  
 sis, & musicæ arti operam dat, 17. Juris  
 Civilis & Pontificii Doctor solemnî ritu  
 Bononiæ appellatur, Ibid. Florentiam per-  
 git & ad Collegium redit: Collegium re-  
 linquit incio præfecto, pœna mulctatur,  
 liberatur, Ibid. Venetias pergit, 18. librum  
 Emendationum & Opinionum, qui postea  
 fuit quartus, typis describi curat, Ibid. quo  
 uteretur stilo, 19. libros Emendationum  
 quattuor, & de Excusationibus libellum  
 mittit ad Lælium Taurellum; hic ad Ja-  
 cobum Taurellum Fr. 20. Venetias reperit,  
 Ibid. in Marciana Bibliotheca plurimus est,



22. ad urbem accedit: XIIvir litium iudicandarum renuntiatur, Ibid. Græcarum Constitutionum volumen ad Lælium Taurillum mittit, Ibid. ad D. Clementis Collegium mittit munera, 24. apud Julium III. Pontificem plurimum gratia valet, ab eoque mittitur in Britanniam: inde in Belgas proficiscitur, Ibid. ad urbem redit, 25. quibus Romæ amicis uteretur, 25. & seqq. ejus de Onuphrio Panvinio iudicium, 26. Alliphanus Antistes renuntiatur, sacris iniuriatur & oleo Pontificali inungitur, 28. ad Ferdinandum Cæsarem Legatus mittitur, & mox Neapolim indeque Allipham contendit, Ibid. Siciliam censor inuisit, atque inde Neapolim navigat, & ad urbem redit, 29. Ilerdensis Antistes creatur, 30. Româ Tridentum proficiscitur, ibique bis fuisse eum credit Mayansius: labores pro republica Tridenti sustinet plurimos, 31. auctor est patribus Tridentinis, ut litium præmia Curiis (ut vocant) Episcopabilibus adimerentur, 32. Decretum de recipiendis & observandis Decretis Concilii conscripsisse creditur, Ibid. magnam librorum manuscriptorum vim Bononiam ad D. Clementis Collegium mittit: Tridento Barcinonem pervenit terrestri itinere, Ibid. Barcinone Ilerdam contendit: uti Tridentini Decreta Concilii servari deberent edicit, non sine Collegii Sacerdotum Ilerdensis offensione: ad eum Latini Latini percontatio: Augustini responsio, 33. Mayansii de ea re sententia, 34. Ilerdæ Concilium iterum habet: pecuniam Ilerdensi Templo donat: graviter ægrotat, 35. Barcinone Antistitum Concilio, quod habebatur, interest, 36. Ilerdam redit, ubi Concilium tertio habet, 37. Ilerdensem Academiam censor visitat: exsul in oppidum Montionem ire cogitur: brevi inde redit, & Concilio Tarraconensi adest, Ibid. Romana civitate donatur una cum suis omnibus, atque eorum posteris utriusque sexus, 43. Collegium Divæ Virginii dedicatum Ilerdæ lustrat: nonnulla ibi decreta edit, 44. Tarraconensis Pontifex creatur, Ibid. Tarraconensis Ecclesiæ possessionem per procuratores capit: urbem Tarraconem ingreditur, 45. Diœcesis conventum habet, 46. conventum Provinciae, 47. de Emendatione Gratiani Dialogos scribere aggreditur, Ibid. Historiarum scribendarum munus Hieronymo Blanca imponit, eique opitulatur, 48. opitulatur & Hieronymo Zuritæ, cui res. adscribendum suppeditat, ejusque scripta emendat, 48. & seqq. Joanni etiam Paetio Castrensis, 49. ejus stilus ad Numantinorum, & Carpetanorum usum accommodatus, 51. Ciceronem imitabatur, 54. Gratiani Decretum emendavit, 55. & seq. antiquitatis restituendæ studiosus, 57. & seqq. diem obit: effertur: in sepulcrum conditur; cui inscriptio adjungitur, 63. & seqq. ejus ætas, statura,

ingenium, mores, 66. & seqq. quibus virtutibus a natura esset instructus, quasque ipse sibi comparasset, 66. & seqq. in maximo Tarraconensi Fano suis sumptibus sacrarium ædificandum curavit, 67. Tarracone ter Provinciae bis Diœcesis conventum habuit, Ibid. quot quibusque muneribus functus, Ibid. quos domi haberet familiares, 68. ingeniosissimis viris familiariter utebatur, 69. homines doctissimi sua ad eum scripta miserunt, 69. & seqq. erat librorum amanatissimus, 74. eorum præsertim, qui manu essent scripti, 75. & seq. ejus libri veteres post ejus mortem in regiam D. Laurentii Bibliothecam comportati, 78. Augustini scripta, quæ eo humato in lucem prodierunt, 79. & seqq. quam multa scripta reliquerit, 83. ea scripta universa colligere atque in vulgus edere consilium fuit Petro Valerio, & Josepho Dormerio, itemque Gregorio Manyansio, Ibid. Index scriptorum ejus, quæ typis edita fuerunt, 84. & seqq. Index eorum quæ nondum typis fuerunt edita, 97. & seqq. de eo judicia clarorum Virorum a Gregorio Manyansio nuper collecta, III: IIII.

-- (Antonius) Jesuita, 62.

-- [Franciscus], 52.

-- (Guillelmus), 12.

-- (Hieronymus), 11.

-- (Joannes), 11: 32: 43: 49: 50: 51: 52: 53: 58: 62.

-- [Martinus], 56.

-- (Petrus), 11: 32. mortem obit, 35. ejus Epitaphium, Ibid.

-- (Vicentes) Vincentii F. 55.

-- (Vincentius), 43. 49.

ab Auria (Hieronymus) Cardinalis, 45.

Austriacus [Joannes], 109.

Ayala [Martinus], 78.

**B** Achius [Joannes Augustus], 84.

Baillus [Martinus Lopetius], 76. & seqq.

Balsamon [Theodorus], 23.

Baluzius [Stephanus], 56: 57: 65.

Barcino, 44: 55.

Bayestonius [Natalis], 47.

Baronius [Cæsar], 62.

Basa [Dominicus], 89.

Basilici Libri, 26: 27: 34: 75.

Basterrius Prætor (Augustinus Orovius), 47.

Bocerri Liber, 106.

Beda Presbyter, 47.

Bellomontani Franciscus, & Joannes, 39.

Bembus (Petrus), 38: 54.

Bencius (Franciscus), 61: 64.

Benisenses, 11.

Bentinus (Michael), 27.

Berguntio Pisanus, 23.

Bernardus Major, qui tertium Epistolarum Decretalium volumen composuit, 40.

-- Parmensis, 41.

Berosus, sive Beroyus (Augustinus), 13.

Berruguetes, 12.

Bef-



- Bessarionis Bibliotheca*, 22: 23.  
*Beuterus* (*Petrus Antonius*), 106.  
*Bibliotheca Barberinia*, 94. *Regia D. Laurentii*, 42: 75: 77. *Famesiana*, 28. *Hispana Andreae Schotti*, 65. *Hispanica Gerardi Franckenhausii*, 107. *Florentina ad Mariæ, quam vocant Novam*, 104. *Pamphilia*, *Ibid. Vaticana*, 62: 108. *Comitis Villaumbrosani*, 107. *Ortohoniana*, 57.  
*Bibliotheca Ant. Augustini Indices tres*, 76: 77.  
*Bibliotheca Custos*, 78.  
*Bibliotheca Italiae locupletiores*, 34.  
*Binnius* (*Severinus*), 79.  
*Bladus* (*Antonius*), 27: 70: 85.  
*Blanca* (*Hieronymus*), 40: 48: 73: 80.  
*Blascus Lanuzensis* (*Vincentius*), 110.  
*Boerius* (*Nicolaus*), 34.  
*Bolandellus* (*Franciscus*), 27.  
*Bolea* (*Bernardus*), 14: 17: 82: 98.  
*Bologninus*, 84.  
*Bona* (*Joannes*), 62.  
*Bonamicus* (*Lazarus*), 14: 15: 16.  
*Bononia*, 13. & seqq.  
*Borbonius* (*Ludovicus*) *Gallia Regis F.* 28.  
*Brenemannus* [*Henricus*], 21: 80.  
*Breviarium Romanum*, 29: 86. *Ilerdense recens*, 35.  
*Britannia*, 24.  
*Broeus* [*Franciscus*], 26.  
*Bulgarus juris interpres*, 19: 23.  
*Burchardus Wormaciensis*, 98.  
*Bynkershoekius* (*Cornelius*), 88.  
*Bzovius* (*Abrahamus*), 85.  
**C** *Abanilla* [*Hieronymus*], 39.  
*Celestinus Tertius*, 40.  
*Celivus* [*M.*], 53.  
*Cæsar* [*C. J.*], 52: 79: 94.  
*Cæsaraugusta*, 11: 45. *eius laudes*, & *Veteres Pontifices*, 48: 91.  
*Cajus Jureconsultus*, 62: 82.  
*Calcena* [*Hieronymus*], 17: 71.  
*Calenius* [*Gervastus*], 40.  
*Calpensæ*, 11.  
*Camaldulensis* [*Ambrosius*], 34.  
*Cancellaria Regula*, 104.  
*Canellafius* [*Vitalis*], 105: 106.  
*Canones Pœnitentiales*, 47.  
*Canonici juris discendi ratio*, 86.  
*Canonum Ecclesiasticorum Collectores*, 62: 79: 94.  
*Canus* [*Melchior*], 30.  
*Capella* [*Andreas*], 70.  
*Capilli Veneris*, 68.  
*Capitolium*, 60.  
*Cardona* [*Joannes Baptista*], 56: 74: 77. & seqq.  
*Carmina Latina tria a Mayansio relata*, 101: 102. *unicum Hispanicum*, 102.  
*Carolus Quintus Cæsar*, 20: 29: 45.  
*Carrafa* [*Antonius*] *Cardinalis*, 62.  
*Curranzensis* [*Bartholomæi*] *Catechismus magnos inter Tridentini Conventus Patres clamores excitat*, 31. *quæ Augustini sententia*, *Ibid. qui exitus*, 31: 32.  
*Carrio* [*Sud.*] *Brugiensis*, 68.  
*Carteretius Granvillensis Comes*, 47: 88.  
*Casaneus* [*Bartholomæus*], 106.  
*Casafius*, sive *Casafius* [*Bartholomæus*], 30.  
*Casaubonus* [*Isaacus*], 56.  
*Castalioneus* [*Josephus*], 61.  
*Castigatio scriptorum alienorum quomodo fieri debeat*, 49. & seqq.  
*Cataluña illustrada*, 108.  
*Catechismus Romanus a quibus conscriptus*, 29.  
*Catonis* [*M.*] *sententiæ de jure*, 19: 53: 69.  
*Celtiberi*, 11.  
*Celtiberorum loquendi, ac scribendi consuetudo*, 50: 67. *Annales*, 49: 52.  
*apud Celtiberos* [*Progressus Historiæ*], 80: 81. & passim.  
*Censorinus*, 68.  
*Centuriæ*, 26.  
*Cervantes* (*Gaspar*) *Cardinalis*, 88.  
*Cespedensis* (*Balthazar*), 25.  
*Chevalerius* (*Petrus*), 65.  
*Chrysolora*, 34.  
*Christi Divinum Corpus an deferri debeat per speciem tum panis, tum vini*, 31.  
*Chromacius pro Chrysolono perperam in Gratiani Decreto nominatus*, 92.  
*Xρονολογία legum*, 46.  
*Ciaconius* (*Alphonus*), 55: 63.  
 -- (*Petrus*), 55: 63: 78: 79: 109.  
*Cibertus Dungeus* (*Henricus*), 79.  
*Cicero* (*M. Tullius*), 30: 67: 82: 92.  
*Ciofanius* (*Hercules*), 56.  
*Circa* (*Bernardus*), 40: 87.  
*Cironius* (*Innocentius*), 42.  
*Clemens* (*David*), 57.  
*Clemens VIII. Pont. Max.* 31: 62.  
 -- *XI. Pont. Max.* 32.  
*Clementis* (*Divi*) *Collegium*, 12: 16: 24: 32: 66: 104.  
*Clivus Capitolinus*, 60.  
*Codex Justinianus*, 34. *a Gregorio Haloandro typis editus*, 18. *Theodosiano Codice illustratur*, 82. & *Consiliis multorum interpretationibus auctus*, 85.  
*Collectionum quattuor Decretalium Exemplum Archetypum*, 42.  
*Collegium Divi Clementis*, *Vide Clementis*.  
 -- *Ilerdense, quod a Maria in Cælum eversa nomen accepit*, 44.  
 -- *Valentinum, quod a corpore Christi nomen habet*, 68.  
*Colocius* (*Angelus*), 27.  
*Colomesius*, 56.  
*Coloniæ*, 58.  
*Columbettus* (*Antonius*), 85. *Liber*, *Ex Consiliis multorum Codicis Interpretatio inscriptus, hunc habuit auctorem non vero Ant. Augustinum*, *Ibid.*  
*Columbus* (*Ferdinandus*), 36.  
*Commentariola diversa, quæ sunt in Regia D. Laurentii Bibliotheca*, 103.  
*Commentarius ad Institutiones Justiniani Imperatoris*, 102.  
 -- *ad*



- *ad Tit. de Regulis Juris*, 102.  
 - *de Notis*, 203.  
 - *de Veterum Numismatum collatione*, 102.  
*Concilia*, 37. *generalia quattuor*, 36. *Hispaniæ*,  
 36: 37: 63: 73: 76: 84. *Galliæ*, 37. *Con-*  
*cilium Lateranense*, 41. *Ilerdense*, 36: 37.  
*Cæsaraugustanum*, 76. *Provincia Tarraco-*  
*nensis*, 45. & seqq. *Tridentinum*, 24: 31.  
 & seqq. *Conciliorum Acta græca, & lati-*  
*na*, 36: 94. *Historia, Notationes, & va-*  
*ria Lectiones*, 36: 37: 94: 97. *de Conci-*  
*liorum Actis edendis epistola*, 81.  
*Constitutiones Novellæ*, 18: 22: 34: 35: 46. *Con-*  
*stitutionum Græcarum Codicis Justinian.*  
*Collectio, & Interpretatio*, 85. *Constitu-*  
*tionum Provinciales Tarraconenses*, 45: 47.  
*Consuetudines epistolarum multum temporis ex-*  
*trahunt*, 46.  
*Contius (Antonius)* 35: 41: 86. *Multa ex Ant.*  
*Augustini Collectione Græcarum Codicis*  
*Constitutionum transtulit in suam editio-*  
*nem*, Ibid.  
*Corbera (Stephanus)*, 108: 109.  
*Cornelius (Melchior)*, 55.  
*Correa (Thomas)*, 48.  
*Cortesijs [Joannes Lucas]*, 108.  
*Cosco (Ludovicus)*, 39.  
*Covarrubia (Antonius)*, 72.  
 - [Didacus], 32: 63: 72: 77. & seq. 102.  
*Cremosius (Sebastianus)*, 87.  
*Cujacius (Jacobus)*, 18: 26: 27: 34: 83.  
*Culantrillus*, 69.  
*Custurezius*, 32.  
*Cyparissiota (Joannes Sapiens)*, 72.  
*Cypriani (Divi) scriptorum exemplar pervetu-*  
*stum*, 51.  
**D***acierus (Andreas)*, 28.  
*Dalmasesius Rosensis (Paullus Ignatius)*, 108.  
*Damides*, 80.  
*Darmarus (Andreas)*, 75.  
*Decreta Cæsarum*, 47.  
*Decretalium Epistolarum quattuor priores Col-*  
*lectiones*, 40. & seq. 77: 86. & seq. *nonnul-*  
*læ commentitiæ*, 62.  
*Delphinus (Gentilis)*, 26: 87.  
*Demochares (Antonius)*, 86.  
*Descriptores*, 50. *eorum in orthographia, & in-*  
*terpunctione licentiæ*, Ibid.  
*Desmarestus [Franciscus]*, 35: 86.  
*Despuigijs (Bernardus)*, 49.  
 - [Michael], 30.  
*Deusdedit Cardinalis*, 98.  
*Dextri & Sociorum Annales commentitiæ*, 79.  
*Dialogi Legales inediti*, 98.  
 - *qua ratione conscribendi*, 109.  
*Digesta, quæ vocantur, volumina collata inter*  
*se, cum Institutionibus, & cum Justinia-*  
*nea Codice*, 82. *Nomina Propria, quæ iis*  
*continentur*, 46. & seq. 88.  
*Dii antiquitatis falsi*, 38.  
*Dionysius Areopagita (Divus)*, 22: 72: 82: 98.  
 - *Exiguus*, 96.  
*Disciplina hominum religiosorum*, 36.

*Domitia Domitiani uxor*, 59.  
*Dormerus (Josephus Didacus)*, 80. & seq. 97:  
 105.

**E***dicta Prætorum*, 47.  
*Edicti Perpetui argumentorum series, dis-*  
*positio, interpretationes*, 82.  
*Eduardus Octavus Britannia Rex*, 24.  
*Eggius [Benedictus]*, 28.  
*Etiogabalus*, 59.  
*Emmanuel Lusitania Rex*, 53: 71.  
*Engelramus, Vide Angelramus, & Ingelramus.*  
*Epistolæ Augustini Latinae ad diversos viros &*  
*sexaginta, Præfationes sex a Mayansio re-*  
*centisæ*, 100: 101. *Tum variorum ad Au-*  
*gustinum epistolæ duo supra viginti*, Ibid.  
 - *a clarissimis viris ad Augustinum scriptæ*,  
 81.  
 - *Decretales, Vide Decretales.*  
*Equites, de quibus in Historiis Hispaniensibus*  
*memoriæ proditum est*, 36.  
*Erasmus (Desiderius)*, 54.  
*Escardius (Simon)*, 76.  
*Estatius (Aquilus)*, 55.  
*Eulogius (Divus)*, 37.  
*Excusationes tutelarum*, 19. & seq. 84.  
*Expunctiones quid*, 19.

**F***aber [Franciscus]*, 43.  
*Fabra (Anna)*, 28.  
*Fabrorum familia doctis viris illustris*, 12.  
*Fabrotus [Carolus Hannibal]*, 27: 34.  
*Factor (Nicolaus)*, 74: 80.  
*Faernus (Gabriel)* 25: 26. & seq. 79.  
*Familia Fabia*, 43.  
 - *Fulvia*, 43.  
 - *Furia*, 43.  
 - *Licina*, 42.  
 - *Manlia*, 42.  
 - *Marcia*, 42.  
*Familia Nobiles apud Hispanos*, 105. *apud Cel-*  
*tiberos*, 106. *apud Lusitanos*, Ibid.  
 - *Romana*, 42. & seqq. 87.  
*Farnesianum Varronis exemplar*, 28.  
*Farnesius (Alexander)*, 25: 64. *obsidione premit*  
*urbem Antuerpiam*, Ibid.  
 - *(Alexander) Cardinalis*, 42: 43: 87.  
 - *(Rainutius) Cardinalis*, 28.  
*Fastorum Siculorum volumen ab Augustino Pan-*  
*vinio traditum*, 71. *unde Fasti Siculi nun-*  
*cupati*, Ibid.  
*Fazellus (Joannes)*, 16.  
*Ferdinandus Cardonensium dux & princeps*,  
 11: 21.  
 - *Hispaniæ Rex cognomento Catholicus*, 38.  
 & seq. *eius Historia*, 53.  
 - *Primus Cæsar*, 28: 71.  
*Fermentum*, 80.  
*Ferrariensis (Philippus)*, 38.  
*Ferreira [Joannes Laurentius]*, 38.  
*Ferrerius (Divus Vincentius)*, 50.  
*Ferrierus Præses*, 31.  
*Festus (Sext. Pompejus)*, 27. & seq. 85.  
*Flaccus (Verrius)*, 27.



Florens [Franciscus], 55: 62.  
 Florentia, 17. & seqq.  
 Florentinum τὸ πικυδεντὸν volumen, 18.  
 Florentinus (Nicolaus), 71.  
 Forerius (Franciscus), 32.  
 Fosquerarius [Franciscus Ægidius], 29.  
 Fragijs (Petrus), 44.  
 Franciscus Primus Gallia Rex, 38: 44.  
 Frankenhauſius (Gerardus Herneſtus), 105: 106:  
 107: 110.  
 Frelonius (Joannes), 84.  
 Frontinus (Sext. Julius), 77.  
 Fructuoſus [Divus], 45.

**G** Aleazus Maria Mediolani Dux V. 28.  
 Galeſtus [Petrus Joannes], 55: 63: 99.  
 an duo hoc nomine exſtiterint, 56.  
 Gallenſis, ſive Vallenſis [Joannes], 40.  
 Gallienus Caſar, 45.  
 Gallorum orthographia, 52.  
 Gambarus (Laurentius), 26.  
 Ganuzenſis [Greida], 11.  
 Garceranius (Petrus Aloyſius), 49.  
 Garcia (Alphonſus), 104.  
 -- [Franciſcus], 47: 72.  
 Garibajus (Stephanus), 52.  
 Gaſtelujus, 31.  
 Γεγενλογία, 12.  
 Germana Hispania Regina, 38.  
 Gilbertus, 40.  
 Gironum Familia, 109.  
 Glandorpius, 87.  
 de Gloria Dialogi, 70.  
 Goltzius [Hubertus], 43: 69.  
 Gobertus, 52.  
 Godefridus Malaterra, 71.  
 Gometius Caſtrenſis [Alvarus], 29: 38: 40: 53:  
 & ſeq. 58: 63. & ſeq. 74: 78.  
 -- Herrenenſis (Ferdinandus), 39.  
 -- (Ludovicus), 104.  
 -- Miedefius (Bernardinus), 73.  
 -- Oriolenſis (Ludovicus), 22.  
 -- (Ruiſius) Silvenſis, 24.  
 Gonzalerius (Andreas) de Barcia, 61.  
 -- (Andreas) de Barcia Carvallido, 61.  
 -- Davila [Ægidius], 37.  
 -- Villafimplenſis (Joannes), 39.  
 Gothofredus (Dionyſius), 27.  
 -- (Jacobus), 82.  
 Gothorum Regum Imagines in Nummis, 58: 73.  
 Gozadinus (Ludovicus), 13.  
 Græca lingua, 16.  
 Granata (Joannes), 72.  
 Grancola (Joannes), 86.  
 Granvela Cardinalis, Vide Perrenotum.  
 Gratianus (Antonius), 36: 63: 74: 75.  
 -- (Didacus), 74.  
 -- Monachus, Gratiani Liber, qui Decretum  
 inſcribitur, 36: 72. ejuſdem Decreti emen-  
 datio, 55. & ſeq. 92: 98.  
 Gravina (Janus Vincentius), 90: 91.  
 Gregorius [Divus] Nycenus Episcopus, 47.  
 -- (Divus) Thaumaturgus, 47.  
 -- VII. Pont. Max. 41.

-- IX. Pont. Max. 40: 41: 86.  
 -- XI. Pont. Max. 32.  
 -- XIII. Pont. Max. 36: 44: 56: 73: 81.  
 Grialius [Joannes], 63: 79.  
 Gudiellus [Hieronymus], 109.  
 Guicciardinius (Franciſcus), 50: 52.  
 Guillardus [Melchior], 26.  
 Guimerenſis (Galcerandus) Comes, 55.  
 Gutherius (Jacobus), 43.  
 Guzmanenſis [Gaſpar], 79.  
 2d **H** Adrianum Liber Singularis ineditus,  
 99. de eo Lælii Taurelli ad Auguſti-  
 num epiſtola, Ibid.  
 Hadrianus Imperator, 82.  
 -- Pont. Max. 79: 86.  
 Hagenius (Joannes Fridericus), 57.  
 Haloander (Gregorius), 18: 23.  
 Hambergerus (Laurentius Andreas), 90.  
 Hanſenus (Fridericus Adulphus), 92.  
 Harizenſes, 11.  
 Harmenopolus, 27.  
 Henricus Octavus Britannia Rex, 24.  
 Hermogenianus Juriconſultus, 82.  
 Hermopolita (Theodorus), 27.  
 Hervetus [Gentianus], 26.  
 Hiero Alexandrinus, 74.  
 Hieronymina Societatis Historia, 77.  
 Hispania ſcriptores, 64. res illuſtratae, 65. ho-  
 mines pro religione mortem paſſi, 74.  
 Historia, Ejuſ partes, 12: 105.  
 Hiſtorici Hiſpani uſque ad an. MDLXXVIII.  
 52. Græci & Latini, Ibid. & ſeqq. Hiſto-  
 ricorum Latinorum fragmenta, 79: 81:  
 94.  
 Hommelius (Carolus Ferdinandus), 47.  
 Honcala (Antonius), 29.  
 Honorius III. Pont. Max. 41: 97.  
 Hotomanus (Franciſcus), 91.  
 Hurtadus Mendozenſis (Didacus), 22.  
 Hyginus, 87.  
**J** Aſon JC. 16.  
 Ibannetius (Gaſpar), 105.  
 Icones Veterum ædificiorum, ſtatuarum, anagly-  
 ptorum, & gemmarum, 60.  
 Imagines Antiquæ Clarorum Virorum, 43.  
 Imperatorum nomina in Diſteſtis, 46. & ſeq.  
 Indi jure ne an injuria ab Hiſpanis bello laceſ-  
 ſiti? 29.  
 India Scriptores, 65.  
 Inedita de Conciliis, 98.  
 Ingelramus, 96.  
 Innocentius I. Pont. Max. 80: 96.  
 -- III. Pont. Max. 40: 41: 45.  
 -- IV. Pont. Max. 41.  
 -- XI. Pont. Max. 32.  
 Inſcriptiones Legum reſtituendæ, 46.  
 -- Veteres, 55: 58: 59: 92.  
 Inſtitutionum Juris Pontificii fragmentum apud  
 Myanſium, 97.  
 Interdicta, 47.  
 Joannes Andreæ Filius, 41.  
 -- Episcopus Sabinianenſis, 45.  
 -- Ju-

CXVIII

- *Juris Pontificii Interpres*, 41.  
 -- (Ludovicus), 39.  
 -- *Sapiens*, 82.  
 -- *Teutonicus*, 41.  
*Johannes an recte scribatur*, 51: 52.  
*Josephus historicus*, 91.  
*Isidorus [Divus]*, 36: 37: 54: 63: 79: 94.  
*Isocrates*, 66.  
*Julianus C. P. Antecessor*, 34: 35: 85.  
 -- (Salvius) *Jurisconsultus*, 82.  
*Julius III. Pont. Max.* 24: 28.  
*Junta [Bernardus]*, 20.  
 -- (Thomas), 20.  
*Junta Typographi*, 84.  
*Ivo Carnotensis*, 98.  
*Juris Civilis cognitio*, 13. *Interpres*, 13. & seq. 16: 34. *Historia*, 34: 46. & seq.  
 -- *Pontificii Epitomes*, 57: 62: 79: 94. & seqq. *cognitio*, 62. & seqq. *Institutiones*, 83.  
*Jurisconsulti Munia quæ sint*, 20.  
*Jurisperiti Veteres*, 20. *Eorum nomina*, & fragmenta, 46.  
*Justini minoris Leges Novellæ*, 23.  
*Justinianus Imperator*, 23: 52.
- L** *Abbæus (Carolus)*, 27.  
*Lacius Wolfgangus*, 28.  
*Læus [Pomponius]*, 27.  
*Lagomarsinius (Hieronymus)*, 82.  
*Langelierus (Arnulphus)*, 26.  
*Laspergius (Joannes)*, 71.  
*Latina Lingua*, 16.  
*Latine scribendi ratio*, 38: 54.  
*Latinus (Latinus)*, 26: 46: 56: 72: 79: 80: 96.  
*Latinorum Scriptorum Classes septem supra viginti, Scriptores sexcenti ab Augustino enumerati*, 100.  
*Laurentiana Hispaniarum Regis Bibliotheca*, Vide Bibliotheca.  
*Laurentinus (Jodocus)*, 39.  
*Laurentius Vetus Epistolarum, quas Decretales vocant, Interpres*, 40: 41.  
*Lebrius (Antonius)*, 53.  
*Leges Nauticæ, Militares, Georgicæ*, 76.  
 -- *Romanæ*, 47: 48: 88. *Regiæ*, 48. *Decemvirales*, Ibid.  
 de *Legibus & Senatusconsultis liber multistemporibus fuit ab Augustino confectus*, 89. *qua ratione*, 89: 90.  
*Leickerius [Fridericus Jacobus]*, 65.  
*Leo (Franciscus)*, 55.  
 -- (Sebastianus), 36.  
*Leonis Sapientis Leges Novellæ*, 23.  
*Letojus (Divus)*, 47.  
*Libellus de Ratione docendi, & discendi Juris*, 103.  
 -- *quo Romanorum Nummum Inscriptiones nonnullæ explicantur*, 102.  
*Librarii quales sese exhibere debeant*, 76.  
*Libri Sacri Regis jussu typis descripti*, 73.  
*Ligorius (Pyrrhus)*, 69.  
*Lina (Josephus)*, 91.  
*Lipsius [Justus]*, 48.  
*Livius (Titus)*, 38: 52: 79: 94.
- Loaisensis [Garcias]*, 63: 78.  
*Loazes (Ferdinandus)*, 88.  
*Loquendi ratio varia*, 53.  
*Lotharingius (Carolus) Cardinalis*, 32.  
*Lucasius (Josephus Thomas)*, 70.  
*Luchinus (Vincentius)*, 85.  
*Lullus (Joannes)*, 32.  
 -- (Galcerandus Paullus), 32.  
 -- (Raymundus), 32. *Pro eo Concilii Tridentini Decretum, referente Augustino*, Ibid.  
*Luna (Joannes)*, 20.
- M** *Adrutius (Ludovicus) Cardinalis*, 32.  
*Maffejus (Aquilaus)*, 28.  
*Majus [Michael]*, 16: 20.  
*Malaterra (Godefridus)*, 71.  
*Maljulius (Hieronymus)*, 32.  
*Manriquijs Larenfis (Joannes)*, 39.  
*Mantua (Marcus)*, 14.  
*Manucius (Aldus)*, 27: 51.  
 -- (Paullus), 54.  
*de Marca [Petrus]*, 57.  
*Maria Britannia Regina*, 24.  
*Marianeus (Joannes)*, 64.  
*Marinus [Claudius]*, 65.  
*Marsa (Joannes)*, 55.  
*Martinerius [Josephus]*, 62.  
 -- *Lunensis (Jacobus)*, 38.  
 -- *Orgambidensis (Raymundus)*, 77.  
*Martius (Emmanuel)*, 59: 60.  
*Mastrichtius (Gerardus)*, 57.  
*Matthæus Monachus*, 34.  
*Mayansius (Gregorius): Ejus propositum in his conscribendis Commentariis*, 11. *eiusdem liber de Cartas Españolas*, 97. *desiderium*, 82.  
*Maynardus [Hieronymus]*, 61.  
*Mazzutillius [Venantius]*, 60.  
*Medices [Cosmus]*, 20.  
*Meermannus (Gerardus)*, 27.  
*Megia (Ferdinandus)*, 106.  
*Megius (Petrus)*, 45.  
*Memmius (Chrysostomus)*, 85.  
*Menagius (Ægidius)*, 19: 28.  
*Mendozensis (Didacus)*, 72: 77.  
*Menesierius (Claudius)*, 107.  
*Mercadera (Francisca) Cervallonensis Comitiss uxor, historiam familiarum præsertim perfecte callebat*, 87.  
*Merula (Paullus)*, 91.  
*Messala (M. Valerius)*, 87.  
*Metellinus (Joannes)*, 106.  
*Metellus Sequanus (Joannes)*, 17: 18: 20: 24: 25: 34: 46: 68: 70: 71.  
*Meurtius (Joannes) quæ de Petro Galefio scripsit, ea falsa esse Mayansius censet*, 56.  
*Meyus (Philippus)*, 47: 57: 59: 68: 69: 72: 76: 78: 79: 80: 88: 91. & seqq.  
*Militia ex calu nuncupata*, 69: 80: 84.  
 -- *quæ Christianum deceat*. 29.  
*Miræus [Albertus]*, 87.  
 -- (Ludovicus), 34.  
*Modestinus [Herennius]*, 19: 20: 84.



Molianus, 92.  
 Montaltensis (Ludovicus), 39.  
 Montanus (Andreas), 61.  
 Montemajorensis (Ferdinandus), 39.  
 de Morales [Ambrosius], 37: 53: 54: 74.  
 Moraguesius (Andreas), 32.  
 Morenus (Jacobus Joannes), 55.  
 Morerius (Ludovicus), 83.  
 Morillonius (Antonius), 71.  
 Morillorius (Joannes Baptista), 78.  
 Moronius Cardinalis, 31.  
 Morvillerius (Joannes), 26.  
 Montensis (Petrus), 39.  
 Mucia Familia Hominum doctissimorum al-  
 trix, 12.  
 Muglicianus [Antonius], Pragensis Ponti-  
 fex, 31.  
 Muguetius (Franciscus), 57.  
 Municipiorum Numismata, 58.  
 Muretus (M. Antonius), 64: 79.  
 Murillus (Didacus), 110.  
 Mutius [Vincentius], 32.  
 Mylius [Arnoldus], 64.

**N**assarius Ferrizensis (Blasius Antonius),  
 108.  
 Naudeus (Gabriel), 109.  
 Nepos (Cornelius), 87.  
 Nicolaus Ticinensis Dominicanus, 39.  
 Nili Simulacrum, 60.  
 Nisidellinus (Udenus), 17.  
 de Nobilitate Christiana Dialogus, 70.  
 de Nominibus Propriis Pandectarum liber qua-  
 ratione recudendus fuisset ex M. yansii sen-  
 tentiâ, 47.  
 de Nominibus Romanorum Commentarios moli-  
 ti fuerant Salmasius, Reinesius, Rupertus,  
 & Perizonius, 88.  
 Noriegensis [Josephus Stephanus], 106.  
 Nuerosius (Joannes Peretius), 75.  
 Numismata aurea & argentea in hereditate  
 Augustini reperta, 59.  
 Nummi Veteres, 57: 92.  
 de Nummis & Inscriptionibus Dialogi proban-  
 tur Hieronymo Zuritæ, 58. quare eos non  
 latine scripserit Augustinus, 59. Dialogo-  
 rum de Nummis & Inscriptionibus Inter-  
 pretationes Duæ Italicæ anni 1592. ad in-  
 vicem comparantur, 60. Eorundem Dialo-  
 gorum Editiones variæ, 59. & seqq. 93.  
 & seqq.  
 Nunnesius (Ferdinandus), 75.  
 -- (Petrus Joannes), 55: 65: 73: 74: 78.  
 Nutricius an recte scribatur. 52.

**O**bservationes de Synodis & Collectoribus  
 Canonum, quæ sunt in Bibliotheca Vati-  
 cana, 103.  
 Odofredus, 23.  
 Officina Typographica Complutensis, 69.  
 Operius (Joachimus), 71.  
 Orationes Græcæ typis nondum editæ, 76.  
 -- in Historiis, 50: 52.  
 Oratorum Latinorum fragmenta, 99.

Ordinarium Ilerdense, 35.  
 Ordines Sacri, 67.  
 Ortelius (Abrahamus), 64.  
 Orthographia, 49: 50: 52.  
 Ostorius (Hieronymus), 17: 54: 97. Vernaculam  
 Emmanuelis Regis Historiam latine vertit,  
 53: 71. de Gloria, & de Nobilitate Chri-  
 stiana Dialogos scripsit, 70: 80.  
 Ostiensis (Henricus), 41: 47.  
 Ovidii Metamorphoseon priorum septem libro-  
 rum hispanicis versibus interpretatio, 68.

**P**acatus seu Pantagathus (Octavius), 25: 27:  
 79.  
 Padilla (Laurentius), 79.  
 Padillanus (Garzia), 39.  
 Paetius Castrensium [Joannes], 24: 30: 58: 73:  
 75: 76.  
 Palafoxius Rebolledensis (Rodericus), 11.  
 Palominus (Joannes), 66.  
 Pancirolus (Guidus), 77.  
 Pandectarum exemplum Noricum, 18. Florenti-  
 num, seu Pisanum, 18: 20: 54: 84. Nomi-  
 na propria, 88. Verborum omnium index,  
 99.  
 Panvinius (Onuphrius), 26: 71.  
 Parisius (Petrus Paullus), 13. de eo Augustini  
 iudicium, 13: 14.  
 Parrhasius [Joannes], 16.  
 Paschalis (Matthæus), 13. & seqq.  
 Paravium, 14.  
 Patinius (Carolus), 44.  
 Patricius (Franciscus), 69.  
 Paullinus (Stephanus), 91.  
 Paullus [Julius] Jurisconsultus, 82.  
 -- librorum Festi corruptor, 28: 85.  
 -- III. Pont. Max. 22: 24: 69.  
 -- IV. Pont. Max. 25: 28: 109: 110.  
 -- V. Pont. Max. 62: 94.  
 Peccatorum Remedia, 47.  
 Pegna [Franciscus], 55.  
 Peltherius (Claudius), 35.  
 Pellicerus Ossaunus (Josephus), 107.  
 de Pennafort [Divus Raymundus], 41.  
 Perasyxus (Arl. Arn.), 22.  
 Peregrinus (Alexander), 83: 98.  
 Peretius Bayerius [Franciscus], 100.  
 -- Gonzalus, 24.  
 -- Guzmanensis (Ferdinandus), 12: 106.  
 -- (Joannes Baptista), 73: 78: 81.  
 -- (Julianus), 78.  
 -- Numerosensis [Joannes], 105.  
 Peretrus (Alexander), 92.  
 Perhorrecencia, 38.  
 Perna (Petrus), 86.  
 Perrenotus (Antonius), 16: 20: 21.  
 -- (Nicolaus), 21.  
 Petreyus (Joannes), 18.  
 Petrus Lusitanus Comes, 106.  
 -- Mantuanus, 107.  
 -- Numantinorum & Carpetanorum Rex, qui  
 a severitate nomen accepit, 106.  
 Phaesus (Andreas), 92.  
 Philippus II. Hispaniæ Rex, 24. & seqq. 29. &  
 seqq.

- feqq. 36. & seq. 44: 54: 58: 63: 70: 72: 74: 77.  
 -- III. Hispaniæ Rex, 78.  
 -- IV. Hispaniæ Rex, 108.  
 Photius Byzantinus Patriarcha, 23: 68.  
 Pighius [Stephanus], 71.  
 Plitrimum Chartarium in Hispania, 69.  
 Pithæi Fratres [Franciscus & Petrus], 35: 86.  
 Pius IV. Pont. Max. 30: 55.  
 -- V. Pont. Max. 55: 56: 85.  
 -- (Rodulphus) Purpuratus, 71.  
 Plantinius (Christophorus), 38: 71: 81.  
 Plato, 82.  
 Plinius, ejusque dicendi ratio, 54.  
 Pœnitentiale Romanum, 47.  
 Pœnitentium Liber, 47.  
 Poetæ Latini, & eorum fragmenta, 81: 99.  
 Poetices studium, 69.  
 Politianus (Angelus), 18: 21: 84.  
 Polus (Reginaldus) Cardinalis, 24: 54: 70.  
 Polybius, 37: 38. ejus Libri XL. Ibid.  
 Pompejus (Cneus), 45.  
 Pomponius (Sextus) Jurisconsultus, 82.  
 Pontacus (Arnaldus), 55.  
 Pontius [Martinus], 39.  
 -- [Petrus], 37.  
 -- Porphyrogenneta (Constantinus Cæsar), 26.  
 Porrallis [Thomas], 70.  
 Portocarverius (Franciscus), 79.  
 Portonarius [Dominicus], 71.  
 Privilegium Senatus Populique Romani in gratiam Familiæ Augustinorum, 112.  
 Proclus, 68.  
 Proconsules, 41: 87.  
 Propræfectus Scribarum, seu Procancellarius apud Celtiberos, 11.  
 Proprætores, 87.  
 Proquæstores, 87.  
 Prudentius (Aurelius), 45.  
 Ptolemæus Lucensis, 71.  
 Puigius [Joannes], 91.  
 Pulgarii [Ferdinandi] Orationes, 50. scribendi ratio, 52. Ipsius Historiam Antonius Lebrijus interpretatus est, 53.  
 Pyrrhi Epirotarum Regis Numisma aureum, 59.
- Q**uadra (Joannes) duplex, 12.  
 Quintana (Petrus) Scriba, 39.  
 Quintilianus, 54.  
 Quintinius (Joannes), 41: 86.  
 Quiroga [Gaspar] Cardinalis, 73.
- R**abanus Maurus, 47.  
 Rafelengius (Franciscus), 65.  
 Rajasius (Paullus), 105.  
 Ramiretius Pratenfis (Laurentius), 79.  
 Ramirus Rex, 37.  
 Ranconetus (Emarus), 34.  
 Reberiensis [Joannes], 68: 73.  
 Reigius [Jacobus], 47.  
 Reinius [Guillelmus Otto], 27.  
 Remundus (Floremundus), 56.  
 Repertorium Decisionum Rotæ an sit Ant. Augustino attribuendum, 104.
- Reusium, 67.  
 Richerius (Joannes), 89.  
 Rieggerus (Joannes Antonius), 87.  
 Rihuerga (Joannes), 79.  
 Robles [Laurentius, & Didacus] fratres, 91.  
 Robortellus (Franciscus), 85.  
 Roburius [Petrus], 71: 72: 85: 86.  
 Rocabertus (Joannes Thomas), 63.  
 Roccafullesti, 105.  
 Roccoxius (Nicolaus) Eques, 93.  
 Rodericus [Joannes], 47.  
 -- [Josephus] Marchio Compositensis, 81: 107.  
 Romanus de la Higuera (Hieronymus), 98.  
 Rosa (Janus), 87.  
 de Rossi (Filippo), 61.  
 Rovillius [Guillelmus], 40.  
 Rubens [Theodosius], 105.  
 Rufus [Baptista], 25.  
 Ruitius Morosensis (Petrus), 80: 82: 98.  
 -- Villegasensis [Ferdinandus], 87.
- S**acrorum Liber Missale nuncupatus, ejusque Auctores, 29.  
 Sada (Dionysius Octavianus), 59. & feqq.  
 Sadoleterus (Jacobus): ejus dicendi ratio, 54.  
 Salazarius de Mendoza Doctor, 79.  
 -- Castrensis (Ludovicus), 105. & feqq.  
 Sallustius (C. Crispus), 52: 53: 79: 94.  
 Salmeronius (Aphonsus), 70.  
 Salvatus (Joannes) Cardinalis, 25.  
 Sanchezius [Joannes], 16.  
 Sancius Rex, 37.  
 Sanson [Bartholomæus], 87.  
 Saraglus [Philippus], 28.  
 Sarpus (Paullus), 31.  
 Scaliger (Josephus Justus), 27. & feqq. 85.  
 -- (Julius Cæsar), 27.  
 Scantilla Manlia Didii Juliani uxor, 59.  
 Schedæ nonnullæ emendationum, quæ sunt in Bibliotheca Vaticana, 103: 104.  
 Schottus (Andreas) 30: 40. & seq. 58. & seq. 64. & seq. 68: 76: 82. & seq.  
 Schultius [Georgius Ludovicus], 57.  
 Scriptorum veterum fragmenta, 79.  
 Sebastianus Lusitanorum Rex, 109.  
 Seguntinus (Josephus), 77: 81.  
 Senatusconsulta, 47: 48: 88.  
 Senckenbergenfis (Henricus Christianus), 86.  
 Sepulveda [Joannes Genesius], 30: 78: 85.  
 Sergius I. Pont. Max. 76.  
 Seripandus (Hieronymus) Cardinalis, 25.  
 Servilia Judicaria, 43.  
 Severus, 59.  
 Siciliae Reges. De eorum Familiis Liber, 71.  
 Sigonius (Carolus), 28: 54.  
 Siguentius (Josephus), 59.  
 Siliceus (Antonius), 54.  
 Silva in Sacram Scripturam quæ est in Bibliotheca Vaticana, 103.  
 Sirletus (Guillelmus) Cardinalis, 26.  
 -- Protonotarius, 82.  
 Sisebutus, 37.  
 Sixtus V. Pont. Max. 31: 52.  
 Socinus (Alexander), 15.



-- Bartholomæus, 16.  
 -- (Marianus), 14: 15: 16: 20.  
 Solerius [Joannes], 70.  
 -- (Michael), 17.  
 Solorzanensis (Joannes), 103.  
 Somninus (Joannes Angelus), 57. *Ejus de Augustini de Emendatione Gratiani Dialogis sententia, & sententia Mayansii de Somnini auctoritate*, Ibid.  
 Sora [Gabriel], 83: 104.  
 Sotomayorensis (Antonius), 32.  
 Sotus [Petrus], 29.  
 Spada [Ægidius], 79: 91: 94.  
 Spartianus [Ælius], 79: 94.  
 Stella aurea septem cincta radiis Augustinorum Insigne, 11. *Perperam Eberardus Otto, eam sex tantum distingui radiis scripsit, Ibid. Quid ea stella significetur, Ibid. Quam de ea opinionem haberi voluerit Augustinus, Ibid.*  
 Stephanus (Henricus), 43: 100.  
 -- (Robertus), 51: 100.  
 Strada (Jacobus), 69.  
 Streinius (Richardus), 43: 87.  
 Struvius (Burchardus), 57.  
 Suaverius (Cyprianus), 73.  
 -- (Joannes Maria), 26.  
 Suetonius Tranquillus [Cajus], 54: 79: 94.  
 Sura (L. Licinius), 60.  
 Surius (Laurentius), 40: 81.  
 Sylvius (Æneas), 76.  
 -- (Michael) Cardinalis, 28.

**T** Acitus (C. Cornelius), 52: 53: 54: 79: 94.  
 Tancredus *Vetus Epistolarum quas Decretales vocant, Interpres*, 40: 41.  
 Tarraco, 44. *ejusdem Pontifices*, 45: 49. *Constitutiones*, 45: 46: 47: 88: 91. *Concilium Provinciæ*, 46. *ejus Urbis Pontificum inter omnes Hispaniæ Pontifices Principatus*, 105.  
 Tarus (Pyrrhus), 26: 48.  
 Taurellus (Franciscus), 84.  
 -- (Lælius), 18: 19: 21: 46: 69: 80: 84.  
 Templum S. Crucis Hierosolymitanæ, 60.  
 Tevesius (Joannes), 62: 64.  
 de Terranova (Joannes Maria), 85.  
 Teuladani, 11.  
 Thecla (Divæ), 76.  
 Thomæ (Divi) *Summa Theologica*, 72.  
 Thomafinius (Jacobus Philippus), 15.  
 Thomafius Taxaquerius (Michael), 55: 72: 78.  
 Thucididis *Orationes*, 52.  
 Tilius (Joannes), 26.  
 Tiphernensis (Angelus), 27.  
 Toletanæ Urbis & Regni *Historia MS.* 98.  
 Torrentius (Levinus), 26: 65: 110.  
 Tortius (P.), 61.  
 Tramezinus (Franciscus), 87.  
 Tretius (Jacobus), 69.  
 Trogus [Pompejus], 52.  
 Trugillus (Sebastianus), 30.

Turnebus (Hadrianus), 27.  
 Turrentinius (Laurentius), 46.  
 Turrianus (Franciscus), 22: 25: 55: 77: 82.  
 -- [Nicolaus], 75: 76.

**V** Aldefius [Ferdinandus], 30.  
 Valentia, 93.  
 Valerius [Didacus], 106.  
 Vanespenius [Zegerus Bernardus], 88.  
 Variscus [Joannes], 98.  
 Varro [M. Terentius], 27: 66: 85.  
 Vasco [Franciscus], 109.  
 Velascus Sacerdos, 37.  
 Veletius [Joannes], 60: 61.  
 Vellea Lex, 69.  
 Vellejus Paterculus [Cajus], 79: 94.  
 Versoza [Joannes], 24: 25.  
 Vicherius [Fridericus Jacobus], 61.  
 Vicius [Hieronymus], 49.  
 Victorius [Petrus], 18: 27: 64: 84.  
 Vicus [Æneas], 69.  
 Villæ formosæ Regulus, 58.  
 Villanovensis [Franciscus], 16.  
 Villarazensis [Joannes], 39.  
 Villeta [Joannes], 32.  
 Vincentius *Vetus Epistolarum, quas Decretales vocant, Interpres*, 40: 41.  
 Virgilius Maro [Publius] *Collatione Scriptorum Græcorum illustratus*, 81.  
 Viscardus (Robertus), 71.  
 Vitalis (Petrus), 105.  
 Ulpianus (Domitius) *Jurisconsultus*, 82.  
 Volaterranus (Raphael), 87.  
 Volusianus, 59.  
 Urraca Regina, 37.  
 Urræus (Petrus), 39.  
 Urriensis (Anna), 11.  
 -- (Hugo), 11.  
 Urriesius (Hugo), 39.  
 Ursinus (Fulvius), 26: 28: 38: 42: 43: 44: 48: 79: 80: 81: 87: 88: 94: 99.  
 Vulsensis Antistes, 73.  
 Uztarrozensis (Joannes Franciscus Andreas), 105.

**X** Imenius Cisnerosensis (Franciscus) Cardinalis, 38. & seq.  
 -- Urræus (Michael), 38.

**Z** Ancus [Basilus], 70.  
 Zapata (Ludovicus), 106.  
 -- [Rodericus], 43: 53: 58: 76.  
 Zarzola [Franciscus], 39.  
 Zayasius, 106.  
 Zenonis *Constitutio*, 23.  
 Zonara (Joannes), 23.  
 Zurita (Hieronymus), 48. & seqq. *In Castella institutus fuit*, 51. *Ejus Laudes*, 71: 91: 97. *Ejusdem Annales Aragonenses*, 49: 52: 53. *Latini Indices ab Ant. Augustino emendati*, 49. *Eorundem continuatio*, 53. *Scripta inedita*, 78.





# ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

EMENDATIONUM, ET OPINIONUM

LIBRI QUATUOR.

AD MODESTINUM, SIVE DE EXCUSATIONIBUS

LIBER SINGULARIS.

ITEM DE MILITIIS EX CASU

*Augustini ad Lelium Taurellum, & Taurelli  
ad Augustinum Epistolæ.*

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

EMENDATIONUM, ET OPINIONUM

LIBRI QUATTOR.

AD MODESTINUM, SIVE DE EXCUSATIONIBUS

LIBER SINGULARIS

ITEM DE MILITIS EX CASU

Augustini ad Iulianum Tarsellum, & Tarsellum  
ad Augustinum Episcopum.



# ANTONII AUGUSTINI EMENDATIONUM, ET OPINIONUM

LIBRI PRIMI

*Ad Michaelē Majum Procancellarium.*

P R A E F A T I O.



Um a primis temporibus ætatis ita nos, Mai, juris civilis cognitioni dederimus, ut doctissimis hominibus audiendis multos annos peregrinationem nostram non moleste tulerimus: & cum ab eorum latere discessimus, cœpimusque nostras operas ad juris civilis libros intelligendos applicare, qua in re & veterum peritorum, & nostrorum temporum juris interpretum libris uteremur, addidifsemusque curæ nonnihil Latinæ, Græcæque linguæ, quod utriusque maximam cognitionem in nostrorum librorum optimis auctoribus videremus: Nulla res nos magis dubios, incertosque dimittebat, quam quod non eandem omnibus legum libris scripturam, quodque molestissime semper tuli, contrariam non uno, atque altero loco, sed pene sexcentis inveniremus. Namque ita existimabam non posse quemquam aliorum disceptationes definire, aut de jure interrogatum respondere, aut discipulos docere suos, aut defendere clientes, quæ jurisconfulti munia esse putantur, si de legum ipsarum verbis dubitaret. Itaque cum didicissem optimam juris civilis partem ex nobilissimis illis libris, qui Florentiæ nunc sunt, patrum nostrorum memoria fuerant Pisis, exscriptam esse: cum primum per cæterarum partium juris studia licuit, a COSMO MEDICE Tuscorum Duce humanissimo impetravi per JO. LUNAM civem meum, virum ob rei militaris peritiam, integerrimam fidem, generis nobilitatem, morum comitatem Cæsari, He-



truriæque toti valde carum, ut mihi, & JO. METELLO Sequano adolescenti moribus & ingenio præclaris tandiu illis libris uti liceret, quandiu nostrorum librorum emendationi operam dare voluimus. Nos vero id egimus, ut non solum, quæ in nostris libris mendosa esse videbantur, mutaremus, sed etiam quæ vulgo clariora censerentur, non relinqueremus: propterea quod ea, quæ aliter scripta in aliis sunt, quod ex ipsorum librorum lectione cognovimus, adulterina, adventitiaque esse necesse est. Cum enim hi libri describi, & interpretari cœpti sunt, quo tempore barbaram quædam lingua erat sola, quæ ne his quidem temporibus, quibus omnes disciplinæ in veterem splendorem restituantur, aboleri potest, nec a nostris gymnasiis, judiciis, & libris expelli, ea omnia, quæ aut græce scripta sunt, aut quæ habent aliquid vetustioris elegantia, quæ maxima in veteribus consultis fuit, in barbaram & ignota dicendi genera, maxima sententiæ mutatione facta, converterunt. Deinde cum ea, quæ propter librariorum errorem non multis litteris mendosa in Tuscis illis libris sunt, in cæteris scriptorum audacia & diversa inter se, & multis modis mendosa, maximis interpretum controversiis causam dedissent, nos illa ipsa menda, & errores, quorum maximæ parti diligens lector ignoverit, eisdem pene litteris, & lituris accepimus. Sed cum antiquissimum illud juris civilis monumentum sine ullis, aut raris verborum, atque membrorum spatiis scriptum sit, ipsaque litterarum figura Romanæ Græcæque veteri scripturæ proxime accedere videatur, nisi quod quædam a Gothis accepta, qui jam inde a Theodosianis temporibus Latinis, Græcisque hominibus conjuncti fuerunt, agnoscere videbamus, & fugientibus ob vetustatem litteris, & aliquot locis emendatorum audacia oblitteratis: ad has, inquam, difficultates Angeli Politiani libros adhibuimus, qui

pri-



primus nostrorum hominum errorem cognoscens, illos libros cum suis contulit, cujus laboribus multa Digestorum loca accepta ferenda sunt, quæ alii ejus libris usi ediderunt, & quod ad conficiendum illum laborem tam brevi tempore ( neque enim tres amplius menses ei rei impendi ) maxime utile fuit, usus sum & judicio, & ingenio præclaris, & libris LAELII TAURELLI Fanensis doctissimi & integerrimi viri, cujus hac eadem in re optime positi labores maximum propediem juris civilis studiosis lumen præstabunt. His auxiliis usus cum in illa festinatione non satis temporis adhibuissim ad singulorum utilitatem expendendam, id enim solum agebam, ut pene dixerim totidem litteris nostri libri, quot illi constarent: Bononiam reversus cœpi hos ipsos libros in eam rationem emendatos ad cæteros omnes, & ad interpretes eorum applicare: atque ita reperi, me non solum expectatione mea non esse frustratum, sed longe compendio rerum superatum. Neque enim solum scribendi varietate, quæ tertio quoque verbo inveniebatur, liberatus sum, sed & permulta, quæ certa esse existimantur, maximo librariorum, & interpretum peccato non recte scripta esse animadverti. Quæ cum mihi necessaria esse viderentur, quæ omnes, qui juris prudentiæ operam dant, non laterent, conceperam animo majus nostris viribus onus, omnes has emendationes, nostrorumque interpretum errores indicare. Neque id tantum cogitabam, quod pro certo putarem Florentina emendatione mutandum esse, conscribere, sed quod in Florentinis ipsis libris mancum, aut mutilum, aut incertum esse existimarem, & ut uno verbo dicam, omnes L. Pandectarum libros ad illorum scripturam, a quibus orti sunt, reducere. Sed me de cursu nostrorum studiorum illustrissimi viri FERNANDI CARDONENSII DUCIS sororis viri iussa, & mihi carissimorum fratrum preces, qui-

qui-



quibus ego nihil negare possum, domum revocant, & nostra cogitata præcipitare cogunt. Accidit tamen percommode, quod hi ipsi libri Lælii nostri opera, qui in maximis occupationibus maxima tamen diligentia & ante nostram lectionem & postea usus est, quamprimum in oculos manusque omnium venient. Itaque nos Læliano munere contenti maximos illos minutatim singula expendendi labores in aliud tempus rejecimus: tantum selegimus insigniores quosdam locos, qui nobis aut ob Tuscos libros mendosif, aut ob nostram illis de rebus opinionem non recte interpretati esse videbantur, eosque quattuor his libris collocavimus, quos emendationum atque opinionum inscripsimus. His id a nobis actum est, ut illorum optimorum librorum scripturam, quippe quæ sola ut fuit, sic esse debuit, maximam lucem nostris libris afferre ostendamus. Addimus aliquando quæ nostra opinio sit de rebus ab his ignoratis, qui dicendi & Latine loquendi artem ut cæteras disciplinas, quas omnes veteres jurisconsulti complecti videbantur, a juris scientia alienas esse arbitrantur. Librum quoque singularem ad Modestinum sive de excusationibus, quem superioribus diebus ad illustrem ingenio, moribus & disciplinis ANTONIUM PERNOTUM NICOLAI F. Atrebatensem Pontificem cum quarto libro nostrarum emendationum misimus: his libris conjunximus, quod non multum ab eadem re discedere videbatur. Quæ omnia tibi arbitror qua tu es prudentia & elegantia, non injucunda fore, non quod his rebus indigeas vir peritissimus, & totius Citerioris Hispaniæ negotiis occupatissimus, sed quod a me, cujus parentes amasti, fratres diligis, studiis faves, hæc qualiacumque nostræ scientiæ auxilia proficiscantur.



# ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

## EMENDATIONUM, ET OPINIONUM

LIBER PRIMUS.

### CAPUT I.

*De Florentinis Pandectis, an verum sit ex eis ceteras esse exscriptas, utque erratum in omnibus libris sit, præpostere quibusdam chartis scriptis, atque etiam titulis.*



Uo honore, quaque, ut ita loquar, veneratione Etruscæ Pandectæ Pisis olim, nunc Florentiæ habitæ sint, arbitror ignorare neminem; id tamen jure, injuriave fiat, venit nonnunquam in dubitationem. Nam qui eos li-

bro ab ipso Justiniano, aut a Triboniano potius conscriptos existimant, ut cum de alicujus loci scriptura dubitaretur, haberent homines, quo venirent: minui Cæsarum majestatem existimant, si non omni honoris genere cumulentur. (a) Qui vero introsperere mancam aliquando, & lituris, punctisque notatam crebrius, quam optimis libris faciendum erat, scripturam; (b) item illi, qui quod ipsi efficere non possunt, vituperant, reprehendendos eos esse arbitrantur, qui in legendis illis elaborant. Sed mihi neutri audiendi esse videntur. Nam cum eos libros diligentissime perlegissem, in ea sententia sum, ut unicum illud quidem exemplum arbitrer, ad quod omnes omnino, qui hodie extant Digestorum libri, conscripti sunt: sed tamen id non credam Justiniani tempore scriptum fuisse. Utrumque quibus argumentis mihi probetur, ostendam.

Et principio illud, quod in omnibus rebus permagnam existimabatur, prætereundum non est, omnium juris civilis studiosorum hominum eam esse a majoribus acceptam opinionem, & a veteribus præceptoribus per manus ad nos traditam sententiam, illos libros integritatem scripturæ semper servasse, [c] totosque Pisis fuisse, [d] quamvis cæteri mendosi, manique circumferrentur. (e) Itaque ipsum Bartolum traditur, cum esset ei cum Perusino Baldo magna de re contentio, & de cujusdam capituli scriptura dubitaretur, Pisas ad hosce libros misisse: [f] vulgoque fabula nescio quæ de Baldo jactatur, manus eum in bonos libros intulif-

se, capiteque Cornelia lege esse damnatum. Sed hæc, ut dixi, fabula tanto viro minime digna facessat. Illud sine dubio est, in optimorum virorum controversia Pisanis Digestis obtemperatum: quod nunquam fecissent, nisi ex eo libro ceteros ortos esse arbitrentur.

Jam vero illud me vehementer movit, atque adeo coegit, quod illorum librorum errata maximam varietatem omnibus libris creaverunt his locis, quibus de suo nostri emendare audebant: quibus vero erratum non esse illi arbitrabantur, totidem verbis, eisdemque erroribus scriptum esse videam. Ostendit mihi Florentiæ Lælius Taurellus jureconsultus, vir optimus, & mihi amicissimus, præpostere in omnibus libris tres ultimas Digestorum chartas esse, propterea quod idem error a se tum primum animadversus conglutinatoris peccato in illis Florentinis libris esset. Quem errorem dum explico, velim, ut is, qui hæc legat, librum quinquagesimum Pandectarum in manibus habeat: quo possit facile, quæ scripsi, cognoscere. Solent librarii, ut facilius conglutinent libros, collectiones quasdam chartarum facere, quas novo verbo quinterniones, aut quaterniones, Græci πενταδία appellant. His vario modo Pandectarum scriptores usos animadverti, denis sæpe, & octonis chartis, quaternis nonnunquam, & senis collectionem illam componentes, pro ut librorum divisio patiebatur. Extremo autem loco quotenis chartis initio collectio illa constitit, ignoramus: extant quidem quinque non ante multos annos inter se conglutinata. Quod ut mihi sit verisimile in Malfitana bibliotheca, [g] vel, ut quibusdam videtur, in Byzantia, cum negligenter eo libro uterentur, extremæ chartæ, ut fit, aut amissæ sint, aut vetustas eas tales reddidit, ut Pisani, qui eos libros expoliverunt, abstulerint. Neque tamen est, quod desideretur: his enim, quæ extant, totus ille tractatus *De diversis regulis juris* scriptus olim fuit, hodie uno capite mancus est. Erravit tamen Pisanus [ut opinor] librarius: qui, cum quinque illas dissolutas chartas ad extremum conglutinaret, non animadvertit earum ordinem. Habuitque errati nonnullam excusationem, quod ea, quæ scri-

Si creditor. §. ult. de distr. pig. l. Nemo. de pact. l. Filius. §. Divi. l. Ea lege. C. de cond. ob caus. Alex. l. Si filiof. §. Si vir. fol. mat.

(a) Aug. Pol. in epist. & misc. & Bolog. in interpr.

(b) Alc. lib. 3. cap. 12. disp. & §. Catō.

[c] Sal. l. 1. de reb. cred.

(d) Bart. in rub. fol. matr.

[e] Alber. post Accurf. l. Quærebatur. §. Tres partes. ad l. Falc.

(f) Bart. l.

(g) Vigl. ante Theophili instit.

ptu-



pturi sumus, ut vera esse negari non potest, sic non facile quisquam deprehendisset. Tota autem res ita se habet. Quinque illarum chartarum, quas extremas in Tuscis Pandectis esse diximus, & dissolutas, prima, tria extrema verba habet trigesimali secundi capitis: (a) (utor autem his numeris, qui licet illis libris non fuerint adscripti, habent tamen veterum legum, quæ in multa capita dividebantur, imitationem. [b]) Secunda quoque charta, extrema quattuor verba capitis LXXIII. [c] retinuit, quod fecit, ut utraque suo loco conglutinetur: cum imperitissimus quisque, quid cuiusque esset, facile cognovisset: ut etiam quintam, quæ extrema erat, agnoverunt, propterea quod non tota conscripta fuit: at reliquas duas, quoniam a duorum capitum initiis CXVIII. [d] & CLX. [e] inciperent, non recte constituerunt. Eum errorem Lælius meus ita deprehendit: extremum caput chartæ tertiæ Florentiæ est CLIX. [f] in cæteris libris, idque ita scriptum illic: *Idem* [significatur autem Javolenus] *libro sexto epistularum. Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non*, ut ultimum verbum desideretur: sed tamen ultima charta, ante initium CC. capitum (g) vestigia quædam tenuia apparent hujus verbi *paruit*, quod verbum si CXCIX. capiti [h] jungatur, quod per se satis integram sententiam obtinet, nihil efficiet: si vero illi CLIX. [i] mire quadrabit expuncto verbo *obtemperat*, quod Florentiæ non est; Accursius tamen proximo conjunxit, [k] sed quoniam id verbum non satis cognitum, neque erat illic necessarium, varie scriptum est. Florentiæ extrema parte chartæ quartæ ita est scriptum: *in solidum tenentur, hoc est, unusquisque pro ea parte, qua heres est*: & eadem hæc duo puncta adscripta, ut illic addi solent ad capitum finem. Accursiani scribunt, *hoc est, ut unusquisque pro ea parte, qua heres est, patiat, aut condemnetur, aut conveniatur*. Politianus eodem errore deceptus: *qua heres est fuit* descripsit, unde Bologninus *est sit*, & ab eo Haloander in Noricis libris *qua heres sit*.

Est etiam hujus rei fortissimum argumentum ex libris jurisconsultorum, qui singulis capitibus Florentiæ scripti sunt, ut jussit Justinianus. (l) Nam fieri non potest, ut CXCIX. [m] caput ex Ulpiani libro LXXI. ad edictum sit, ut est, & CC. (n) ex ejusdem libro VII. epistularum, cum in indice eorum librorum, ex quibus Pandectæ sumptæ sunt, Ulpiano nulli epistularum libri adscribantur. At si CLIX. [o] conjunxeris, cujus verba retulimus, Javoleno adscribetur, qui epistularum libros quattuordecim scripsisse dicitur. Ex his itaque apparet, CLIX. caput CC. jungendum: quæ vero inter ea capita sunt, ante CXVIII. (p) scribenda: ut post CXVII. [q] quod Pauli est libro XI. ad edictum, caput CLX. [r] sequatur Ulpiani libro XII. ad edictum, & cætera capita ex libris ad edictum Pauli & Ulpiani sumpta adscribantur, quoad perveniatur ad CC.

(s) caput, ante quod illa, quæ antea scripsi, interponenda sunt; hoc est, capiti CXCIX. [t] adscribendum est caput CXVIII. [u] quod Caii est libro XXVI. ad edictum provinciale, & quæ proxima sunt ad CLX. [v] quod alio loco collocavimus; sed centesimo quinquagesimo nono [y] adscribes ducentessimam, [z] & reliqua omnia. Hæc emendatio multo esset apertior, si, ut Florentiæ est, omnibus libris singulorum capitum inscriptiones extarent, quod, ut antea scripsi, Justinianus fieri jusserat. (aa) Est enim perpetuo fere a Triboniano in Digestis observatum, ut quoad rerum tractandarum ordo pateretur, librorum etiam ordo, ex quibus illa describebat, servaretur. Quod præsertim sub titulo *De verborum significatione*, & hoc *De diversis regulis juris antiqui* factum est: ut ex interpretatione edicti perpetui Pauli, Ulpiani, ac Caii, quæ ad hosce titulos pertinerent, edicti ordine servato, collocarentur. Item quæ ex Sabinianis libris Ulpiani, Pomponii, & Pauli sumuntur, eodem ordine, quo Sabinum arbitror scripsisse, conscriberentur. Isque ordo nostra, aut Læliana potius emendatione belle servatur. Ex his apparet, errorem Pisani librarii omnes librariorum secutos, & negare audeo extare aliquem Digestorum librum, quo non idem error sit. Quibus consequens est, ex Florentinis cæteros omnes descriptos: quod si verum est, ut esse ostendi, ad eorum librorum scripturam omnes libri emendandi, omnia negotia, controversiæque omnes transigendæ sunt, quo nihil majus, aut amplius dici posse videretur. Hujus sententiæ est non leve argumentum, quod nihil ad hanc diem sit a Politiano, Budæo, Alciato nostro, aut cæteris græce restitutum, quod ab aliis libris sit sumptum, quam ab his ipsis, de quibus loquimur, aut ab eorum exemplis, non ante multos annos scriptis.

Huc accedit insigne erratum Læliano illi simile, explicatione facilius. Erraverat illarum Pandectarum librarius libro XXXVII. Digestorum, & post tractatum *De dotis collatione* eum tractatum scripserat, qui in omnibus hodie libris extat, *De ventre in possessionem mittendo*, post quem, illum, quem scribere debebat *De conjungendis cum emancipato liberis*. Id cum postea sive ipse librarius, sive libri dominus animadvertisset, in margine hæc verba adscripsit ad titulum *De ventre in possessionem mittendo*: *ἑτος ὁ τίτλος μετὰ τὸν ἐξῆς ἐστίν*: duo tamen ultima verba ductu quodam calami ita conjunxit, ut ne Politianus quidem intellexerit. In ejus enim libro nos Florentiæ similem notam vidimus illi, quam Græcus ille, quisquis fuit, fecerat. Et cum ex Politiani libro eandem Bologninus describendam curasset: Gr. Haloander *ἐξήκειν* interpretatus est, ut in Noricis libris edidit: quod verbum quid sibi velit, ignoro. Esse tamen verum, quod antea scripsi, erratum a librario, atque uti scripsit, emendatum errorem, emendandum in cæteris esse: indice titulorum, &

(f) d. l. Quotiens.  
(t) L. Ad ea.  
(u) L. Creditor.  
(x) L. Prætor.  
(y) L. Non potest.  
(z) L. Quotiens.

(aa) L. z. §. Tanta. de vet. jur. enucl.

(a) L. Quod attinet. de div. reg. jur.

(b) L. Capite quinto. de adult. inst. de lege Aquil. in pr. §. Librum. §. Capite tertio. atque apud Cicer.

(c) L. Quo tutela.

(d) L. Creditor.

(e) L. Qui in servitute.

(f) L. Non potest dolo.

(g) L. Quotiens nihil.

(h) L. Ad ea. in fine.

(i) L. Non potest.

(k) L. Ad ea. ubi Accurs.

(l) L. z. §. Tanta. C. de vet. jur. enucl.

(m) L. Ad ea.

(n) d. l. Quotiens.

(o) d. l. Non potest.

(p) L. Creditor.

(q) L. Prætor.

(r) L. Qui in servitute.



numero, qui ad eum titulum nonus, ad proximum octavus Florentiæ est adscriptus, probatur. Item ex initio & inscriptione primi capituli utriusque tractatus. Scribit Ulpianus libro XLI. ad edictum. (a) *Sicuti liberorum eorum, qui jam in rebus humanis sunt, curam Prætor habuit: ita etiam eos, qui nondum nati sunt, propter spem nascendi non neglexit. Nam & hac parte edicti eos tuitus est, dum ventrem mittit in possessionem vice contra tabulas bonorum possessionis.* Hæc Ulpiani verba multo aptius & manifestius scripta sub titulo *De ventre* post tractatum *De conjungendis* erunt. Refert enim se eo Ulpianus, ut cum sub illo proximo titulo liberis consultum sit natis, hoc ventri consulatur: Cui conjungitur apte tractatus *De carboniano edicto* eodem XLI. libro ab Ulpiano traditus. Ille autem *De conjungendis cum emancipato liberis* ab Ulpiano libro XL. tractatur quod ipsum ostendit ante illos duos esse collocandum, & post tractatum *De dotis collatione*, qui ex eodem libro est. Secutus autem Tribonianus est, quoad licuit, perpetui edicti ordinem, ut constituit. I. (b) de veteri jure enucleando fieri iussit Justinianus, & id expressum est capite altero de statu hominum. Unde consequens est librarii errorem omnes ad hanc diem librarios secutos propter Græci illius emendatoris minime perceptam notam: item illud cognoscimus e Græcia eos libros in Italiam allatos: neque enim fieri potuit, ut cum juris civilis cognitio non ante multos hic annos restituta sit, superioribus in barbarorum profiigatione post Justinianum actis, ejusmodi libera Græcis librariis scriptus, aut ab eisdem emendatus in Italia, aut a Latinis hominibus fuerit. Nisi forte eos audiamus, qui Ravennam Exarchosque nescio quos loquuntur. (c) Magis probo eos libros, cum jus civile Bizantii traderetur, scriptos post aliquot annos, quam Justinianus e vita migravit. Fuisseque studiosi alicujus viri in Græcia non publicos, mihi fit verisimile. Maximum ejus rei signum est, quod numerorum & verborum notis usi multis locis librarii sint: quas notas Justinianus tribus constitutionibus fieri prohibuit. (d) Hoc habent ab Justiniani temporibus alienum, item quod antea dicebam alios reprehendere, menda frequentia partim sublata, partim scriptorem defiderantia. Quæ ablata sunt, ostendunt ad alicujus libri exemplum eos libros emendatos: quæ adhuc deprehenduntur, indicant non ut singulare quoddam juris monumentum, ut nunc merito habentur, initio habitos eos libros.

CAPUT II.

*Quibus locis multi negationem aut addant aut auferant, quid in Florent. Pand. scriptum sit. Et principio de Noricorum librorum erratis.*

**J**Acta sunt, ut arbitror, superiori capite fundamenta eorum librorum auctoritatis, qui Tom. II.

bus nostras emendationes tuemur: Neque enim digitum progredi potuissem, nisi constituissem antea ab illorum librorum scriptura, utpote origine & fonte juris præclaro, discedi neutiquam posse. Nunc illud explicemus, quod maxime utile esse censeo omnibus his, qui aut in foro, aut in gymnasiis jus civile tractant: & agentis negantisque scripturæ varietatem, quod eo libello, quem superioribus diebus ad Antonium Pernotum Nicolai F. Pontificem omnibus naturæ & Minervæ dotibus præstantissimum misimus, qui quartus est nostrarum emendationum, facere cœperamus, (e) e multis Digestorum locis auferamus. Illud tamen illic egimus, ut Noricorum librorum eo in genere errata emendaremus, propterea quod contra in eis minime in emendatis libris esset, atque Florentiæ reperissem. Nunc vero & id genus quædam addemus, & multo plura, de quibus, & ab Accursio, & ab ipso Haloandro, & And. Alciato, atque aliis dubitatum est. Marcianus libro tertio institutionum scribit: (f) *Religiosum locum unumquemque sua voluntate facere, dum mortuum infert in locum suum: in commune autem (inquit) sepulchrum etiam invitis cæteris licet inferre: sed & in alienum locum concedente domino licet inferre: & licet postea ratum habuerit, quam illatus est mortuus, religiosus locus fit.* Sic Florentiæ est: at in cæteris, ut etiam libro II. institutionum (g) vel in Noricis libris, & licet postea ratum non habuerit, quam illatus est mortuus: existimant autem interpretes *ratum non habere* eo loco significare, eum qui concesserat, poenituisse. Sed falli eos & Florentini libri, & Theophilus græcus institutionum interpretis manifesto ostendunt. Est enim illic *ratum*, ut debet, acceptum: ut illa stipulatione *Ratum rem dominum habiturum*, (h) & juris civilis regula, *In maleficiis rati habitio mandato comparatur: (i) ut religiosus locus fiat, quamvis non concedente domino illatus sit mortuus, modo id ratum habuerit.* In hoc Haloander cum cæteris erravit: in illo solus capite VII. de pactis. (k) Cum enim Florentiæ, ut in aliis libris sit: *Si ob maleficium ne fiat promissum sit, nulla est obligatio ex hac conventionione: edidit, is si ut maleficium fiat, promissum sit, quod nullam haberet difficultatem.* Item solus, quod sciam, cap. XIV. (l) *Quod metus causa edidit. Si quis per metum reus sit constitutus, & fidejussorem nolentem dederit: & ipse, & fidejussor liberatur.* Cum in cæteris, ut Florentiæ, esset: *fidejussorem volentem dederit.* Securus autem est ni fallor, quod postea dicitur. *Si solus fidejussor metu accessit, non etiam reus, solus fidejussor liberabitur.* Quasi vero prius de utriusque metu, postea de solo fidejussore agatur. Sed multo elegantior est vulgaris scriptura, ut non connexæ, sed separatæ sententiæ sint, & priori specie reus metu, fidejussor sponte, posteriori e contrario contraxerint. Sub titulo quoque de capite minutis Paulus ait: (m) *Tutelas etiam non amittit capitis minuto: ex-*

[a] L. I. de ventre in poss. mitt.

[b] §. Cum hæc.

(c) Accurs. in rub. sol. matr.

(d) L. I. & 2. C. de vet. jure. & in prox. dig.

(e) c. ult.

(f) L. In tantum. §. Religiosum. de div. rer.

(g) §. Religiosum. inst. de rer. div.

(h) D. rem ratam hab. & inst. de satisf. in pr. (i) L. Hoc jure. §. In maleficio. de div. reg. jur.

(k) L. Juris. §. Si ob maleficium. de pact.

(l) L. Item si cum exceptione. §. Labeo ait. quod met. caus.

(m) L. Tutelas. de cap. minut.



ceptis his, quæ in jure alieno personis positis deferuntur. Haloander non deferuntur qui alios scribere testatur: quæ alieno jure personis proximis deferuntur. Sed illud in Florentino & Accursiano libro est, & ab omnibus receptum. At sub titulo ad L. Aquiliam in omnibus libris non recte scriptum est cap. LII. (a) consulebatur, num damnum injuria videretur dedisse? Sed ut Florentiæ scriptum fuit: Consulebat, num damnum injuria non videtur dedisse, quoniam prior flagello percussus esset? Errori causam dedit recentis cujusdam audacia, qui in ipsis illis libris negans verbum circumscriptum hoc pacto 'non', quo deleri olim verba solebant; idque non recte factum esse ex Alfeni responso cognoscitur. Sed & caput XVI. (b) de interrogationibus in jure, mendosum circumfertur: Cujus verba Florentiæ sunt hæc ULPIANUS libro XXXVII. ad edictum. Si servus ab hostibus captus sit, de quo quis in jure interrogatus responderit in sua potestate esse: quamvis jura postliminiorum possint efficere dubitare nos: ad tamen non puto locum esse noxali actioni, quia non est in nostra potestate. Haloander non pessime edidit: Quamvis jure postliminium possit interim nos efficere dubitare. Hervagius vero, cum Noricam editionem sequi se profiteatur, hoc loco non pro nos edidit. In aliis libris legi: Quamvis jura postliminii possint iterum non reficere; & Accursius ait alias efficere, alias reficere. Sed hæc non erant hujus loci: illud videamus, quod capite XIV. [c] de servo corrupto & Haloander & Hervagius a recepta Florentini libri scriptura discesserunt. Et cum ubique scriptum sit. In hac actione non extra rem duplum est: id enim, quod damni datum est, duplatur: illi ediderunt, in hac actione extra rem duplum est. Sed cum damnum duplari dicatur, non duplum extra res a servo corrupto ablatas est, sed alterum tantum solvit, quanti damnum aestimabitur. Sic in furto dicitur, quadruplum extra rem esse, in vi bono raptorum non esse. (d) Majus illud peccatum est capitis XXIV. (e) de pigneraticia actione, quod male punctis distinctum, & ob id negatione addita mendosum in omnibus libris est. Sic autem, ni fallor, scribendum. Quod si accepit jam pecuniam superfluum reddit. (Verba autem facit de creditore, qui pignus pluris vendidit, quam debebatur) Deinde adiicit In pigneraticio judicio venit, & si res pignori datas male tractavit creditor, vel servos debilitavit. Plane si pro maleficiis suis coercuit &c. Vulgo ita scriptum est. Quod si accepit jam pecuniam, nec superfluum reddidit, in pigneraticio judicio venit. Et postea intervallo facto, quo compendiarie quædam Bartoli sententia, ut solet, scripta est. Et si res inquit, pignori datas male tractavit creditor, & quæ reliqua sunt. Haloander vero a vulgari eo solum discedit, quod utraque sententia conjuncta, atque addito verbo hoc quemadmodum, ita scribit. Quod si accepit jam pecuniam, nec superfluum reddit, in pigneraticio judicio ve-

nit quemadmodum & si res pignori datas male tractavit creditor. Sed præstat, quod Florentiæ est, & nos principio scripsimus. Neque quemquam moveat, quod puncta arbitrato nostro addamus atque mutemus. Sunt enim Florentiæ rara admodum, & ob id multis locis in nostris libris erratum esse, paulo post ostensurus sum. Similis error est, sed non tantum nocuit cap. I. [f] de in rem verso. Cujus verba sunt. ULPIANUS libro XXIX. ad edictum. Si hi, qui in potestate aliena sunt, nihil in peculio habent; vel habeant non in solidum tamen: tenentur qui eos habent in potestate, si in rem eorum, quod acceptum est conversum sit. Noricus tamen liber, ut cæteri vulgo: Si hi qui in potestate sunt aliena, nihil in peculio habeant, in solidum tamen tenentur qui eos habent in potestate. A quibus ille casus omittitur cum peculium solvendo non est. Sub titulo vero Locati capite XXXVI. [g] negans verbum ab Haloandro additum est, sed ita additum, ut idem adfirmaverit alios aliter scribere. Tractatur autem eo capite de opere aversione locato, hoc est cum totum certa mercede locatur (h) quamvis Accursius locationem ita factam interpretetur, ut conductor periculum præstet: quod falsum esse alio loco scripturus sum. Interea ut Florentiæ id caput scriptum sit videamus. FLORENTINUS libro septimo institutionum. Opus, quod aversione locatum est, donec adprobetur, conductoris periculo (i) est. Quod vero ita conductum sit, ut in pedes, mensurasve præstetur: eatenus conductoris periculo est, quatenus ad mensum non sit: & in utraque causa nociturum locatori, si per eum steterit, quo minus opus adprobetur, vel admeriatur. His nostra opinio adversus Accursianos probari videtur: additur postea quod Haloander corruptit. Si tamen vi majore opus prius interciderit, quam adprobaretur: locatoris periculo est, nisi si aliud actum sit. Haloander non est; scio etiam in veteri quodam libro conductoris periculo est, legi; sed in utroque mendose. Additur enim: Non enim amplius præstari locatori oporteat, quam quod sua cura, atque opera consecutus esset. Capite vero XLVIII. (k) de jure dotium in omnibus fere libris scriptum est: Ne si aliter observarem, si intra annum nuptiæ factæ non sint, videri possit dos ex ea obligatione non deberi; cum scribendum sit, ut Florentiæ est: videri possit dos ex ea obligatione deberi. Quamvis non nego defendi illam scripturam posse, si ita in optimo omnium libro effet. Haloandri folius error est cap. XXXVII. (l) de excusationibus; est enim hoc pacto in omnibus scriptum, quos vidi: Si errore potius, quod se pro jure trium liberorum, quod allegabat, excusatum crederet, quam malitia ab administratione cessasset, utilem actionem non dandam: is actionem dandam edidit. Item cap. primo (m) de Tutela, duobus locis scripturam mutavit. Cum enim in Florentino libro sit, ut in cæteris: Usque adeo autem ad contutores non venit, si sint solvendo contutores, ut prius ad

(a) L. Si ex plagis. §. 1. ad l. Aquil.

(b) L. Si servus ab hostibus de interrog.

(c) L. Ut tantum. in princip. de servo corr.

(d) §. Ex maleficiis. inst. de act.

(e) L. Eleganter. §. Et si vendiderit. & seq. de pignor. act.

(f) L. 1. de in rem verso.

(g) L. O. pus. Locati.

(h) Arg. l. ult. de l. Rhodia. Hal. Nov. LXIV.

(i) Periculum Fl.

(k) L. Tali facta. de jure dot.

(l) L. Qui testamento. in fine. de excus.

(m) L. 1. §. Plane. de tutel. & rat.



ad magistratus, qui eos dederunt, vel ad fidejussores veniatur: edidit ille, si solvendo tutores non sint. Non inficior, locum obscurum esse, & difficilem ob ea, quæ postea dicuntur; sed censeo mutari non oportere veterem scripturam. Paulo post, [a] quod dicitur: *Nec enim eadem est obligatio furti ac tutelæ, ut quis dicat plures esse actiones ejusdem facti, sed plures obligationes*; ille scripsit, ut quis non dicat. Neque etiam mutare debuit, quod capite

(a) §. ult. ead. l.

(b) L. 3. §. Plane. de contrar. tut. act.

(c) L. 3. §. Ex his. de injust. rupt.

[d] L. Ex facto. i. de hered. inst.

[e] L. Si ex plagis. ad l. Aquil.

[f] L. Lucius. i. De pos.

(g) L. Quæro. de edil. edict.

(h) L. Servum. rem pup. vel adol. s. f.

(i) L. Militis. §. Miles in supremis. de testam. mil.

(k) L. Id quod. de legat. I.

tertio (b) de contraria tutelæ, & utili actione, fuerat scriptum recte: *Et si ante impendit in rem pupillarem, mox in usus suos vertit; non videbitur vertisse quantitatem, quæ concurrat cum quantitate sibi debita, ut ejus summæ non præstet usuras*. In Norico est: *ut ejus summæ usuras præstet*. Illud cum aliis erratum, quod cap. III. (c) de injusto rupto &c. edidit: *Sed & si stante hoc [aut ante hoc] aliud testamentum, a quo posthumus exheredatus non sit, factum sit*. Est enim Florentiæ. *Sed & si sit ante hoc aliud testamentum, a quo posthumus exheredatus sit: placet, sive post mortem testatoris nascatur, sive vivo testatore, utrumque ruptum esse, & superius per inferius, & inferius per posthumum*. Sub titulo de heredibus instituentis caput XIX. (d) multo aliter interpretandum est, & scribendum, quam vulgo fiat. Ejus verba sunt hæc, in optimis illis libris ita scripta: *ULPIANUS libro VII. ad Sabinum. Ex facto etiam agitur, Pomponius & Arrianus referunt: si quis vacua parte relicta ita instituerit: si mihi Sejus heres non erit, quem non instituerat, Sempronius heres esto: an hic occupare possit vacantem portionem?* Diximus antea, eum fuisse veteribus delendi morem, ut verba illis semicirculis includerent; & quamvis illo loco (e) recens manus agnoscatur, hoc vero antiqua esse videtur. Et mihi probatur verbum hic negans delendum esse, sit licet in Norico, & in cæteris omnibus, quos vidi. Est etiam idem verbum circumscriptum cap. XXIV. [f] *Depositi: non facile dicendum non est, & inductum cap. LVIII. (g) de ædificio edicto non prius venditori restitui non debeat: inductum quoque, & expunctum cap. VI. (h) Rem pupilli: nam si præsens sit, & dari non potest. Quibus locis negationem scribit nemo. Sic itaque arbitror in conditione fuisse, si mihi Sejus heres erit, & de Sempronio dubitatum, non de Sejo, ut vulgo creditur. Ridiculum autem est, quod Accursius ait, esse, qui non quem non instituerat, sed quem institueram scribant.*

Capite vero XXXVI. (i) de testamento militis, recte fuerat: *Nec institutum, cum bonæ fidei possessor fuerit, quod inde servari non potuisset, præstare*. Licet Haloander servari potuisset ediderit: in Florentino tamen libro una littera peccatum est, est enim præstari scriptum, non præstare. Caput etiam nonum (k) de legatis mendosum in Norico, & in Florentino libro est; illius tamen libri mendum majus. Florentiæ quidem hæc verba sine mendo sunt:

POMPONIUS libro tertio ad Sabinum. Id, quod apud hostes est, legari posse, Octavianus scripsit. Cætera non recte peripiciuntur, propterea quod imperitus nescio magis, an audax quidam, quem non ante multos annos fuisse suspicor, super ea, quæ pene obsoluerant, ita scripsit: *ET POSTUMINÆ IN IVRE CONSISTERE* his ipsis notis, quæ eum fuisse recentem arguunt. Agnoscitur tamen videbatur, quod Haloander edidit, & in Politiani libro legebatur *& postliminium iure consistere*. Lælio vero nostro *postliminii*, non *postliminium* scriptum esse visum est, quod in Mediolani ante XL. annos editis libris, ut illis temporibus diligenter satis, quos ab Alciato præceptore meo laudari audio, scriptum fuisse scio. Haloandri erratum ut dicebam, majus est, quippe qui: *Id, quod apud hostes est, legari non posse; ediderit adversus omnium librorum scripturam*. Sic etiam capite LXVIII. (l) libro II. de legatis, vulgarem hanc scripturam mutavit: *Sed si pars fundi simpliciter, non quæ Mævii fuit, legetur, solutio prior non perimit alteram actionem, & solutio prior perimit*, scripsit; item pro neque plures in uno fundo dominium juris intellectu, non divisione corporis optinet, namque plures edidit. Sed videndum est, ne non divisione, sed divisionem scribendum sit, quod Florentiæ fuerat scriptum, & hodie ultima littera deleta extat. Totus quidem certe hic locus habet difficultatem. Illud etiam non placet, quod cap. XCVIII. (m) de conditione & demotione scripsit: *Titia, si nupserit, ducenta, si non nupserit, centum legavit*. Multo enim melius Florentiæ hoc pacto est: *PAPINIANUS libro VII. Responsorum. Titia si non nupserit, ducenta, si nupserit, centum legavit: nubis mulier: ducenta, non etiam centum residua petat. Ridiculum est enim eandem & ut viduam, & ut nuptam admitti*. Sed oblitus Haloander esse videtur, quod capite LXXII. (n) scriptum esset: *perinde scilicet haberi, ac si mulier conditioni parvillet*.

Caput vero VI. (o) de conjungendis cum emancipato liberis, jam inde ab Accursio dubitatur quo pacto scribendum sit. Florentiæ quidem ita scriptum est. *SCAEVOLA libro V. Quæstionum. Si quis filium habens in potestate, extraneum in nepotis locum quasi ex eo filium natum adoptet, mox filium emancipet: non jungetur hic nepos filio emancipato: quia desit esse emancipato ex liberis*. Noricus liber habet: *Quia non desit esse emancipatus ex liberis*. Eleganter Florentiæ scriptum est, caput VI. (p) de manumissis vindicta, contra, quam in aliis omnibus libris est, his verbis. *JULIANUS libro secundo ad Ursejum Ferocem: Servus communis, quin a minoribus viginti annis dominis possit apud consilium manumitti, quamvis unus ex sociis causam adprobaverit, dubium non est. Errori vulgari causam dedit, quod non intelligeretur, quid esset causam adprobare: est enim hic in consilio Prætoris, aut consulis adesse: ad quod adfesso-*

(l) L. Mævius. §. Duor. de legat. 2.

[m] L. Titia. de cond. & dem.

(n) L. Mulieri & Titio. eod. l.

[o] L. Si quis filium. de conjung. cum em. lib.

[p] L. Servus comm. de man. vind.



(a) L. ult. de off. adfess.

(b) Alciat. lib. 1. cap. 41. parerg. Theoph. §. Eadem. quibus ex caus. man.

(c) L. un. de off. conf. l. Apud filium. §. 1. de man. vind.

(d) arg. §. ult. inst. de donat. l. un. C. de comm. serv. man.

[e] Alber. d. l. Servus.

[f] L. Cum hæres. §. Stichus. de statu lib.

(g) L. Si id, quod. §. ult. de adq. poss.

[h] L. Si servus. de interrog. in jure.

(i) L. 1. §. 1. de legat. III.

(k) L. Si is qui pro empt. §. Si servus. de usufrucap.

(l) L. 1. in fine de tabul. exhib.

(m) L. Apparet. §. Si quis. de itin. aduq. pr.

(n) L. Exceptiones. in fin. de excep.

res, (a) pedanei iudices & jurisconsulti advocabantur: ut elegantius Alciatus (b) noster tradit libro I. *παρέργων*, quam Theophilus I. institutionum. Hi causam manumittendi probabant, ut liceret minori XX. annis ex Lege Ælia Sentia manumittere. Et ipse quidem consul, aut Prætor minor, nisi causa probata apud collegam, manumittere non poterat: (c) at qui in seruo partem haberet ex Juliani sententia in consilio esse poterat. Quod si de solo consensu ejus, ut Accursiani credunt, actum esse existimemus: Florentina scriptura nullam dubitationem, vulgaris minime, nisi ego fallor, veram sententiam obtinet. (d) Dinus quidem apud Albericum [e] varietatem hanc agnoscit, Haloander cum vulgari facit: Nos & optimus ille liber, & rei ipsius tractatio illud affirmare cogit. Sed reliqua videamus. Addidit Haloander negandi verbum cap. IV. [f] de statuliberis, Florentina scripturæ, cujus Accursius mentionem facit, non probans tamen. Est autem hæc. *Stichus, si hæredi meo anno servierit, liber esto. Quærendum est, annus quomodo accipi debeat? an qui ex continuis diebus trecentis sexaginta quinque constet, an quibuslibet?* in Norico libro est *an qui non quibuslibet? aut qui bissexto?* quod Accursius probat. Sed *quibuslibet* interpretor non continuis, ut postea dicitur, si quibusdam diebus, aut valetudo, aut alia justa causa impedimento fuerit, quominus serviat; quo vero Haloander respererit, non intelligo. Item capite XXV. (g) de acquirenda, vel omittenda possessione, in Florentino, & Norico libro librorum, ut arbitror, peccato, ita scriptum est, *An vero, quod quasi magis probatur, usque eo possideamus, donec revertentes non aliquis repellat.* Et scribendum esse nos pro non existimamus. Sic etiam Hervagium capite XVI. (h) de interrogationibus, errasse antea scripsi. Qui tamen hoc loco, ut volumus, Nos edidit. Erravit eodem pacto Tuscorum librorum scriptor cap. I. de legatis libro III. (i) *Hæc utique nemo credet in testamentis non esse probaturos.* Recte autem factum est, cum neuter error latius patuerit. Omnium librorum error est cap. XV. (k) de usurpationibus & usufrucationibus illis verbis, *Si servus, quem possidebam, fugerit, nisi pro libero se gerat, videbitur a domino possideri.* Est enim scribendum, ut Florentina est. *Si pro libero se gerat.* Sub titulo de tabulis exhibendis capite primo ad extremum ita (l) dicitur: *Sed & si deletum sine dolo sit testamentum.* in Norico libro est. *Sed & si dolo testamentum sit deletum.* Priorem scripturam Accursius probat, & Tuscus liber. De itinere actuque privato cap. V. (m) ita scribendum: *Si quis servitutem jure impositam non habeat: habeat autem velut longæ possessionis prærogativam ex eo, quod diu usus est servitute: interdico hoc uti potest.* Haloander tamen, *si quis servitutem jure impositam habeat*, nescio quid secutus scripsit. Capite vero VII. (n) de exceptionibus, vulgarem errorem secutus est, illis verbis *quia si deceptus non sit.* Est enim in optimo il-

lo libro: *Quod si deceptus sit in re, tunc nec ipse ante habet auxilium, quam restitutus fuerit, nec fidejussori danda est exceptio*, ut differat in re deceptus sit, an ab alio circumscriptus minor, quod Accursius probare videtur: in re autem scribendum, non jure, ut multi scripsere.

Caput quoque XXXII. (o) de obligationibus & actionibus varie scriptum est Florentina hoc pacto: *PAULUS libro tertio decretorum. Constitutionibus, quibus ostenditur hæredes pœna non teneri, placuit, si vivus conventus fuerat, etiam pœna persecutionem transmissam videri, quasi lite contestata eo mortuo.* Haloander transmissam non videri edidit alii remissam. Sunt etiam qui non eo mortuo, sed cum mortuo scribant, ut aliquando Florentina fuit. Mihi illud probatur propter XXV. (p) caput, quod dicitur: *Omnes pœnales actiones post litem inchoatam & ad hæredes transeunt.* Eo autem mortuo, Haloander post mortem interpretari visus est. Ego vero totum illud quasi lite contestata eo mortuo, ita interpretor: ut, quasi is mortuus sit post litem contestatam, intelligamus. Illud miror proditum ab Accursio. (q) quid in optimis libris scriptum esset, & ne Haloandrum quidem eos secutum esse cap. VIII. (r) de acceptilationibus, cum non ineptissime scriptum esse videatur, *ULPIANUS libro XLVIII. ad Sabinum. An inutilis acceptilatio utile habeat pactum, quæritur? & nisi in hoc quoque contra sensum est, habet pactum.* Cum alio loco Paulus scribat, (s) *Si acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actum videtur, ne peteretur.* Vulgaris tamen scriptura est, *& nisi in hoc quoque consensum est, non habet pactum, aut nec habet* ut in Norico. Alii apud Accursium scribunt, *nisi contra sensum est, non habet pactum.* Hac tamen in re aqua hæret. Item cap. III. (t) de publicis judiciis, cujus verba in Tusco libro hæc sunt: *ULPIANUS libro XXXIV. ad Sabinum. Publica accusatio reo, vel rea ante defunctis, permittitur.* In aliis ultimum verbum est *perimitur*, in Norico *non permittitur.* Caput vero XI. (u) de captivis non recte ab Haloandro negandi verbo ex Bulgarino apud Accursium accepto, editum fuisse alio loco a nobis scriptum est, (x) Amovendum quoque est id verbum a Noricis libris cap. II. (y) de administratione rerum, illis verbis *non secundum legem usurpata revocentur.* Addendum autem omnibus libris, capite LXXIX. (z) de verborum significatione, Est enim in Etrusco libro, *Utiles impensas esse, Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, non deteriolem esse non sinant.* Quibus verbis significatur non satis esse illis impensis dotem deteriolem esse non sinere, sed meliorem dotem facere oportere: essent autem illæ necessaria: cum eodem loco necessaria esse dicantur, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. Sic capite V. (aa) de impensis dicitur. *Utiles autem impensæ sunt, quas maritus utiliter fecit, remque meliorem uxoris fecerit, hoc est, dotem:* quæ

(o) L. Constitutionibus. de act. & obl.

[p] L. Omnes. eod.

(q) Accurs. L. An inutilis. de accept. l. Si unus. §. ult. de pactis.

(r) d. l. An inutilis.

(s) d. l. Si unus. §. ult.

(t) L. 3. de pub. jud.

(u) L. Quod si filius. de captiv.

[x] lib. 4. cap. 10.

(y) L. 2. in princ. de adm. rer. ad civ. pert.

(z) L. Impensæ. de verb. signif.

[aa] L. Quod dicitur. in fine. de impens. in res dotales fact.

quæ



quæ verba Haloander immutavit hoc pacto: *Utiles autem impensæ sunt, quas maritus utiliter fecit, quæque rem mulieris meliorem reddunt.* Hoc miror præceptorem meum fugisse: illud recte scribit cap. CLXXXIII. (a) *Tabernæ appellatio declarat omne utile ad habitandum ædificium, non ex eo, quod tabulis clauditur: est enim ita in Tusco codice, nisi quod clauditur veteri more scriptum est, pro clauditur.* In Norico nempe ex eo, ut gratificatum grammaticis videatur: quos non reprehendit Jurisconsultus in verbi origine, sed ab eis in significatione discedit. Reprehendendus autem Haloander, quod ut parcissime dicam, ineleganter caput III. (b) de diversis regulis juris antiqui, ediderit: *Ejus est non velle, qui potest & velle.* Minus male cæteri, *ejus est nolle, ediderunt.* Neque enim illi audiendi sunt, qui aliud esse dicant non velle, atque nolle. (c) Nam, ut Cicero ait in Oratore: *Libenter veteres copulando verba jungebant, ut sodes pro si audes, sis pro si vis, nequire pro non quire, malle pro magis velle, nolle pro non velle.* Et alio loco: *Non scire barbarum jam videtur, nescire dulcius.* Itaque non arbitror, elegantes viros, quales jureconsulti illi fuere, eo dicendi genere usos. Non ignoro, Haloandrum id scribendum curasse sub titulo de acquirendo rerum dominio in calce IX. capituli, (d) item constitutione tertia de thesauris; (e) sed in eo abusus est veteribus libris nostrorum temporum vitio. Quod etiam fecit, ut Cælestinus Pontifex eo verbo uteretur, (f) & alii, quorum erroribus facile ignoscendum est. Sed ad tertium illud caput revertor. Est id Florentiæ ita scriptum: *ULPIANUS libro tertio ad Sabinum. Eius est non nolle, qui potest velle.* Interpretari autem id facile licet capite primo de tributoria. (g) *Scientiam hic eam accipimus, inquit Ulpianus, quæ habet & voluntatem. Sed ut ego, inquit, puto, non voluntatem, sed patientiam. Non enim velle debet dominus, sed non nolle.* Miror tamen, Constantinum Harmenopolium libro extremo τὸ προχέρειρα ita vertisse. ὁ διωόμενος θέλει, δύναται μὴ θέλει. nisi credendum sit, duarum negationum vim Græce interpretatum, non ad Latinæ linguæ usum. Sed hæc tamen hæc tamen.

CAPUT III.

De eodem genere errorum in aliis libris.

Longiores proximo capite fuimus, quam putaveramus initio fore: tamen in hac re omnium, ut arbitror, utilissima fatietas esse nulla potest. Quod si quis existimat, me Haloandri prohi, ut opinor, viri, & de jure civili bene meriti laboribus invidentem longius esse provectum, quam necessitas rei cogere videbatur: nã is fallitur vehementer. Tantum enim Gr. Haloandro defero, cum ob eam diligentiam, quam in edendis Justiniani libris adhibuit omnium maximam, tum ob Novella-

rum constitutionum, & Græce, & Latine a se primum editarum munus: quantum alium deferre scio neminem. Eo tamen antea animo ejus libros reprehendi, quod his libris sapius facere cogor, ut si ab his non multis mendis purgentur, in omnium manibus versari, & haberi possint: quod ipsum quantum ostendat benevolentia meæ signum, nemo non videt. Fuit autem id a me necessario factum, ut in uno genere librorum versarer, & accidit percommode, ut tanta diligentia Norici essent ab Haloandro scripti. Nam si omnibus juris studiosis prodesse voluissim, ut cupio, & spero; omnes omnium librorum errores me, quod infinitum erat, significare oportebat. Nunc his libris comparatis, qui jam multis exemplis exscripti in omnibus bibliothecis ad manum habentur, nostræ emendationes omnibus facile, ut desidero, erunt utilitati. Hac una tamen in re a me ipso discedo propter rei compendium, & quales spero fructus; & hoc loco quantum Norici libri cæteris præstent, ostendam: multa enim loca (quod paulo ante sum pollicitus) contra, atque oportuit, & in Norico, & in Tusco libro est, edita enumerabo. Et principio illa, quorum varietatem Haloander significavit, scribam. Scribit Papinianus libro II. Quæstionum. [h] *Exheredatum quoque filium luctum habere patris memoriæ placuit; idemque & in matre juris est, cujus hæreditas ad filium non pertinet.* Haloander ait alii ad filium pertinet. Paulus libro VIII. ad edictum. [i] *Furiosus non est habendus absentis loco, quia in eo animus deest, ut ratum habere non possit.* Accursius ait esse, qui sine non scribant, possit. Ulpianus libro XV. ad edictum. [k] *Quia tandiu quis habet noxæ dedendæ facultatem, quamdiu iudicati conveniatur.* Accursius: *Quidam non conveniatur scribunt.* Idem Ulpianus libro XVI. ad edictum. [l] *Puto autem [inquit] ab omnibus, qui tenent, & habent restituendi facultatem, peri posse.* Haloander, qui suprascriptas quoque varietates significat, hoc loco quosdam scribere ait *peri non posse.* Africanus libro VII. Quæstionum [m] *Cum utriusque domini periculum in rebus peculiaribus esse debeat.* Haloander *neutrius domini* in margine scripsit. Paulus libro II. ad Plautium. [n] *Propter quæ fiat, ut patris familias nomine respondendo non obliger: in margine Norici libri obliger.* Callistratus libro II. Quæstionum: (o) *Eorum vero, qui ita servaverunt, invicem rationem haberi non debere ab eo, qui in navigatione iactum fecit, si quædam ex his mercibus per urinatores extractæ sunt.* Quidam non sunt scribunt. Javolenus libro VII. ex Cassio: (p) *Demonstratio fundi facta, fines nominari supervacuum est. Si nominentur, etiam ipsum venditorem nominare oportet, si forte alium agrum confinem possidet.* In Norico libro non recte hæc verba distincta sunt, & est in margine scriptum: *Igitur si non nominentur.* Illud fallum est, quod Accursius ait capite X. (q) de tutelis Pisanam

(a) L. Tabernæ. de verb. signif.

(b) L. 3. de reg. jur.

(c) Accurs. l. Titius. 1. de action. empt. Bart. & Imo. l. Jam dubitari. de her. instit. Alex. l. Qui se patris. C. unde liber. num. 7. & 8. Pan. & cæteri c. Prudentiam. §. Sexta. de offic. del. Dec. d. l. 3. de reg. jur.

(d) L. Qua ratione. in fin. de adq. rer. d.

(e) L. 3. C. de thesaur. lib. X.

(f) d. c. Prudent. §. Sexta.

(g) L. 1. §. Scientiam. de tribut. action.

[h] l. ult. de his, qui not. inf.

(i) L. 2. de proc.

[k] L. Item veniunt. §. Item recte. de her. red. petit.

[l] L. Officium. in fine. de rei vind.

(m) L. Sed postquam. commun. div. (n) L. Confessionibus. de interr. in juve.

[o] L. Navis onustæ. §. 1. de l. Rhod.

(p) L. Cum servo. de contr. empt.

(q) L. Etiam. de tutel. scri-



scripturam esse: *Etiam municeps tutor dari potest, dummodo municipi detur.* Est enim hæc: ULPIANUS libro secundo ad edictum. *Etiam non municeps tutor dari potest, dummodo municipi detur;* quam Haloander jure secutus est. Sic etiam falli existimo cap. L. de verborum obligationibus (a) cujus verba Florentiæ sunt hæc: ULPIANUS libro quinquagesimo ad edictum. *In illa stipulatione per te non fieri, non hoc significatur, nihil te facturum, quominus facere possis: sed curaturum, ut facere possis.* In quibus si bis possis pro possim scriptum est, non repugno: falsum tamen est in Pisano libro deesse non, quod Accursius adferit. Nisi forte utroque loco *Pilei liber non Pisano* intelligendus est: quod erratum facile ex hac nota *Pi.* manare potuisset; est autem uterque locus recte ab Haloandro editus. Marcellus quoque libro VIII. Digestorum (b) scribit: *periniquum est, eum, cui forte post viginti annos vel amplius, in mentem venit tutelam reposcere: etiam usuras postulare.* Haloander aliquos non venit, scribere ait; ego existimo eisdem per annos non post scriptisse: ut alicubi vidi. Paulus libro VII. Quæstionum. (c) *Nam quem ille non dedit tutorem, eum voluisse tutelam administrare filii, dicere non possumus.* Cæteri omnes præter Noricum, & Florentinum librum noluisse habent, cætera quoque diversa hoc pacto. Nam ille, qui non dederit tutorem, eum noluisse tutelam administrare filii, dicere non possumus. Ulpianus libro XXXVI. ad edictum: (d) *In ordinem subsidiaria actio non dabitur, sed in magistratus: nec in fidejussores eorum.* Haloander in margine *nec in magistratus.* Cajus libro XV. ad edictum provinciale: [e] *Si eodem testamento miles eundem heredem, deinde exheredem scripserit: adempta videtur hereditas. Cum in paganorum testamento sola hereditas exheredatione adimi non possit.* Accursius esse etiam ait, qui adimi possit, scribant: & ut solet, utramque scripturam interpretatur. Ulpianus libro IX. ad Sabinum (f) *In arbitrium alterius conferri legatum, veluti condicio potest. Quid enim interest, si Titius in capitolium ascenderit mihi legetur: an si voluerit?* Accursius de interrogatione inter Joannem, & Rogerium controversiam fuisse refert. Haloander scriptum hoc pacto aliquando. *In arbitrium alterius conferri legatum, veluti condicio non potest. Quia enim interest &c.* Nos hac de re alio loco scripsimus. (g) Celsus libro nono Digestorum: (h) *Servus quoque legatus si interim mittatur, & postea servus factus sit, peti potest.* Accursius notat esse, qui non potest, scribant. Papinianus libro VII. Responsorum (i): *si fundi Sejani pretium a fundi Mævani pretio non magna pecunia distingueretur.* Accursius non debere ait deesse verbum negans ut deerat in aliquibus libris. Ulpianus libro LXXIX. ad edictum: (k) *Plane si quis omissa stipulatione litem de legato contestatus est: pro-*

(a) L. In illa. 2. de verb. obl.

(b) L. Maximeque, de adm. & per.

(c) L. Ex his. de excus.

(d) L. I. in princ. de mag. conv.

(e) L. Si certarum. §. Si eodem, de testam. mil.

(f) L. I. de legat. 2.

(g) lib. 4. cap. 15.

(h) L. Si chorus. in fin. de leg. 3.

(i) L. I. de reb. dub.

[k] L. I. in fine princ. de legat.

bandum est cessare debere stipulationem. Vulgo nec cessare scriptum est. Idem libro XLI. ad edictum: (l) *Plane si mater concedat hunc quoque defuncti filium esse, idcircoque partem dimidiam hereditatis solam sibi vindicet ex bonis paternis: non erit iudicium in tempus pubertatis differendum.* Sic Florentiæ scriptum est, in Norico est eadem sententia aliis verbis. *Plane si mater non negat, &c.* Sed in margine *negat.* Quam varietatem Accursius notavit: sed error increbuit. Item ille apud Paulum libro LIV. ad edictum. (m) *Cujus verba Florentiæ sunt hæc: Commodius dicitur, etiam si sciero rediisse eam in meam potestatem. Nec enim sufficit, si eam rem, quam perdidit, ignorante me servus apprehendat: si modo in peculio eam esse volui: nam si nolui, tunc exigendum est, ut ego facultatem ejus nactus sim.* At in vulgaribus libris est: *Si modo in meo peculio eam esse nolui, nam si volui, item perdidit, non perdidit:* de qua sola varietate mentionem facit Accursius. Nam cum dicit, *nolui*, scilicet esse in peculio, aptius est Florentinæ & Noricæ scripturæ, quam vulgari. Eodem pacto apud Ulpianum libro LXX. ad edictum. (n) vel in Accursiano libro scriptum fuisse arbitrator. *Si quis cum non denuntiasset opus se facturum, eique denunciatum esset, ne faceret, fecerit: utilius puto probandum vi eum fecisse.* In vulgaribus est *cum denuntiasset.* Item apud Javolenum libro XI. epistularum: (o) *Ea enim locatio, quam secutus es, perinde est, ac si interposita non esset, & si statim tu opus facere cœpisses.* Vulgo est, *ea enim locatio, quam secutus non es.* Licet hoc loco non multum interest, quoniam alterum ad rem gestam, alterum ad rem, a qua recessum est, spectat. Illud miror fuisse, qui scriberet apud Paulum libro IX. ad Sabinum (p) quod Haloander notat: *Nec potuit post furtum factum &c.* cum in omnibus libris sit: *Sed potest post furtum factum tabulas nactus esse actor, ut ex eo probet, quanti sua interfuerit, si tabulas nactus non esset.* Item apud Macrum libro II. de re militari [q] scriptum est; & si sine ignominia mentione missi sunt, nihilominus ignominia missi intelleguntur. Sed Haloander refert contrariam scripturam, ut *nihil magis dicatur.*

Hæc habui quæ de Haloandrinis dubitationibus scriberem, ita enim interpretor, quod his varie scriptum ostendit. Nunc de eodem genere errorum in aliis libris præter Noricos, quos Haloander non significavit, tractemus. Scribit Ulpianus libro IV. de officio Proconsulis: (r) *Cum de consuetudine civitatis vel provincie confidere quis videretur: primum quidem illud explorandum arbitrator, an etiam contradicte aliquando iudicio consuetudo firmata sit.* Accursius non contradicte, arbitratur melius scribi: ego contra sentio. Illud nihil interest cap. XVI. (s) de statu hominum scribaturne: *quæstio ergo facti potius est, non juris, ut Florentiæ est: an facti potius est, quam juris, ut vul-*

[l] L. 3. §. Si is qui. de Carb. ed.

(m) L. Sequitur. §. Labeo. de usurpat. & usucap.

(n) L. A. ut qui aliter. in fine princ. quod vi aut clam.

(o) L. Stipulatus es. in fine. de fidejuss.

(p) L. Quidam. de furtis.

(q) L. Milites. §. Militionum. de re milit.

(r) Leg. Cum de consuetud. de legib.

(s) L. I. dem erit. de stat. hom.



(a) *Po- lit. cap. 78. Miscell. Ne- briff. verbo Non. & Bud.* vulgo. Sed quod Politiano (a) debemus, inter- erat, esset ne negans Florentiæ verbum capite XII. (b) de officio Procos. ubi id caput ita scriptum est: PAULUS libro secundo ad edi- ctum. Legatus mandata sibi iurisdictione, ju- dicitis dandi jus habet. Sunt enim, qui apud Accursium *jus non habet*, scribant. Papinia- nus vero libro X. Responsorum (c) ait, *Sed ve- naliciarium ex provincia reversum Publiciana actione non utiliter acturum*. Et sunt qui scri- bant, *non inutiliter acturum*. Haloander inu- tiliter edidit: & ut verum fateamur, eo capi- te priora posterioribus non coharere videntur. Neque Accursium audio *venaliciarum servo- rum emptorem* interpretantem: fuisse enim ali- quot emptores antea dictum erat. Melius cog- noscitur quis ille fuerit ex capite CCVII. (d) de verborum significatione, quo mangones ap- pellat, qui servos vendere solent: quod ex e- jus ipsius capitis initio cognoscitur. De illa au- tem Bartoli cum Baldo controversia, qua de capitis VII. (e) de distractione pignorum scri- ptura fuit dubitatum, dictum est a nobis an- tea. Quod vero capite VI. (f) de excusationi- bus vulgo circumferebatur, & *neque judicare, neque legatos esse, neque in militia numerari volentes, neque ad alium famulatum eos cogi*: minus male in veteribus libris est *numerari no- lentes*, & in Noricis *invitos*. Sed Florentiæ, cum illa e græcis Modestini libris sex excusa- tionum sumpta sint, græce ita habentur, ut Hervagius primus edidit *καὶ μήτε κρίνειν, μήτε πρὸς βίβην, μήτε εἰς στρατείας κατὰ λόγους ἀ- κούσας*. Quæ nos cum cæteris, quæ ex illis Mo- destini libris accepta libro XXVI. & XXVII. digestorum extant, vertimus: [g] & ad Anto- nium Pernotum nostrum misimus. Erravit ta- men postea is, qui ex Politiani libro sextum illud caput descripsit, qui Alciato nostro de- tulit, unde Hervagius accepit. Nam cum vulgo scriptum sit: [h] *Legum vero doctores in ali- quo præsidatu docentes remissionem non habe- bunt: Romæ autem docentes a tutela, & cura remittuntur*: quod etiam Haloander edidit: Hervagius hoc pacto: νόμων δὲ διδάσκαλοι ἐν ἐπαρχίᾳ διδάσκοντες ἀφίενται. Cum Florentiæ sit, ἀφίενται ἔχ' ἔξουσιν, ἐν ῥώμῃ δὲ διδάσκαλοι ἀφίεν- ται. quod cum vulgari, barbaraque interpreta- tione convenit. Sed alia videamus. Cap. XXIII. (i) sub eodem illo titulo, varie scriptum est, si Accursio credimus. Florentiæ, & in Haloan- dri ita: ULPIANUS libro II. Responsorum. Pro- pter magistratum, quem in municipio quis erat administraturus: tutela excusationem non habere respondi. Sunt tamen qui habere scri- bant. Illud nihil interest apud Paulum libro V. Sententiar. (k) *verecundum* ut vulgo, an *in- verecundum*, ut Florentiæ scribatur, quod Ac- cursius notat, neque belle interpretatur *valde verecundum*: est enim impudens potius. Illud interest, quod apud Papinianum libro VIII. Responsorum (l) corruerunt illis verbis: *Ælio Philippo fideicommissum ita datum videri, si ei Procula defuncti filia nubere nolisset*. Scri-

ptum enim in multis libris est, *nubere voluis- set*: Sed & apud Callistratum libro II. Quæ- stionum: (m) *Nam legatum purum invenitur, & ideo non inutile fit*; sed Florentiæ, & in Norico est, *inutile fit*, quam varietatem Ac- cursius notat. Adde apud Julianum libro XXIV. Digestorum (n) esse, qui negans verbum aufe- rant illis verbis. *Ideo si ex prima parte edicti bonorum possessionem non perierit*. Item no- bilitate illi capiti primo (o) de operis novi nun- tiatione, & sub titulo de remissionibus. Illud ita scriptum in Tusco libro est: ULPIANUS li- bro LII. ad edictum. Hoc edicto promittitur: *ut sive jure, sive injuria opus fieret, per nun- tiationem inhiheretur: deinde remitteretur prohibitio hætenus, quatenus prohibendi jus is, qui nuntiasset, non haberet*. Alterum hoc pacto ULPIANUS libro LXXI. ad edictum. *Ait Prætor, Quod jus sit illi prohibere, ne se invito fiat, in eo nuntiatio teneat. Cæterum nuntiationem missam facio. Sub hoc titulo re- missiones proponuntur & verba Prætoris osten- dunt remissionem ibi demum factam, ubi mu- tatio non tenet: & nuntiationem ibi demum voluisse Prætozem tenere, ubi jus est nuntian- ti prohibere, ne se invito fiat. Cæterum sive satisfactio interveniat, sive non: remissio fa- cta hoc tantum remittit, in quo non tenuit nuntiatio*. Hæc aliter vulgo scribuntur, & Ac- cursius utroque loco varietatem significat: de qua magna contentio inter Accursianos est. Apud Paulum quoque libro XV. ad Plautium [p] eadem varietas ab Accursio notata est. No- ricus & Tusco liber ita scripti sunt. *Ideo que in successoribus locum non habere usucapionem. Præceptoris mei liber antiquus fatis, sed ab Florentinis descriptus, novam habere usucapio- nem, alii locum habere, alii locum non habere.*

*Scinditur incertum studia in contraria vulgus.*

Item apud Paulum libro singulari de concur- rentibus actionibus [q] quod Florentiæ est: *Sed verius est, remanere quia simplio accedit, & simplio subducto locum non habet, habent alii: sed verius est non remanere*, ut Accursius no- tat. Sed & quod pace præceptoris dixerim, mi- hi ejus sententia non probatur [r] apud Scæ- volam libro XXVIII. Digestorum (s) negan- di verbum esse delendum. Est enim Florentiæ hoc modo. *Respondit, si Seja non cessasset ex stipulatione pecuniam offerre, jure usuras non deberi*. Alciatus aliorum librorum scripturam fecutus scribit: *Et si Seja ante cessasset. Quod etiam Ulpianus scribit libro XXIX. ad Sabinum. (t) Nec non & ipsi domino dari placet, & sic fit, ut non teneatur furti, & agar*. Scio mutare aliquos in agentem orationem, *ut teneatur furti*. Alciatus quoque noster libro I. Dispunctionum (u) caput LXXXIII. [x] de furtis aliter in antiquo libro scriptum esse ait, atque vulgo habetur. Habetur autem Floren- tiæ hoc pacto: PAPINIANUS libro I. Responso- rum. *Ob pecuniam civitati subtractam actio- ne furti, non crimine peculatus tenetur*. Exi- sti-

(m) Leg. Cum servus. de cond. & dem.

[n] Leg. Ideo. de Carb. edict.

(o) L. I. de op. nov. nunt. l. un. de rem.

(p) L. Si is qui. in fin. de usurpat. & usuc.

(q) Leg. Qui servum. in fin. de oblig. & action.

[r] Alciat. lib. I. cap. 13. dispunct.

(s) Leg. Qui Romæ. §. Seja. de verb. oblig.

(t) Leg. Itaque full. §. I. de furtis.

(u) cap. 3. (x) L. Ob pecuniar. de furtis.



stimat ille scribendum *nec non, pro non*: ne contra Papinianus, atque Marcianus (a) dixisse videatur. Sed ni fallor, diversa hi, non contraria dixerunt. Sunt etiam, qui capite III. (b) de jure fisci nolint idem juris esse in thesauris in locis religiosis repertis atque in sacris. (c) Itaque non *Si in locis fiscalibus vel publicis, religiosisve* scribunt, *sed publicis non etiam religiosis*. Sed mirandum non est si aliquid aliquando dissimile & contrarium fortasse, in tam magna sententiarum multitudine reperitur. (d) Caput quoque decimum [e] de jure fisci Albericus ait scribere aliquos hoc pacto: *Non puto facile delinquere eum, qui &c.* Florentiæ est: *MODESTINUS libro singulari de præscriptionibus. Non puto delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facile responderit.* Sed & CIII. [f] de verborum significatione multis modis scribitur. Florentiæ sic est: *MODESTINUS libro VIII. Regularum. Licet capitalis latine loquentibus omnis causa existimationis videatur, tamen appellatio capitalis mortis, vel amissionis civitatis intelligenda est. Alii non tamen, alii pænæ tamen* scribunt. Constantinus illud quidem sequi videtur his verbis (g) τὰ κεφαλικά θάνατον δηλοῦσι, καὶ πολιτείας ἐκπτώσι. Jure autem a præceptore meo in libris Paradoxorum (h) illi reprehenduntur, qui caput CXXX. (i) de verborum significatione ita scribunt. *Lege obvenire hereditatem non proprie quis dixerit & eam, quæ ex testamento defertur.* Cum in omnibus libris sit *non improprie*. Capite etiam CLXVI. (k) Sunt qui scribant, *tamen multum abest a vilico*; cum optima scriptura sit: *is qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet, non multum abest a vilico*. Multo plura esse existimo, quæ varie scribantur: quæ neque in mentem veniunt, neque post Florentinorum librorum lectionem in meas manus inciderunt. Quanquam non me fugit esse ex his, quæ a me conscripta sunt, multa, quæ amatoribus suis mirifice placeant, & nonnulla etiam mihi non displicebant: Sed malui rem ita, ut erat, exponere. Nam & hic ipse nostrarum opinionum amor, quam Græci φιλαυτίαν appellant, has tantas discordias, & varietates creavit: cum ea, quæ nos fateri pudet ignorare, mendosa esse existimamus.

## CAPUT IV.

*De inscriptionum singulorum capitum utilitate, & principio de mendis ob eas effectis.*

[l] L. 2. §. Tanta. C. de vet. jur. en. **J**usserat Justinianus ea constitutione, (l) quæ in constitutionum codice sub titulo de veteri jure enucleando posterior est, & ante Digesta græce & latine Florentiæ scripta: ut a quo jurisconsulto singula accepta essent, significaretur; uno autem loco omnium librorum e quibus Digesta exscripta fuerant, index scriberetur. (m) Utrumque præclarus ille liber solus habet. Quamvis indicem Norici quoque

libri habent e Politiani epistula quadam, (n) ut arbitror, confectum: nam qui Florentiæ est, græcus est, & locis aliquot diversus. Singulorum vero capitum inscriptiones quattuor & viginti fere libris Haloander primus edidit: Cæteras neque Politianus, neque Bologninus, a quo Haloandriæ sumptæ sunt, describere. Nos vero primum ut nihil mancum aut imperfectum haberemus, deinde utilitate rei ducti, omnes descripsimus. Quid autem ex ea re commodi accipi possit, scribendum hoc loco esse existimavi. Et principio illud vel maximum est, quod in illo ipso describendi labore cognovimus. Est enim his locis quos scripturus sum, ex inscriptionibus quæ Florentiæ cum jurisconsultorum verbis conjunctæ sunt, unum atque alterum verbum acceptum, quod totum nonnumquam caput immutat. Cujusmodi est caput quartum (o) de suppellectili legata: quod vulgo ita scribitur: *Instrumenti significatione rheda, & sedularia in suppellectili annumerari solent.* In Norico non *sedularia* sed *seliquastra* scriptum est. At in Florentino totum caput hoc pacto est scriptum. *Idem* (significatur autem Paulus, cujus proximum caput est) *libro singulari de instrumenti significatione redæ & sedularia suppellectili adnumerari solent.* Est autem ex eodem libro caput XCVII. [p] de legatis libro XXXII. neque tamen in verborum contextum illic instrumenti significatio inducta est. Appellaturque is Pauli liber in eo indice, de quo antea scripsimus: *De instructo, & instrumento μονόβιβλον.* Non itaque minus rhedæ suppellectilis erunt, quam earum sedularia, sic enim interpretor; hoc est, quæ in rheda fedenti subiiciantur. Eodem pacto caput LXVIII. [q] ad L. Falcidiam non recte Venulejo, aut, ut Haloandro placuit, Maximo ex libro ad L. Falcidiam adscribitur. Neque initium faciendum est, ut vulgo: *Hereditatum computationi* (aut ut in Norico *computationis*) *in alimentis faciendæ, hanc formam esse Ulpianus scribit.* Sed ut in Florentino: *AEMILIUS MACER libro secundo ad Legem Vicesimam hereditatum. Computationi in alimentis faciendæ hanc formam esse Ulpianus scribit, ut a prima ætate &c.* Ab eodem est caput VII. [r] Qui testamenta facere possunt: licet id Haloander Marciano, alii Marcello adscriperint, & ita lex vicesima hereditatum ab Justiniano appellatur constitutione ultima de edicto D. Hadriani tollendo. *Edicto* inquit [s] *Divi Hadriani, quod sub occasione vicesimæ hereditatum introductum est, quiescente, quia vicesima hereditatis a nostra recessit Republica.* Ea autem quæ fuerit, & quibus casibus aut temporibus locum habuerit, tradit Alciatus noster memoriæ libro III. Dispunctionum. (t) Sed & Haloander caput XIII. (u) de transaction. & XXXVII. [x] de religiosis, eodem pacto inscripsit. Apud Alciatum vero emendanda inscriptio est CLIV. (y) capitis, de verborum significatione, & non MARCELLUS libro I. scri-

[n] An. Pol. lib. 11. epist.

[o] L. Instrumenti. de sup. leg.

[p] L. Servis urbanis. de legat. 3.

[q] L. Hereditatum. ad l. Falc.

[r] L. Si mutus. de testam.

[s] L. ult. C. de ed. D. Had. toll.

[t] cap. 6. (u) Leg. Nulli. de transact.

[x] Leg. Funeris. de rel. & sum. fu.

[y] L. Mille passus. de verb. sign.



scribendum, sed MACER libro primo ad legem vicensimam: sic enim est Florentia. In indice quoque scriptum est Μάκρος εἰκοσῶν βιβλία δύο, & Haloander edidit εἰκοσῶν, sive ad legem vicensimam hereditatum libros duos.

Erratum etiam est capite primo de bonis damnatorum [a] quod Haloander ita edidit: *Et populi damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut civitas, aut servilis conditio irrogatur.* Mirum mihi videbatur imperio a populo principi, & in principem concessio (b) licuisse populo vitam, aut civitatem cuiquam adimere: & videbam Accursianos scribere, non *populi*, sed *supplicii damnatione*. Sed tamen Florentina scriptura mihi omnem dubitationem abstulit. Ea est hæc: *CALLISTRATUS libro primo de jure fisci, & populi. Damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut civitas: nisi etiam velis verbum damnatione inscriptionis esse.* Nam, ut alio loco scripturus sum, nullis interpunctionibus omnia pene illis libris scripta sunt, exceptis Jurisconsultorum, cujus singula capita sunt, nominibus, quæ grandioribus litteris, ut nos imitati sumus miniatis tamen, in separati versus initio conscripserunt. Illud vero mihi probatur, *ut de jure fisci, & populi Callistrati liber inscribatur, ut apud Paulum libro V. Sententiarum titulus XIII. licet in indice, & sub titulo de jure fisci libro L. Digestorum tantum de jure fisci ille Callistrati liber appelleretur. Dignus vero venia error fuit capite XLI. [c] de liberali causa, cujus initium in Norico, ut in cæteris libris, est: liberalis causa si in obscuro sit, in quo fuerit statu is, qui pro libertate sua litigat: prior audientus est &c.* Florentiæ vero fuit: *PAULUS libro singulari de articulis liberalis causæ: si in obscuro sit, in quo fuerit statu is, qui pro libertate sua litigat: & quæ postea. Quo nihil manifestius dici potest: & tamen indoctus nescio quis ultimam causæ litteram expunxit, unde error in omnes libros venit. Neque quemquam moveat quod ea inscriptione Pauli liber nullus in indice reperitur: nam neque *De articulis* reperies: neque *De formula testamenti*, unde sumptum est caput XCVI. (d) libro III. de legatis. neque *De conceptione formularum*, unde est XX. (e) caput *De exceptionibus*, aut *De dotis repetitione*, aut *De adsignatione libertorum*, unde accepta sunt LXVIII. & LXIX. [f] caput de diversis regulis juris. Quæ omnia in libris singularibus Pauli in indice desunt Florentiæ; in Norico autem indice, ille *De adsignatione libertorum* solus est: ut credendum sit mancum ea in re indicem esse. Hujus generis ille error est, quem primus præceptor meus indicasse videtur, nisi quis Accursio indicii præmium deferat: quamvis uterque ea in re dubitet: ut fortasse Haloandro locus sit. Caput XLVIII. (g) de verborum significatione, sic olim scriptum fuit. *Qui neque sequantur, neque ducantur. Solutum non intelligimus eum &c.* quæ verba nemo recte interpretabatur: quo ad cognitum est, ex inscriptione excerpta esse. Florentiæ sic*

Tom. II.

reperimus: GAJUS libro ad edictum Prætoris Urbani, titulo, qui neque sequantur, neque ducantur. Sic capite XXX. [h] de noxalibus actionibus: *Idem libro ad edictum prætoris Urbani, titulo de damno infecto: & cap. XIII. (i) ad exhibendum titulo de liberali causa, & aliis locis titulo de publicanis, de re judicata, de operis novi nuntiatione, de testamentis, de legatis, de aquæ pluvia.* Illa itaque verba edicti censenda sunt. Sub eodem titulo erratum etiam est in omnibus libris præter Noricum capite CLVII. [k] quod ita scribebatur: *Quantum ad juris pertinet largam significationem* [sic enim Alciatus noster scripsit] *paries est sive murus, sive maceria est.* Florentinus liber habet: *ÆLIUS GALLUS libro primo de verborum, quæ ad jus pertinent, significatione. Paries est sive murus sive maceria est,* quod Accursius significare videtur: apud Gellium (l) quoque & Macrobius (m) legi ex libro secundo Cæcili Gallii de significatione verborum, quæ ad jus civile pertinent, vestibulum ædium partem non esse; & arbitror Ælium pro Cæcilio ex hoc loco emendandum esse. In indice hic Jurisconsultus non est, sed Haloander eum ob hoc caput adscripsit. Est autem illic Galli nescio cujus Aquilæ responsum liber, a Politiano perperam Aquilii Galli appellatus (n) ab Haloandro non male Julii Aquilæ. A quo libro est extremum caput (o) sub titulo de suspectis tutoribus: non ex IV. Juliani ad Minutium, ut Haloander edidit. Adde, quod extremi capitis, de bonis damnatorum (p) inscriptio ante Haloandrum fuerat capitis vice habita: est autem hæc: *PAULUS libro singulari de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur.* Cujus libri appellatio in indice illo extat. Solus Haloander errat, dum caput LXXIII. (q) de diversis regulis juris Ulpiano adscribit, & ita incipere putat: *Q. MUTIUS SEMPRONIO. Quo tutela redit, eo & hereditas pervenit.* Nam Florentiæ Ulpiani nomen non est; Sed ita exorditur: *QUINTUS MUCIUS SCÆVOLA libro singulari ὀπίων. Quo tutela redit, &c.*

Sic etiam in Alciati nostri libro erratum XVII. cap. (r) de fideicommissariis libertatibus: ut enim ipse refert libro primo Dispunctionum, ita scriptum est: *CELSUS lib. XXI. ad Sabinum. Acciolam Claudius cum visum tibi fuerit, manumitte.* Est enim scribendum: *ex libro vicensimo primo Digestorum Scævola. CLAUDIUS. Cum tibi visum fuerit manumittere, utiliter datur fideicommissa libertas.* Significatur autem Claudius Tryphoninus, qui notas ad Scævola scripsit, quod & Haloander significat, & multis Digestorum locis cognoscitur. [s] Bartoli liber, & veterum, *Scævola Claudius* minus male habuerunt. Hæc de ejusmodi errorum genere.

#### CAPUT V.

*Cur in libris Caii proconsulem Accursiani Prætorum interpretentur, quantumque ea in re fallantur, ac de Cajo nonnulla.*

**N**ON parvam illam utilitatem ex his inscriptionibus esse duxi, quod sæpe dubita-

(h) L. In noxalibus. de nox. act.

(i) L. Si liber homo. ad exhib.

(k) L. Quantum. de verb. sign.

(l) A. G. lib. 16. c. 5. not. Att. (m) Macrobius lib. 6. cap. 8. sat.

(n) Politi. lib. 11. ep. [o] L. ult. de susp. tut.

(p) L. ult. de bon. damn.

(q) L. Quo tutela. de reg. jur.

(r) L. Scævola. aut. Acciolam. de fideic. lib. Alc. lib. 1. cap. 14. dispuncti.

(s) L. Qui negationem. de adm. tut. l. A testatore. de cond. & dem.

[a] L. 1. de bon. damn.

(b) L. 1. de constit. princ. §. Sed & quod. de jure nat.

(c) L. Liberalis. de liberali causa.

[d] L. Si plures. de legat. 3.

(e) L. Exceptiones. de except.

(f) L. In omnibus. l. Invito. de reg. jur.

(g) L. Qui neque. de verb. sign.



veram, quid esset, quod multis Digestorum locis cum de Prætoris edicto ageretur, Proconsulis mentio fieret, ut titulo quod metus causa, capite primo dicitur: *Ait prætor, (a) quod metus causa gestum erit, ratum non habebit.* Et nono: *(b) Animadvertendum autem, quod Prætor hoc edicto generaliter, & in rem loquitur,* item aliis. Sed XIX. [c] Scribit Cajus, *Quod autem in heredem eatenus pollicetur actionem Proconsul, quatenus ad eum pervenerit: intelligendum est ad perpetuo dandam actionem pertinere.* Sic sub titulo: quod cum eo cap. I. omnia, *Proconsul agit, ut qui contraxit &c.* at cap. II. *Ait Prætor in eum, qui emancipatus &c.* Et cum animadvertissem ea capita, quibus Proconsulis mentio fieret, accepta esse ex Caji libris ad edictum provinciale, intelligere visus sum, quid varietatem crearet. Neque enim Accursiani audiendi sunt, qui Proconsulem Prætorem appellatum putant. (d) Erat Proconsulis in provincia plenissima jurisdictio, ut omnium magistratum urbanorum partes ad eum pertinerent. [e] Itaque ut Prætor Urbanus Romæ, [f] sic in provincia Proconsul, in Prætoria Prætor edicta proponebant, quæ provincialia appellabantur. Videre ejusmodi edicta licet apud Ciceronem in Verriis, de quibus etiam in Proconsulatu suo ad Atticum scribit. Cajus hujusmodi provinciale edictum duobus & triginta libris est interpretatus, Urbanum fortasse pluribus. Sed Justiniani tempore duodecim extabant, quod illo librorum indice constat, in quo Politianus erravit edictum publicum pro urbico scribens. Illud scilicet prædici non oportet, non ut initio variasse Prætores & Proconsules in edictis, sed edictis perpetuis usos, quorum collectionem Salvius Julianus ex Hadriani auctoritate fecit: quod Budæus & Alciatus (g) præclare manifesta omnibus fecerunt: idque etiam duabus constitutionibus (h) proditum reperi. Mirandum itaque non est, si Proconsul a Cajo edicti auctor appelletur: ab Ulpiano vero Prætor: cum alter urbanum edictum interpretetur, alter provinciale: ut ex illorum capitum inscriptionibus ab Haloandro editis cognoscitur: nisi quod cap. I. quod cum eo, non libro VIII. sed IX. scribendum, item secundo capite libro XXIX. non VIII. Ita interpretari oportet caput primum de alienatione. LXVIII. pro socio. XLI. de hæreditatis petitione, atque alia id genus. (i) quæ Haloander recte Cajo illis libris adscripsit. Adde etiam ex his, quorum inscriptiones omisit, caput II. de testamento militis, [k] quod ita scriptum Florentiæ est: *GAJUS libro quintodecimo ad edictum provinciale. De militis testamento ideo separatim Proconsul edicit: quod optime novit ex constitutionibus principalibus propria atque singularia jura in testamento eorum observari.* Sed & aliis locis Proconsulis mentio fit non a Cajo, sed ab Ulpiano, aut Paulo, in libris de officio Proconsulis, ut cap. II. (l) de curatoribus furioso & aliis dandis: quod ita scriptum est: *PAULUS libro primo*

*de officio Proconsulis. Sed & aliis dabit Proconsul curatores, qui rebus suis superesse non possunt, vel dari jubebit.* Item VIII. capite: (m) *ULPIANUS libro sexto de officio Proconsulis. Bonorum ventris nomine curatorem dari oportet: eumque rem salvam fore viri boni arbitratu satisfacere Proconsul jubet.* Utrumque caput Haloander Cajo adscribit, Sed quod de Cajo diximus, non perpetuo, sed magna ex parte verum esse reperietur. Utitur enim non numquam is Prætoris appellatione, sed raro. Quod aut a Prætoris in Prætoria provincia edictum tum interpretaretur aut id putandum est Tribonianum mutasse: ut cap. XV. (n) de noxalibus actionibus extremo quod quisque juris, & primo testamenta quemadmodum apertantur: hoc ex XVII. libro est ad edictum provinciale. Sed sub eodem titulo capite septimo (o) quod ex eo ipso libro est, Proconsulis mentio fit: quod facit, ut existimem id aut dedita opera ab Justiniani ministris, aut casu a librariis mutatum. Et quoniam tam multa de Caji libris scribimus, quærendum videtur, quis hic Cajus fuerit: quod adhuc in controversia est. Sunt enim qui a Pomponio (p) in Servii Sulpitii discipulis Titum Cajum appellatum esse credant, aut Cajum solum. Sunt qui Justiniani familiarem credant, propterea quod is suum appellet initio institutionum, & libro quarto titulo de publicis judiciis (q) sunt qui Cajum Nostrum appellatum arbitrentur, ut a Justiniano illic & a Pomponio quodam loco appellatur (r) quod nescio quam verum sit. Mihi quidem aliquando probabatur C. Cassium eo nomine intelligi, a quo Cassianorum schola Pomponio & Plinio. Nam existimabam, ut dicitur cap. XXVIII. (s) de statu liberis, *quod Javolenus scripsit libro VI. ex Cassio, Statuliber ante, quam condicio libertatis obtigerit, si quid comparasset, peculio legato non cessurum, in libris Caji Cassii scriptum est.* Sic cap. LII. (t) de condemnatione & demonstratione quod ex libro II. Javoleni ex Cassio est, commentaria Caji, & cap. LXXVIII. (u) de solutionibus quod ex undecimo est, libri Caji intelligendi sunt Caji Cassii esse, ex quo Javolenus quindecim libros scripsit. Postea vero cum reperissem a Cajo Cassium ipsum & Sabinum referri, (x) illis quidem Javoleni capitibus credidi Cassium significatum, cæteris locis non item. Hoc ipsum adversus eos facit, qui Sulpitii discipulum arbitrantur. Sed & illud, quod ad S. C. Tertullianum & Orphitianum scripsisse dicitur, ut ex in scriptionibus VIII. & IX. capitibus ad S. C. Tertullianum (y) apparet: quæ senatusconsulta multo post Sulpitiana tempora lata fuerunt, alterum Hadriani, (z) Divi Marci alterum tempore. [aa] Qui vero Justiniani familiarem existimant a Pomponio (bb) refelluntur; sed & ea constitutione, quæ libro primo Codicis Theodosiani extat sub titulo de responsis prudentum. (cc) Quam ob rem arbitror eum non multo tempore post Salvii Juliani ætatem fuisse, quo &

(m) L. Bonorum. ead.

(n) L. Prætor. de nox. act. ult. quod quisque jur. l. i. de stat. que at.

(o) L. Sed si quis. ead.

(p) L. 2. §. Servius. de orig. jur.

(q) §. Quas in pæn. inst. §. Item lex Cornelia. de pub. jud. & in proxm. Dig. §. Et antea.

(r) L. Cum servus. de stip. serv. (s) L. Si hereditas. de statu lib.

(t) L. Si quis legata. de cond. & dem.

(u) L. Si alieni. de solut.

(x) L. A. deo. §. Cum quis. de acq. rer. dom.

(y) L. In suspenso. l. Sacratissimi ad S. C. Terr. (z) in princ. inst. de S. C. Terr.

(aa) de f. c. Orph. in pr. [bb] d. l. Cum servus. (cc) l. un. de respon. prud. in C. Theod. Sex-

[a] L. i. Quod metus caus.

[b] L. Metum. §. Animadvertendum. ead.

[c] L. Quod autem. ead. l. i. & 2. quod cum eo.

(d) Accurs. d. l. i. & d. l. Quod autem. & l. i. de alien. jud.

[e] L. Si in aliquam. in fine. & seq. de off. Proc.

(f) L. 2. §. Eodem tempore. de orig. jur.

[g] Bud. l. 2. de statu hom. Alciat. lib. 2. cap. 27. disjunct. & rub. de. edend.

[h] L. 2. §. Sed quia divinæ. de vet. jur. en. l. Si quis servum. C. de cond. ind.

[i] L. i. de al. jud. mut. caus. l. Nemo. in fine. pro socio. l. Si quo tempore. de tut. per. l. Si noxale. de nox. action. l. Illud quæsitum. ad l. Aquil.

(k) L. 2. de test. mil.

[l] L. 2. de cur. fur.



Sextus ille Pomponius fuit. Hæc de Cajo, cuius extant institutionum libri duo breviores, ut arbitror, quam ab eo scripti sunt: sed qui multum ad Justiniani institutiones conducant.

Est itaque non parva hæc inscriptionum utilitas, ut quis ille juris consultus sit, & qua de re eo libro tractarit, ante cognoscatur. Cum enim nihil aliud scriptura sit, quam hominis loquentis representatio: hæc multo major fit, cum scriptorem ipsum cognoscimus, & rei ipsius tractandæ ordo, qui ex libri inscriptione apparet, ante oculos versatur. Quod ex his, quæ scripturus sum, cognoscetur apertius.

## CAPUT VI.

Quid in eiusmodi inscriptionibus significet ad Sabinum, ad Plautium, ad Mucium.

JUVAT maxime, ut antea scripsi, ad jurisconsultorum interpretationem cognoscere, quo pacto ab ipsis jurisconsultis illud ipsum tractaretur. Et tria genera tractandi in eorum libris deprehendi: aut enim libero scriptorum officio fungebantur, cujusmodi libri opinionum, sententiarum, definitionum, regularum sunt: aut ad aliorum interrogationem respondebant: ut libris responsorum, aut epistularum: aut leges senatusve consulta, principum constitutiones, Prætorum edicta, jurisque consultorum libros interpretabantur, in breviorum librum colligebant, notis reprehendebant, & si quid deerat, addebant. Hujus generis sunt, quæ ad edictum, ad leges, ad senatusconsulta, ad orationem D. Severi, aut Marci inscripta videmus. Sed & illa de quibus tractaturi sumus ad Sabinum, ad Vitellium, ad Ursejum, ad Plautium, quæque apud Papinianum Ulpianus & Paulus, apud Scævola Claudius Tryphoninus & Paulus notarunt. Sed cum cætera nemo, qui vel mediocri ingenio sit, non animadverterit, illud doctissimos quosque fugit, [a] libris ad Sabinum, aut Plautium interpretationes Sabinianorum, aut Plautianorum significari. Solus Viglius vir & doctus, & disertus libro II. institutionum [b] ex Justiniani verbis sub titulo ex heredibus instituendis id percepit. Justiniani verba sunt hæc: *Quod non per innovationem induximus, sed quoniam equius erat, & Atilicino placuisse, Paulus suis libris, quos tam ad Massurium Sabinum quam ad Plautium scripsit, refert.* Cum enim Massurii Sabini mentio fiat apud Pomponium, [c] qui ante Paulum fuit: fieri non potuit, ut ad eum ita mitteret libros, ut quos Cicero ad Q. fratrem aut ad Brutum misit. Ex hoc Viglii argumento initium nostra investigatio cepit, & in Florentinis Pandectis permulta hujus ipsius rei vestigia invenimus. Nullum autem majus est, quam quod est XLIX. capite [d] ad L. Falcidiam, quod ex libris Pauli ad Plautium sumptum est:

Plautii verba notis his notata sunt, quibus nos in Pandectarum Florentinarum verbis utimur,\* illi vero librarii in Prætorum, aut Principum verbis ab jureconsulto relatis. Est enim id in librorum bonorum usu, ut aliena verba nota quadam ad marginem adscripta notentur. Florentina, qua & nos utimur, ab Isidoro diptera appellari videtur, quod duabus lineis in angulum coactis fiat: quo verbo Cicero libro VIII. epistularum ad Atticum utitur, cujus rei Victorius testis est: illud vero caput ita scriptum est: PAULUS libro XII. ad Plautium. *Plautius servo, quem tibi legaveram, fundum legavi: Atilicinus, Nerva, Sabinus, primum in servo rationem legis Falcidie, habendam, & cætera eisdem notis notata ad illa verba: Paulus. Cassii sententia utimur: & quæ sequuntur, quæ nullis notis notantur.* Ex hoc capite XLII. [e] cognoscimus de condicionibus & demonstrationibus: quod ita scriptum est: PAULUS libro VIII. ad Plautium. *Plautius. Rogatus est heres a liberto testatore, &c. Paulus. Hoc jure utimur.* Item quod proximum est, [f] ita incipit: IDEM libro nono ad Plautium. *Qui heredi dare iussus est. Deinde. Plautius. unum ex heredibus fundum legavit, &c. Paulus: hoc jure utimur.* Adde IX. (g) de auro argento, quod Haloander Paulo libro V. ad Plautium adscribit, sed Florentinæ liber nonus est. Illud recte Haloander fecit, dum Pauli & Plautii atque aliorum jurisconsultorum nomina, quæ per se scripta sunt, grandioribus litteris notat. Confirmat hoc idem de Plautio caput LXI. (h) de procuratoribus sumptum ex libro I. ad Plautium, cujus initium est: *Plautius ait, & XXII. (i) de damno infecto, quod est ex libro X. ad Plautium, cujus nomen eodem pacto accipiendum.* Fallitur autem vehementer hac in re Accursius, qui sæpe testatorem, sæpe Jurisconsultum Plautium appellat. Haloander intellexisse visus est, nisi quod capite XIII. (k) *Qui potiores, Nerva & Proculi nomen nulla de causa grandioribus litteris scripsit: cum Pauli solum nomen scribendum foret.* Nimis multa de Plautio scripsi, ad quem Paulus libros XVIII. Javolenus quinque Pomponius septem scripsit: ad Vitellium venio, ad quem idem Paulus libros quattuor. Is Vitellius Sabinus appellatus est: ut capite XVIII. (l) de heredibus instituendis cognoscitur, quod etiam his notis exornatum est, de quibus ante scripsimus. Ejus verba sunt hæc: PAULUS libro I. ad Vitellium. *Sabinus. Quæsitum est, si plus esse paterfamilias distribuisset, & reliqua Paulus. Eadem ratio est &c.* Totidem libros ad Neratium scripsit: & sub titulo de donationibus inter virum & uxorem LXIII. capite (m) etiam in Norico libro post relata Neratii verba scribitur: *Paulus notat, quod verbum crebrius tacetur, & intelligendum est, ut cap. CXL. (n) de verborum obligationibus quod ita illic scribitur: PAULUS*

C. 2

li.

(e) L. Plautius. de cond. &amp; dem.

[f] L. Qui heredi. S. Plautius. e.

(g) L. Plautius. de auro argento leg.

[h] L. Plautius. de proc.

(i) L. Si proprietarius. S. ult. de damn. inf.

(k) L. Infulam. qui potior.

(l) L. Quæsitum. de her. inst.

(m) L. De eo. de don. int. vir.

[n] L. plurib. in princ. de verb. obl.

(a) Alciat. in epist. ante primam C. Partem. &amp; ante l. Eo. C. De un. quod interest &amp; ante prætermissa.

[b] Vigl. in princ. de her. inst.

(c) L. 2. S. Hi duo. de orig. jur.

(d) L. Plautius. ad leg. Falcidiam.

\* Notabantur enim ab Augustino verba Pandectarum Florentinarum, hæc ad sui libri marginem adscripta nota.



*libro tertio ad Neratium: pluribus rebus præpositis &c. Paulus. Sed verius & hic tres esse, & quæ postea: & capite XXIV. (a) de instructo, vel instrumento legato: PAULUS libro III. ad Neratium. Fundus, qui locatus erat, legatus est cum instrumento: instrumentum, quod colonus in eo habuit, legato cedit. Paulus. An quod coloni fuit? Quod caput non recte ab Haloandro in duo capita divisum est, sed ita scribendum, ut idem multa scribit. (b) Fuit autem Neratius Priscus Proculianus Celsi patris auditor, (c) & ex ejus libris regularum, membranarum, & responforum multa capita in Digestis exstant. Ad Sabinum redeo, ad quem idem Paulus libros sexdecim, Ulpianus unum & quinquaginta, Pomponius triginta quinque scripsit. Hic ille est Massurius Sabinus, qui publice primus respondit, (d) a quo Sabiniani appellati, qui ei in schola succedere. Quod non solum ex eo institutionum loco cognovimus, (e) sed ex inscriptione hac primi capituli, de legationibus: ULPIANUS libro VIII. ad Massurium Sabinum. & ex ultima constitutione (f) sub titulo de hereditibus instituendis. Id etiam nos alio loco ex Gellii libro XI. deprehendisse testati sumus (g) libro IV. cap. IV. Nam quod Gellius refert, Sabinum libro II. juris civilis scripsisse: id nos apud Ulpianum libro XLI. ad Sabinum reperimus: (h) eumque tres juris civilis libros scripsisse traditum est. Itaque in horum trium jurisconsultorum libris ad Sabinum, opinor notas, aut interpretationes quasdam Sabinianorum librorum fuisse: apparentque ejus rei vestigia frequentissime in Digestis, ut cap. XX. & XXVII. de contrahenda emptione [i] quorum alterum Pomponii est libro IX. alterum Pauli libro VIII. ad Sabinum, quod ne Haloander quidem recte edidit. Item sub titulo de in diem additione multis capitibus [k] recte ab Haloandro scriptis. Sic cap. XVII. (l) de hereditibus instituendis, quod Ulpiani est libro VII. ad Sabinum, & cap. CLVIII. & L. de legatis libro III. [m] quæ ex libro XXIII. & XXIV. Ulpiani ad Sabinum sunt. Sexcenta sunt similia, in quibus tamen facilius falli possumus, propterea quod non sunt nominibus distincta, ut illa Neratii & Plautii. Eodem pacto de Juliani libris ad Ursejum Ferocem, & ad Minicium interpretabere; quod ex Ulpiani verbis intelligimus sub titulo communi dividundo: [n] Ursejus, inquit, ait, cum in communi edificio vicinus nuntiavit. & postea: Julianus autem recte notat; ita demum hoc verum esse, si interfuit ædium hoc fieri. Item cap. XLVIII. (o) de jure dotium, quod est ex libro II. ad Ursejum Ferocem post relata Ursei verba additur: Julianus notat. Et cap. XXXVI. (p) de solutionibus, quod est ex libro II. ad eundem dicitur: Julianus notat; verius est me eam partem perdidisse: quod non recte in Norico libro est: neque cap. CI. (q) de legatis. Julianus notat; quod est ex primo libro. De libris ad Minicium scribitur*

(a) L. Fundus. de fund. instr.

(b) L. Quod filio. mand. l. Quod servus. de peculio &c.

(c) L. 2. in fine. de orig. jur.

(d) L. 2. prope finem.

(e) In fr. de her. inst. ubi Vigl. l. 1. de legation.

(f) L. ult. C. de hered. inst. A. Gellius lib. 11. cap. ult.

(g) Lib. 4. cap. 4.

(h) L. Fallosus. §. Qui alienum. de furt.

[i] L. Sabinus. l. Qui a quolibet. de contr. empt.

(k) L. Ubi autem. §. Cum igitur. l. Sabinus. l. Quod autem. de in diem addit.

(l) L. Item quod Sabinus. de her. inst.

(m) L. Cum filio. l. Librorum. de legat. 3.

(n) L. Si quis putans. §. ultimo. comm. div.

(o) L. Tali. in fin. de jure dot.

[p] L. Si pater. de solut.

(q) L. Ab omnib. §. In testamento. de leg. pr.

cap. LXI. (r) de rei vindicatione. Quod ita Florentiæ est: JULIANUS libro VI. ex Minicio. Minicius interrogatus si quis navem suam aliena materia refecisset &c. Julianus notat. Ex quo loco nihil interesse apparet ex Minicio, an ad Minicium; ex Sabino, an ad Sabinum scribatur. Sed tamen frequentius animadverti, hanc distinctionem locum habere, ut si verba veteris jurisconsulti sola referantur, ex eo scribatur; si recentioris, aut sola, aut cum illius ad eum. Quod in his, de quibus tam multis in re perspicua agimus, locum habet: idem in Pomponii ad Q. Mucium libris est respondendum, cujus multa in libris de legatis referuntur: ut omnia illa pene, quæ Q. Mucii mentionem faciant, Pomponii in libris ad Mucium esse dicenda sint. Unius tantum capituli exemplo contentus ero sub titulo de auro, argento legato, numero XXXV. (s) Pomponii libro nono ad Q. Mucium. Quo quasi dialogo colloqui videntur Mucius, & Pomponius. Hæc vereor, ne aliquibus longiora esse videantur; sed qui ingentes nostrorum interpretum commentarios, quibus unum, atque alterum caput interpretantur, evolverit: mirari desinet, me de toto jure civili verba facientem, non multis chartis in multorum capitum interpretatione versari.

## CAPUT VII.

Quam multa in jure civili totidem verbis scripta sint.

NON parum ad multorum capitum interpretationem pertinere arbitror, si quæ de eadem re dicuntur, in unum locum conferantur. Quod cum Irnerius, Joannes, Azo, Bulgarus, Accursius magni nominis viri animadvertissent, in ea re toti fuerunt, ut similibus contrariisque locis adscriptis faciliorem juris civilis cognitionem efficerent. Laudandum id quidem fuit, si intra eum modum cæteri constitissent; nunc vero nimio quodam amore nostram artem juvandi, ingenti librorum mole oppressa magis, quam sublevata esse videtur juris prudentia. Et Justinianus quidem ait, (t) similes se quosdam locos reliquisse, quoniam necesse erat propter rerum cognitionem sub duobus titulis idem scribi: aut cum esset aliis rebus permixtum id, detrahi non potuit, ne confusus, aut obscurius traderentur res, quam ab ipsis essent auctoribus tractatæ, aut quod facile fuit in tantis voluminibus humano ignoscendoque errore labi. Hos ego locos, & si non omnes, hic scribendos existimavi, propterea quod ex singulorum capitum inscriptionibus cognoscimus esse ex eisdem libris sumptos: & si quid mutatum, aut mendosum est, nullo periculo aut emendatur, aut intelligitur. Hujusmodi sunt permulta sub titulis de verborum significatione, & de diversis regulis juris. Sunt autem hæc: Sub priore caput LXXVI. (u) PAULUS libro LI. ad edictum. Dedisse intel-

[r] L. Minicius. de rei vind.

(s) L. Scribit. de auro & arg. leg.

(t) L. 2. §. Si quid autem. C. de vet. jur. en.

(u) L. Dedisse. de verb. sig.

tel-



*relligendus est etiam is, qui permutavit, vel compensavit.* Eadem inscriptio, & sententia est capite XIX. (a) de liberali causa: ex quo interpretandum hoc est. Item caput CIV.

(a) L. Vel permutavit. de lib. caus.

(b) L. Natorum. de verb. fig.

(c) L. 2. §. Non solum. de excus.

(d) Lib. sine. ad Modest.

(e) L. Carbonum. de verb. fig.

(f) L. Ligni. in fine. de legat. 3.

(g) L. Pali. de verb. fig. & de legat. 3.

(h) L. Nuptias. de reg. jur.

(i) L. Cui fuerit. de cond. & dem.

(k) L. Consilii. in fine. de reg. jur.

(l) L. Nam focii. pro focio.

(m) L. Fructus. de re jud. l. ult. de usur.

(n) Leg. Quæ dubitatio.

(o) L. Qui mutuum. man.

(p) L. In ambigu.

(q) Leg. In ambig. de jur. dot.

(r) L. Inter eos. in fine. de re judic.

(s) L. In condemnatione. de div. reg. jur.

(t) L. Expressa. ead.

(b) MODESTINUS libro II. excusationum. & τῶν τέκνων προσήγορα καὶ ἐπὶ τὰς ἐγγύους ἐκτείνεται.

Eadem verba sunt cap. II. de excusationibus,

(c) quod nemo animadvertit, propter inepti interpretis errorem, qui τὰ τέκνα altero loco

liberos, altero natos vertit: cum utroque liberos scribere debuisset, quod nos alio loco

diximus. [d] Adde caput CLXVII. (e) ULPIANUS libro XXV. ab Sabinum. Carbonum

appellatione materiam non contineri, quæ verba nimis dure excerpta sunt ex LIII. (f) capite

libri III. de legatis: quod ex eodem Ulpiani libro est. Sed illic ita scribitur: Si lignum sit

paratum ad carbones coquendas, atque conficiendas (sic enim Florentiæ est) ait Ofilius libro

quinto juris partiti, carbonum appellatione hujusmodi materiam non contineri. Cæteræ quoque partes, si comparentur, apertiore effi-

cient utriusque capituli mentem: quibus utroque loco additum Pauli caput est libro IV. ad

Sabinum. (g) Sub titulo de diversis regulis juris caput XXX. (h) ULPIANUS libro XXXVI. ad Sabinum. Nuptias non concubitus, sed con-

sensus facit. Idem Ulpianus ait cap. XV. (i) de condicionibus, & demonstrationibus; sed libro XXXV. ad Sabinum, non sexto: in quo

arbitror, aut Pandectarum librarium, aut nos errasse. Exemplum quidem certe illi regulæ aptum illic est, quo Constantinus quoque Har-

menopolus utitur libro IV. titulo II. Similis error superiori est cap. XLVII. (k) quod Ulpiani nomine libro XXX. ad edictum inscribitur: cum tamen illa verba socii mei socius,

meus socius non est. capite XX. (l) pro socio libro XXXI. scripta fuisse dicantur; ejusmodi tamen errores movere nos non debent. Caput

vero LXXI. (m) quod Florentiæ post LXXII. est, & ultimum caput de usuris, ita scribitur: JAVOLENUS libro III. ex posterioribus Labe-

onis. Fructus rei est vel pignori dare licere. Et LXXXI. (n) interpretandum est per LXVI.

(o) mandati: est enim utrumque Papiniani libro tertio responsorum. Initium vero LXXXV. capituli (p) est cap. LXX. [q] de jure dotium, utrumque Pauli est libro VI. Quæ-

stionum. Illud animadvertendum est, quam apposite caput XIX. (r) de re judicata, capite CXXXIII. (s) de diversis regulis juris declaratur, quod ex eodem libro sexto. Pauli ad

Plautium sumptum est. Dicitur illic eum, qui donationis causa convenitur, in quantum deducto ære alieno facere potest, condemnandum. Et inter eos, inquit, quibus ex simili

causa pecunia debetur, occupantis potior erit causa, immo nec totum, quod habet, extorquendum ei puto: sed & ipsius ratio habenda est, ne egeat. Extremam hujus capituli partem non ad eum solum referri, qui donationis causa conveniatur: ex illa juris regula intelligimus. Sic CLV. (t) caput (sequor autem nu-

meros Noricæ & vulgaris scripturæ, non ut antea scribi hæc capita oportere scripsimus) illud itaque caput per L. (a) de condicion. & demon-

stration. interpretabimur: sunt enim ex libro VII. Differentiarum Modestini descripta. Caput

vero CLVII. (b) ita scribendum est: MODESTINUS libro singulari de ritu nuptiarum. Semper in conjunctionibus non solum quid liceat, considerandum est: sed & quid honestum sit: quamvis Haloander dubitet conventionibus, an conjunctionibus scribendum sit. Hoc enim & inscriptio ostendit, & caput XLII. (c) de ritu nuptiarum ex eodem libro exscriptum, & Constantinus ita scribens libro IV. titulo VI.

ἐν τοῖς γάμοις ἔ μόνον τὸ ἐπιτετραμμένον, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐπρεπὲς ζητῆμεν. Item capituli CLXVIII. [d] initium ex libro XV. ad edictum Ulpiani, ex quo etiam est cap. XIII. (e) de hereditatis petitione, ubi idem dicitur. Caput autem CLXXXIII. (f) & XIV. (g) de legibus sunt ex libro LIV. Pauli ad edictum. Emendandum vero est cap. CXCIV. (h) Ulpiani libro LXIX. ad edictum ex capite I. de vi, & de vi arma-

ta, hoc pacto. Dejecit, & qui mandat. In maleficio ratihabitio mandato comparatur. Nam illo capite I. dicitur: Dejecisse autem is videtur, qui mandavit, vel jussit, ut aliquis deiceretur. Et postea. Sed & si quod alius dejecit, ratur habuero, sunt qui putant secundum Sabinum & Cassium, qui ratihabitio-

tionem mandato comparant, me videri dejecisse, interdictoque isto teneri, & hoc verum est: rectius enim dicitur, In maleficio ratihabitio-

tionem mandato comparari. Vulgo, autem erratum est in illo altero capite. Capite quoque CXCVIII. [i] quod dicitur: Cui damus actionem, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit: cap. I. de superficiebus reperitur: utrumque est Ulpiani libro LXX. ad edictum. Initium vero proximi capituli (k) est etiam cap. XI. (l) quod vi, aut clam: ex libro LXXI. Ulpiani ad edictum. At CCVII. caput, (m) Ulpiani est libro I. ad L. Juliam & Papiam, ut XXV. (n) de statu hominum. Hæc iisdem inscriptionibus sub illis titulis reperi, atque aliis locis fuerant scripta. Sunt etiam non pauca similia a diversis juris consultis scripta, ut cap. XXIV. (o) de verborum significatione. Cui libro VI. ad edictum provinciale, & LXII. (p) de diversis regulis, Juliani libro VI. Digestorum. Item LXV. (q) regula ejusdem libro LIV. Digestorum & cap. CLXXVII. (r) de verborum significatione, Ulpiani libro XLVII. ad Sabinum. Sed & sub eodem titulo capite CCXIII. (s) Ulpiani libro I. regularum dicitur: Lata culpa est nimia negligentia, id est, non intelligere, quod omnes intelligunt; & CCXXIII. (t) PAULUS libro II. sententiarum. Lata culpæ finis est, non intelligere id, quod omnes intelligunt; & sub titulo de diversis regulis, quod dicitur cap. CXXXVIII. (u) Pauli lib. XV. ad Plautium, invenies cap. CLXXI. (x) ejusdem lib. XXI. ad edictum. Item similia sunt caput XXIX.

(a) L. Nonnung. de cond. & dem.

(b) L. Semper. de reg. jur.

(c) L. Semper. de ritu nupt.

(d) L. Nemo prædo.

(e) Leg. Nec ullam. §. Si quis sciens. de her. pet.

(f) L. Quod contra.

(g) L. Quod vero. de legib.

(h) L. Hoc jure. l. i. §. Dejecisse. de vi, & de vi arm.

(i) L. In vitus. de reg. jur. l. i. de superf. §. Is autem.

(k) L. Ad ea.

(l) L. Is qui in puteum. §. Si tutoris. quod vi aut clam.

(m) L. Res judicata.

(n) L. Ingenium. de statu hom.

(o) L. Nihil est aliud. de verb. sign.

(p) L. Hereditas. de regul. jur.

(q) L. Ea est natura.

(r) L. Natura. de verb. sign.

(s) L. Cedere. in fin. eod. tit.

(t) L. Lata. eod.

(u) Leg. Cum principalis. de reg. jur.

(x) L. Nihil. in fin. eod.

(a) Pau-



(a) *Leg. Quod initio.* (b) *L. Quæ ab initio.* (c) *L. Tigni. de verb. sign. l. tigni. ad ex. l. ad. eo. §. Appellations. de adq. rer. dom. l. aliud. de verbor. sign. l. non videtur. de regul. jur. l. meo. de verb. sign. l. si legatus. §. Si quis bona. ad S. C. Treb. l. morbus. de verb. fig. l. quæsitum. de re jud. l. commendare. de verb. fig. l. L. Titius. de pos. l. pupillus. §. Servo. de verbor. sign. l. libertas. de statu hom. l. jure. de div. regul. jur. l. nam hoc. de cond. ind.*

(d) *L. Nam ad ea. vel potius τὸ γὰρ. de leg.* (e) *L. Antiqui. in fin. si pars her. pet.* (f) *L. Sed divi fratres. de rer. div.* (g) *L. Vel quod. in f. de relig. l. ult. de offic. Prætor.* (h) *L. 5. de off. Præf. l. 4. de offic. præf.* (i) *L. Et ideo. de off. procos.* (k) *L. Diem functo. de off. adf.* (l) *Alciat. lib. 4. cap. 20. disp.* (m) *L. Sed addes. §. ult. locat.* (n) *L. Athletas. §. Calumniator. de his qui not. inf. l. 1. de prævaric.*

(a) Pauli libro VIII. ad Sabinum. & CCX. (b) Licinnii Rufini libro II. regularum. In quibus diligentiam Triboniani desideramus. Alia non pauca, [c] quæ sub illis titulis dicuntur, & etiam Digestorum locis non ab eisdem consultis scripta reperiuntur: quoniam ab inscriptionum utilitatibus aliena sunt, prætermitto.

Sed ad cæteras Digestorum partes venio, quæ similitudine hac intelligi facilius possunt. Ut si quæras cap. VI. (d) de legibus exemplum reperies facile cap. VII. (c) si pars hæreditatis petatur: utriusque inscriptio & emendatio Haloandro debetur, apud eundem reperies ex eodem loco acceptum VII. caput (f) de rerum divisione, & VI. (g) de religiosis. Item ultimum de officio Prætorum & V. (h) de officio Præsidis quorum tamen altero Prætor, altero Præses provinciæ tutorem se, aut judicem dare prohibetur. Sed & caput quartum de officio Præsidis ita scribendum est: *ULPIANUS libro XXXIX. ad edictum. Præses provinciæ majus imperium in ea provincia habet omnibus post principem: & VIII. [i] de officio Proconsulis ita: ULPIANUS libro XXXIX. ad edictum. Et ideo majus imperium in ea provincia habet omnibus post principem: loquitur autem hoc loco Ulpianus de Proconsule, illic de præside. Haloander in librorum numero errat, & quod ob eam, ut opinor, repetitionem, ait deesse alicubi duo illa capita de officio Præsidis. Errat etiam in inscriptione capitis IV. (k) de officio adfessorum, quod caput, quoniam de ejus scriptura a multis dubitatur, (l) ita scribendum, ut in Tusco libro est: *PAPINIUS libro quarto Responsorum. Diem functo legato Cæsaris, salarium comitibus residui temporis, quod a legatis præstitutum est debetur: modo si non postea comites cum aliis eodem tempore fuerunt. Apud Ulpianum vero libro XXXII. ad edictum (m) ita scribitur: Papinianus, quoque libro quarto Responsorum scripsit, diem functo legato Cæsaris, salarium comitibus residui temporis præstandum, modo si non postea comites cum aliis eodem tempore fuerunt. Haloander libro III. pro quarto edidit. In Florentino libro, quod capite IV. (n) de his, qui notantur, de prævaricatore dicitur, aliquod litteris mendose scriptum est; emendari autem potest per caput I. de prævaricatione, quod ex eodem libro Ulpiani est. Item capitis XXI. (o) de minoribus inscriptio emendanda in Noricis libris propter caput X. [p] de judiciis: est enim utrumque ex Ulpiani libro X. ad edictum. Et initium X. capitis [q] de usufructu earum rerum, ita scribendum est: *ULPIANUS libro LXXIX. ad edictum. Quoniam pecuniæ usus aliter amitti non potest, quam his casibus. Sic enim est cap. VII. (r) Usufructuarius quemadmodum. Illud apte divisum est, quod cap. XVII. (s) de ædificio edicto, & LXVII. (t) de furtis ex libro I. Ulpiani ad edictum ædilium sum-***

ptum est: utroque enim loco eadem ratio diversis exemplis adfertur. Caput vero quartum [a] de pignoribus, & eodem numero de fide instrumentorum (b) totidem pene verbis descripta sunt ex Caii libro singulari de formula hypothecaria: hoc enim pacto is liber adfertur, non ad formulam Triboniani, aut collegarum. Ille error esse videtur, quod sub titulo de jure dotium duo capita ejusdem sententiæ ex Javoleni libro VI. posteriorum Labeonis scripserint LXXX. (c) & LXXXIII. (d) Item sub titulo de re judicata XVIII. (e) & initium VI. (f) quæ Ulpiani sunt libro LXXI. ad edictum. Recte autem scriptum est, & conferri potest caput quartum [g] de obligationibus & actionibus & ultimum de extraordinariis cognitionibus, quæ sunt Caii libro III. rerum cottidianarum sive aureorum. Hæc sunt quæ ab uno libro accepta, duobus Digestorum locis scripta animadverti. A diversis vero inveni hæc. Relata est apud Pomponium libro XXVI. ad Sabinum, (h) Celsi sententia: eam repperimus cap. XXXIII. (i) de pactis. Item Marcelli apud Paulum libro III. ad Sabinum, [k] capite nono (l) de servitutibus prædiorum urbanorum, quod in Pandectis Florentinis X. est, quoniam primum est, quod aliis libris ultimum sub titulo de servitutibus. Juliani quoque libro LXXXVI. Digestorum apud Ulpianum libro XXXII. [m] & XVIII. (n) ad edictum, de futo, qui forma calcei cervicem pueri percussit, & oculus ei effusus est: cujus rei simile quiddam Alexandro Philippi F. Magno evenisse dicitur, (o) ut oculorum caliginem ob lapidis eodem loco ictum passus sit. Sexti quoque Pedii de æstimatione rerum opinio apud Paulum libro II. ad Plautium, (p) & libro II. ad L. Juliam & Papiam [q] refertur. At de eo, qui a furioso pecuniam accepit, apud Pomponium libro VI. ex Plautio, (r) & libro singulari regularum (s) eadem fere dicuntur. Sub titulo de peculio capite ultimo Scævola libro VI. Digestorum respondisse se ait idem quod capite LIV. [t] ex libro primo responsorum accepto reperitur: in quo Tribonianus erravit. Item sub titulo de distractione pignorum extremum caput Florentiæ hoc est: *SCAEVOLA libro sexto Digestorum. Arbitri dividundæ hereditatis inter heredes cum corpora hereditaria divisissent nomina quoque communium debitorum separatim diversa singulis in solidum adsignaverunt: quæsitum est, an unusquisque eorum debitore sibi addicto cessante in solutione pro solido [u] pignus sub eo nomine obligatum vendere possit? Respondit potuisse: hoc caput Haloander omisit, quoniam quidem XI. [x] capite ejusdem Scævola libro I. responsorum idem scriberetur & sub titulo de usuris, quod Modestinus ait libro IX. differentiarum [y] equis per fideicommissum legatis, post moram heredis factus quoque debentur: ex Papiniano antea libro VII.*

Re-

(o) *L. Destitisse. de min.* [p] *L. Destitisse. de jud.* [q] *L. Quoniam. de usufr. ear. rer.* [r] *L. Si usufructus. in fin. usufr. quemad.* (s) *L. Quid sit fugitivus de æd. ed.* (t) *L. Qui ea mente. de furtis.*

(a) *L. Contrahitur. de pignor.*

[b] *L. In re. de fide instr.*

(c) *L. Si debitor. 1. de jure dot.*

(d) *L. Si debitor. 2. eod.*

(e) *L. Item miles. de re judic.*

(f) *L. Miles. in pr. eod.*

(g) *L. maleficio. §. Si judex. de oblig. & act. l. ult. de extr. cogn.*

(h) *L. Avus. de pactis dotal.*

(i) *L. Avus. de pactis.*

(k) *L. Si is qui binas. de usurp.*

[l] *L. Gaurus. de serv. præd. fur.*

[m] *L. Item queritur. §. Item Julianus. locati.*

[n] *L. Sed & si. in fine. ad l. Aquil.*

(o) *Plutare. in Alexand. vita.*

(p) *L. Si servus. ad l. Aquil.*

[q] *L. Pretia rerum. ad l. Falc.*

(r) *L. Si a furioso. de reb. cred.*

(s) *L. Si a furioso. de obl. & act.*

(t) *Solventido. Fl.*

(u) *L. Filios. l. ult. de pecul. l. ult. de distr. pign.*

[x] *L. Arbitr. de distr. pign.*

[y] *L. Equis. de usufr.*



(a) L. E. quis. eod.  
 (b) L. 2. §. Si mater non petierit. ad. f. c. Tert. l. 2. §. Divus. qui petant iur. lib. sing. ad Modestinum.  
 (c) L. Si duas. §. Sed & reprobari. de exausas.  
 [d] L. Ut gradatim. §. Reprobari. de munerib.  
 (e) L. Negocium. de appell.  
 [f] L. ult. de re iudic.  
 (g) L. Gallus. §. Ille casus.  
 [h] C. de sacrosanct. eccles. l. Ad instrutiones. l. Absit. de priv. do. An. lib. 11. l. Sacrosanct. l. ult. C. de annotationis. & rit. lib. 10. l. qui sub præ. l. unde collegiatis lib. 11. l. Jubeamus nullam. l. 2. C. de navi non excus. lib. 11. l. nemi-nem. l. 2. de ovib. muner. lib. 10. & l. nullus. de cursu pub. lib. 12.  
 (i) L. Si quis in conscribendo. de episcopis & cler.  
 (k) L. Si quis. C. de pact.  
 (l) L. ult. C. de off. div. jud. l. 2. C. de proximis sacror. sermior. lib. 12.  
 (m) L. Legem. C. de pact. l. 1. C. de pact. conven. l. mulieres. in C. Theod. de iurisdic. l.

Responsum fuerat relatum. [a] Illud præterea reperi sub titulo ad S. C. Tertullianum [b] cujusdam Severi constitutionis verba ab Haloandro & Accursio non animadversa. Sunt autem eadem cap. II. qui petant tutores; hoc pacto. *Divus Severus Cuspio Rufino. Omnem me rationem adhibere subveniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo; & ideo quæ mater vel non petierit tutores idoneos filiis suis, vel prioribus excusatis, rejective, non confestim aliorum nomina dederit, jus non habeat vindicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum:* quæ verba non recte in Norico libro sunt. Eiusdem Severi, & Antonini constitutio refertur cap. VI. (c) de excusationibus, & XI. de muneribus. (d) quod alio loco a nobis scriptum est. Jam vero Scævola responsum, quod ex libro V. responsum extat cap. XXIV. (e) de appellatione apud eundem libro XXV. Digestorum relatum est. (f) Hæc habui, quæ in hoc genere animadvertenda putarem. Valde enim utile existimavi, quod apud Scævola[m] [g] Julianus fecisse dicitur, duobus capitibus commixtis interpretationem facere. Itaque non solum Digesta inter se comparanda, sed & institutiones ad Digesta, & ad constitutionum codicem conferendas curavi: in quo mirum in modum Florentinis libris adjutus sum, quod alio tempore omnibus patefaciam. Nunc illud etiam Constitutionibus addam collegisse me quaedam sub diversis titulis repetitas: quinque quidem sub titulo de sacrosanctis ecclesiis simul, sunt extremis codicis illius libris repetitæ. (h) At trigesima nona [i] sub titulo de episcopis & clericis, est etiam sub titulo de pactis XXIX. (k) ex qua illi est dies, & consul addendus, qui in Noricis libris deest, & ex ultima de officio diverforum iudicum, constitutioni II. de proximis sacrorum sermiorum. [l] Illud miror non eandem esse X. de pactis (m) & I. de pactis conventis. Poteris autem ex libro II. Codicis Theodosiani diem & cons. addere constitutioni extremæ de incolis, & XIII. de dignitatibus. Sunt aliæ non pauca, quæ ex illo codice locupletari, interpretari queant: quod nos aliquando ostendemus. Sed ut ad illam repetitionem revertamur: nolim quemquam Tribonianum consilium reprehendere: cur toties bis eadem scripserit. Sunt enim permulta necessario separatis tractatibus scribenda; sunt alia, quæ illa repetitione memoriæ mandantur. Idque videmus delectationis causa potas fecisse.

*Est locus, Hesperiam Graii cognomine (n) dicunt.*

Et alio loco:

*Littoreis ingens inventa sub illicibus sus.*

in quo Romanus vates Græcum imitatus est. Unde illud nostri Martialis est. (o)

*Edita ne brevibus pereat mihi charta libellis, Dicatur potius τὸν δ' ἀπαμειβό μιν.*

CAPUT VIII.

De aliis inscriptionum utilitatibus.

Cajus libro quarto ad L. XII. Tabularum scribit: (p) *Sodales sunt, qui ejusdem collegii sunt, quam Græci ἐταίριον vocant. His autem potestatem facit lex pactioem quam velint, sibi fore: dum nequid ex publica lege corrumpant.* Sed hæc lex videtur ex lege Solonis translata esse. Nam in luc. ita est ἐὰν δὲ δῆμι &c. Hæc Caii verba nunquam recte scripta sunt, quoniam sine illa inscriptione, de qua lege ageretur, vix esset, qui suspicaretur: (q) Nunc nihil apertius est, quam lege XII. tabularum Sodalitates permittas, idque translaticium esse ex Solonis lege. Item apud Pomponium libro VII. epistularum: (r) ita scribitur: *Apud Julianum ita scriptum est: heres rogatus servum manumittere, & quæ sequuntur. Deinde. An hæc vera putes? Nam ego discendi cupiditate, quam solam vivendi rationem optimam in octavum, & septuagesimum annum ætatis duxi: memor sum ejus sententiæ, qui dixisse fertur: καὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σαρῶ ἔχω. προσημαθεῖν τιβελοίμην.* Nemo est qui non opinetur hæc Pomponii verba fuisse, item hanc præclaram sententiam, Juliani. Ego vero omnia ejus, qui per epistulam id a Pomponio petierat. Græcam autem sententiam veteris alicujus philosophi fuisse arbitror, cui similem Lucianus nescio quo libello refert. Pomponii autem responsum illud est: *Bellissime Aristo, & Octavenus putabant, & quæ postea sunt.* In hanc sententiam me & incriptio, & Florentina scriptura ducunt. Sic etiam arbitror ex inscriptione interpretandum esse caput CCXVI. (s) de verborum significatione, cujus verba sunt hæc: *ULPIANUS libro primo ad legem Æliam Sentiam. Verum est eum, qui in carcere clusus est, non videri neque vincitum, neque in vinculis esse, nisi corpori ejus vincula sint adhibita.* Si servus ob delictum a domino vincitum fuisset, postea manumissus, dediticiam libertatem conlequebatur ex lege Ælia Sentia. [t] Existimat Ulpianus locum non habere legem si carcere inclusus sit: cum tamen alio loco dicatur nihil interesse, parietibus quis, an compedibus teneatur. (u) Hujusmodi multa Digestorum capita interpretari possunt: ut quæ ex libris ad L. Juliam, & Papiam sub illo ipso titulo de verborum significatione, & sub titulo de ritu nuptiarum scripta sunt. Huc accedit quod nonnumquam referri illos libros videas, ut Novella CVIII. (x) Papinianus libro XIX. quæstionum: (y) & ejusdem responsum (z) constitutione VIII. (aa) de institutionibus, & libro XI. responsum: (bb) apud Marcianum libro singulari ad formulam hypothecariam. (cc) Marcianus idem in institutionibus apud Justinianum sub titulo de L. Aquilia: [dd] est autem id quod refert apud illum VII. libro institutionum. (ee) Item Cajus ab Justiniano relata-

ult. C. de incolis lib. 10. l. mulieres. C. de dignitatibus. lib. 12. (n) Verg. l. 3. (o) Lib. 3. & 8. (p) L. ult. de coll. & corp.  
 (q) Sic l. ult. fin. reg.  
 (r) L. Apud Julianum. de fideic. lib.  
 (s) L. Verum est. de verb. sign.  
 (t) §. ult. de libertinis. ubi Theoph. Paulus lib. 4. sent. tit. de manum. Alc. lib. 1. cap. 16. par.  
 (u) L. Succurritur. ex quib. caus. maj.  
 (x) Auth. de restitut. in princ.  
 (y) Titius ad Treb.  
 (z) Leg. Cum pater. §. Vicos. de leg. 2.  
 (aa) L. Si testamentum. C. de instit. vel subst.  
 (bb) l. 3. in princ. Dig. qui potio.  
 (cc) Leg. Creditor. §. Papinianus. eod. tit.  
 (dd) Instit. de L. Aquil.  
 (ee) Leg. Legatis. §. Pecoris. de leg. 3.



latus est in interpretatione legis XII. tabularum sub titulo de publicis judiciis libro IV. institutionum. (a) est libro primo ad L. XII. Tabularum, ut ex CCXXXIII. [b] capite de verborum significatione cognoscitur, ex quo totus ille institutionum locus emendandus est: quod nos aliquando diximus. (c) Ad eorum, quæ scripsimus, similitudinem, possunt sexcenta alia conscribi. Illud addam, quod non mediocri utilitatis existimari oportet: ejusmodi inscriptionibus reperiri facile posse in sententiis Pauli, & Cæii institutionibus quæ hodie existant, veram multorum locorum interpretationem. Licuisset utinam per tam multas multarum nationum ferocium, & barbararum in Latinum nomen incursiones, ut si optimis Sulpitii, Aquilii, Bruti, atque Mutiorum libris caruissemus, item eorum, quos hi, ex quibus Pandectæ constant, in ore semper ferunt, Sabino, Labeonis Proculi Celsi utriusque, aut Nervæ: at his ipsis frui licuisset, Papiniani, Ulpiani, Pauli, Juliani, & Scævola. Ex his enim Pauli & Cæii reliquiis quantam jacturam fecerimus, cognoscimus. Sunt autem hi sententiarum & institutionum libri ita mendosi, & mutili, ut non minorem indignitatem quam utilitatem (quæ tamen magna est) lector his legendis ferat. Quæ vero hinc ob inscriptiones reperimus in libris sententiarum; namque hi minus mendosi sunt, uno loco collegimus: ex his utiliora sunt hæc. Nam licet ad Digestorum emendationem prohibuerit Justinianus eis libris uti: [d] ad interpretationem certe, & antiquitatis cognitionem uti licet. (e)

Et principio caput XIV. (f) de statu hominum, quo dicitur non esse eos liberos, qui contra formam humani generis converso more procreantur; ex libro quarto Sententiarum Pauli titulo de intestatorum successione eam accipit interpretationem, ut cum S. C. Tertulliano, mater ingenua trium liberorum jus habens, aut libertina quattuor, ad filii bona admittatur: (g) si mulier monstrosam aliquid, aut prodigiosam enixa sit, in eum numerum liberorum id non numeretur. At partus, qui membrorum officia ampliavit, quia aliquatenus videtur effectum [ sic enim scribendum est ] matri prodest. Capite XXXVIII. [h] de pœnis, quod dicitur: *Judices pedanei, si pecunia corrupti dicantur, plerumque a præside, aut curia summoventur*: id Pauli interpres libro V. Sententiarum titulo ad L. Juliam repetundarum ita interpretatur, ut pedanei judices sint, qui ex delegatione causas audiunt; quod Alciatus noster probat libro I. *παρέργων* [i] licet Digestorum locum esse non dixerit: tamen ut rem multis juris civilis locis convenientem refert. Sed & totum fere illud caput ex eo libro V. est, qui Florentiæ est inscriptus. Nam licet capitis initium non repererim; quod de auctoribus seditionis dicitur, illic sub titulo de seditionis est; & quod de abortionis, aut amatorio poculo, sub titulo de sicariis & veneficiis: De eo, qui testamentum aperuit,

sub titulo ad L. Corneliam testamentariam, & quæ de instrumentis postea scripta sunt. Emendandum autem est, quod illic pro interpretatione ponitur septimæ sententiæ, & ut Pauli sententiæ scribendum. Similis error est sub titulo de fisci advocato. Interpretatio enim tertiæ sententiæ reperitur in Digestis sub titulo de heredibus instituendis cap. LXXXIX. [k] In quo etiam Gratianus magni nominis vir errat, (l) quem errorem mirandum non est deprehendisse adhuc neminem: est enim nuper hic sententiarum liber editus, & a Gratiano Theodosianus codex appellatur. Cujus appellationis ea causa est, quod nusquam hæc sententiæ extent sine constitutionibus Theodosianis. Itaque Gratianus non solum in libri nomine errat, sed quod non distinguit verba Pauli ab ejus interprete, sed ut apertioribus interpretis verbis libentius utitur. Nam quod ab eo scribitur, *propter superfluum appellatorum sententiam* &c. interpretis verba sunt sententiæ primæ tituli De cautionibus, & pœnis appellationum, libri quinti sententiarum: ex eo autem loco emendandum est, ut non *apud judicem appellare*, sed *judici* scribatur: neque *ad judicem*, *ad quem provocaverit*, sed *quem*: est enim utrunque genus loquendi elegantius. Quod vero postea dicitur: *Habita dinumeratione XX. milium diurnorum per singulos dies computetur*: aut in vulgaribus sententiis deest, aut Gratianus addidit ex cap. III. (m) de verborum significatione. At illud *ab eo*, quo appellatum est, (n) & reliqua sumpta sunt ex titulo de dimissoriis litteris: & inter Pauli verba illud ex interprete insertum est. Ista jam superius sub titulo de cautionibus & pœnis appellantium interpretata sunt. Indicabat autem interpres illum locum, ex quo Gratianus priora illa sumpsit: Sed in eo deceptus est vir minime malus, quod omnia unius esse verba credidit. Interpretis quoque illa verba sunt, *Quicumque non confidentia iusta causæ* (o) &c. sub titulo de reddendis causis appellationum; in quibus emendandum est, ut non *ne abiiciatur appellare, voluerit*, sed *ne addicatur*, ut illic est, scribatur. De quo verbo alio loco scripturus sum. (p) Ex interprete etiam & Paulo accepit, quæ postea scribit (q) titulo post provocationem quid observandum sit, & titulo de meritis appellationum. Sed ut in his optimi viri & docti temporum culpa errent, facile ferendum est; nos ad nostra Digesta revertamur. Et in Noricis libris emendari etiam debet inscriptio XLVIII. capitis (r) De minoribus ut non *libro III. Sententiarum*, sed *primus* scribatur. Sic enim Florentiæ est, & ejus initium eo libro reperitur. Quod vero XXIV. [s] idem liber inscribitur; non arbitror ad totum caput pertinere, quippe quod non sententiis constet, cujus item initium solum extat. Ejusmodi sunt, quæ ex inscriptionibus elici possunt: quibus illud etiam cognoscetur, quo ordine edictum perpetuum, cujus optimus interpres Ulpianus est, constitutum fuerit: Id in

(a) §. I. tem. I. Cornelia. de pub. jud.

(b) L. Si calvitur. §. Telum. de verb. sign.

(c) Lib. 2. cap. 5.

(d) L. I. §. 2. C. de vet. jur. en.

(e) Vigl. in princ. de testam.

(f) L. Non sunt liberi. de statu hom.

(g) Inst. de S. C. Tertyll. in princ.

[h] L. Si quis aliquid. §. Judices. de pœnis.

(i) cap. 41.

(k) L. Imperatorum. de her. inst.

(l) cap. Propter. & seqq. 2. q. 6.

[m] L. Itinere. de verb. sign. (n) cap. Ab eo. 2. q. 6.

(o) quicumq. c. eod. & q.

(p) lib. 2. cap. 3.

(q) quatuor. C. c. minino. ead. q.

(r) L. Minor se. de minor.

(s) L. Quod si minor. eod.



libris ad edictum poterit observari. In libris vero disputationum & responsum, respondendi & disputandi rationem, in differentiis, & definitionibus & sententiis, quam apte tractationi rerum respondeant, animadvertes. Quod solum in omnibus rebus considerandum est: ut consent omnia suis partibus, quibus compactis veluti quædam honesti harmonia efficiatur.

## CAPUT IX.

Quibus locis erratum esse opinemur ob verborum interpunctiones.

Cum omnes libros e Florentinis ortos esse antea scripserimus: illi vero ita scripti sint, ut non orationibus solum, sed ne verbis quidem ipsis distincti sint: quod, ut in antiquis monumentis apparet, Romani homines his punctorum & spatiorum intervallis non uterentur: mirandum non est, si in separandis orationibus est erratum. Admonuit me hujus rei Lælius Taurellus meus ante Pandectarum illarum lectionem: & duos mihi locos ostendit belle hac ratione emendandos. Alter est Papiniani (a) sub titulo de nautico fano-re, quem ita Haloander Budæum secutus edidit: *nec pignora vel hypotheca titulo majoris usuræ tenebuntur pro operis servi trajecticia pecunie gratia secuti.* Deinde: *Quod in singulos dies in stipulatum deductum est, ad finem non ultra duplum centesimæ debetur.* Est autem ita emendandus, ut separata oratio fit. *Pro operis servi trajecticia pecunie gratia secuti, quod in singulos dies in stipulatum deductum est: ad finem centesimæ, non ultra duplum debetur.* Sic enim verborum ordo a Budæo mutatus, restituendus est. Hæc ita scribenda esse ex eo apparet, quod nunquam in singulos dies usuræ promitterentur, sed in menses, aut in navigationem. Itaque quod in dies singulos in stipulatum fuerat deductum, pro operis erat servi creditoris, qui ut recte Accursius existimat, cum debitore navigabat (b) quod centesimam excedere non oportebat: hoc est, ut centesima usura altero tanto amplius forte non esset. Hoc ita intelligendum est, cum ratio scilicet fortis & usurarum nauticarum & operarum duceretur. Est enim constitutum, ut si usuræ centesimæ fortem æquaverint, nihil amplius solvatur. (c) Qua in re præceptoris mei opinionem [d] adversus Budæum (e) sequor. Et Accursius in eo solum errat, quod putat anno centesimam usuram fortem æquare, cum centum mensibus id faciat: (f) ex quo nomen accepit, quippe quæ centesima pars fortis esset. Illud igitur, quod pro operis servi ex stipulatione debetur, centesimam usuram non excedet, & si nautica usura excederet eam sæpe. (g) Ita fiet, ut non ultra duplum debeatur. Alter locus est sub titulo de agnoscendis & alendis liberis cap. I. illis verbis, quæ iniquitatem maximam habere videbantur: *Si quis longo tempore ab-*

*fuerit, & reversus uxorem prægnantem invenerit, & idcirco rejecerit, si quid ex his quæ senatusconsulto continentur, omiserit, suum heredem ei nasci.* Recte enim Lælius existimabat his, quæ antea scripta sunt, conjungenda esse hæc; ut dicatur, *cæterum si esset, aut ut alii scribunt, si cesset, aut si esse satis injuriosum ait, si quis longo tempore abfuerit &c.* Videbiturque hæc Juliani sententia esse, quam Ulpianus alio loco refert his verbis: *Sed si fingamus affuisse maritum, verbi gratia, per decennium reversum anniculum invenisse in domo sua: placet nobis Juliani sententia, hunc non esse mariti filium; & hæc convenientia esse videntur his, quæ paulo ante ejusdem Juliani esse dicuntur.* [h] Sed hæc, atque alia vir ille doctissimus explicaturus est quam primum. Interea nos, quæ illis similia vidimus, scribamus: & principio id, quod Florentiæ una solum littera mendosum est cap. II. de eo quod certo loco ita dicitur. *Scævola libro XV. questionum ait, non utique ea quæ tacite insunt stipulationibus, semper in rei esse potestate, sed quid debeat, esse in eius arbitrio: an debeat, non esse; & ideo nec locum esse.* Sic enim in Norico libro est, in aliis & ideo locum; quæ verba quid sibi velint ignoro: Florentiæ melius: & ideo cum qui Stichum aut Pamphilum promittit eligere posse quod solvat, quamdiu ambo vivant, quod si eum pro cum scripseris nihil erit apertius, conjuncta, ut a me factum est, proxima oratione. Estque hæc emendatio a figura litterarum, qua liber ille conscriptus est, non aliena; & hoc audio Lælio etiam meo probari: cui etiam probatur, ut cum quis Stichum legamus, quod non improbo. Similem emendationem recipit cap. VII. [i] de peculio illis verbis: *Sunt quidam inquit, qui putant peculium servorum habere non posse: namque ita scribendum est, ut puta si alter ex dominis furiosus sit, vel pupillus: si ut quidam, inquit, putant, peculium servus habere non potest, nisi concedente domino.* Unius litteræ error est & similis separatio cap. IV. (k) quibus modis pignus solvitur. Quod scribitur: *Sed & si non concesserat pignus venundari, sed ratam habuit venditionem: idem erit probandum eum velle.* Deinde: *Quæritur si forte &c.* Florentiæ est *idem erit probandum. Belle quæritur, si forte venditio & alia.* In eodem verbo erratum est cap. IV. (l) de usu & habitatione; *non velle inquilinum dici, qui cum eo habitet;* in Tusco libro elegantius est, *non belle, sed in eo quoque erratum cap. V. [m] de operis novi nuntiatione. Sed illic ea solum littera erratum; in aliis libris separatione & mutatione verborum: quod enim vel in Norico libro legitur: æquum est, nos operis novi nuntiatione jus nostrum nobis conservare velle.* Scriptum est Florentiæ: *Sed & si in ades nostras quis immittit, aut in loco nostro ædificet: æquum est nos operis novi nuntiatione jus nostrum nobis conservare: & velle.* Sextus Pedius definit

D

tri-

(a) L. Nihil interest, de naut. fano.

(b) L. Trajecticia de oblig. & action.

(c) L. Si non fortem. in princ. de cond. ind. l. Usuræ. l. De usuris. C. de usur.

(d) Ale. lib. 1. cap. 32. parerg.

(e) Bud. l. 3. de fals.

(f) Soci. l. 3. §. ult. ad l. Fate. Th. §. Plus. de action. & §. Sed & quod. princ. de jure nat. Const. Harm. lib. 3. tit. 7. Alciar. & Bud. multis locis.

(g) d. L. Eos. l. 1. §. Idem Julianus. de lib. agn. l. Filium. de his qui sui.

(h) d. l. 1. §. Julianus. l. 1. §. Scævola. alias est. l. 3. de eo quod cert. loc.

(i) L. Quam Tiberonis. in princ. de pec.

(k) L. Si debitor. in fin. quibus mod. pig. vel hyp. solv.

[l] L. Cæterum. in princ. de usu, & hab.

(m) L. De pupillo. §. Sed & si. & seq. de op. nov. nunt.



*triplicem esse causam operis novi nuntiationis: quod si belle scribas, pulchre illum locum emendaveris. Idem faciendum est cap. II. [a] sub titulo de suis & legitimis, illis verbis: Unde vel quæri potest, quod olim velle fuerat scriptum. Sed scribendum est belle, item cap. II. [b] ad S. C. Tertullianum. Tractari, inquit, belle potest. Quibus locis quantum Accursius fallatur, scribere nolo. Illud videamus, quod sub titulo de ædificio edicto cap. XIV. (c) scribitur: & verius est quod Pedius: an ita scribi debeat, ut illa & verius est, ad superiorem orationem pertineant, deinde dicatur, Quod Pedius idem ait, si una alicuius præcisa sit: tollere magis, quam præstare redhibitionem, quod morbus minuitur: ego puto, si morbus desinit, non esse redhibitioni locum, Huc accedit, quod alio loco scripsimus, erratum esse cap. VIII. (d) de excusationibus. Cum dicitur: & propter hoc neque ipsi habent privilegium neque filii eorum. Scribendum enim est filiis, & proximo, ut vocant, paragrapho illa verba conjungenda sunt. Sic enim ea Græce scripta sunt: καὶ διὰ τὸ ὅτι αὐτοὶ ἔχουσιν, προνομίαν, ὅτι τοῖς τέτοις ποταμῶν παλαίστραῖσι ἐπιτροπὸς δοθέντες κατὰ χεῖρ ἵκονται; ob hoc, inquit, neque ipsi privilegium habent, neque si eorum filii veterani tutores dentur, obligantur. Jamvero quod cap. CXI. (e) de legatis scribitur: secundum vulgarem formam juris, si liberos suos emancipare rogatus fuerit, non cogitur, hoc facere, ex Tusci libri scriptura separandum est hoc pacto: & eatenus (inquit) restituenda est, quatenus hereditas testatoris paritur secundum vulgarem formam juris, Sed si liberos suos emancipare rogatus fuerit, non cogitur hoc facere. Et recte. Est enim illud notius non posse defunctum onerare heredem amplius quam in hereditate est. Accursiana vero interpretatio ridicula est, etiam si hæc non ita separanda sint. Ea etenim est vulgaris forma, quæ in vulgus nota est, ut vulgaris cautio paulo post, (f) vulgaris quæstio, (g) exceptio, (h) formula [i]. Item capite primo ad S. C. Tertullianum (k) vulgo scriptum est: poterit ex hoc S. C. admitti, quasi vulgo quæsitus filius. Sed non filius scribendum est, sed ut Florentiæ est: Filio, qui mortis tempore matris civis Romanus fuit, si ante aditam hereditatem in servitutem deducatur, legitima hereditas non defertur. Sic etiam verborum & interpunctionum error est capite LXV. (l) de acquirendo rerum dominio, quæ ita scribi debent: Si qua insula in flumine propria tua est, nihil in ea publici est: hæc Labeonis verba sunt libro VI. Pithanon a Paulo epitomatorum, ut ex inscriptione cognovimus. Reprehendit eam sententiam Paulus: immo (inquit) in eo genere insularum, ripæ flumini, & littora mari proxima, publica sunt: non secus, atque in continenti agro idem juris est. Hoc autem loco duo puncta Florentiæ sunt, & non nihil spatii. Deinde Labeonis verba scribuntur: Si qua insula in flumine publico proxima tuo fundo nata*

(a) L. 2. §. Unde. de suis & leg.

(b) L. 2. §. Tractari. ad S. C. Tertull.

(c) L. Quæritur. §. Item. de eod. de ad. ed.

(d) L. Sed & milites. §. 1. seq. de excus.

(e) L. Filius. §. Secundum. de legat. 1.

(f) §. Divi. 1. e. l.

(g) L. Vulgaris. de furt.

(h) L. Bæbius. de pac.

(i) L. Si servus. de furtis.

(k) L. 1. §. 1. ad S. C. Tert.

(l) L. Si epistolam. §. Si qua. de adq. rer. dom.

*est, ea tua est. Quæ a Paulo reprehenduntur. Aliorum librorum scripturam piget scribere. Emendandum etiam est sub titulo ut in flumine: a [m] quod dicitur: Possunt autem etiam hæc publica esse non publica, & scribendum: Possunt autem etiam hæc esse publica. Publicano plane qui lacum vel stagnum conduxit, si piscari prohibeatur utile interdictum competere, Sabinus consentit. Caput CXXXIII. (n) de verborum obligationibus ad finem ita scribendum est: Aut si sic volumus factam esse stipulationem neque per te, neque per heredem fieri, ut ad unam vim primam teneat; si vim fecerit amplius ex hæredis committi non poterit. Ergo si actum sit quasi ex ipsius vi, tota sit consumpta? quod non est verum. Si diligenter animadvertas, hac scriptura nihil apertius est hoc capite, quod maxime obscurum existimatur. Nihil enim aliud agitur toto eo capite, quam ut negetur illa stipulatione neque per te, neque per heredem tuum vim fieri spondes, de uno tantum promissoris facto agi. Nam & de hæredis, & de alia promissoris vi promissum esse credendum est. Quam hæc varie ab Accursio, & cæteris scribantur, ne no ignorat. Nos Florentinam scripturam secuti sumus: nisi quod ut antea scriptum est, puncta illic nulla sunt, ne verba quidem separata. Non ita multum interest cap. XX. (o) de captivis quo pacto scribatur. Sed tamen sic Florentiæ est: POMPONIUS libro XXXVI. ad Sabinum. Si captivus, de quo in pace cautum fuerat, ut redeat, sua voluntate apud hostes mansit, non est ei postea postliminium. Verum est expulsis hostibus ex agris, quos ceperint dominia eorum agrorum ad priores dominos redire. Alii scribunt non ei postea esse postliminium verum est. Sub titulo de verborum significatione CXCVII. (p) caput ita scribendum est: ULPIANUS libro quinquagesimo ad edictum. Indicasse, est detulisse: arguisse, accusasse, & convicisse: Et ita Alciatus distinguit, sed ob libri sui notas, ut opinior, pro L. libro I. edidit. Sed & multis illius tractatus capitibus non recte librorum numerum, aut appellationem adscribit eadem, ni fallor, de causa, ut cum ad S. C. pro ad Sabinum (q) epistolarum epitomarum (r) scribit: quod quoniam non multum ad interpretationem semper jurisconsultorum facit, ferendum est. Sed tamen hoc loco inscriptio me docuit ad S. C. Silanianum illa verba pertinere. Nam, ut opinio mea fert, cap. III. de illo S. C. [s] quod ex eodem illo L. libro Ulpiani acceptum est, ita scribi oportet: utrum autem is solus videatur indicasse vel arguisse, qui ad hoc prosilit ultro, an etiam is, qui cum accusaretur ipse, detorsit in alium crimen? vulgo vindicasse scribitur, in quo librarii Florentinorum librorum errorem sequuntur, quod ex illo altero loco sub titulo de verborum significatione constat. Utroque enim loco, ut arbitrator, illius S. C. verba referuntur, quæ male distincta in Noricis sunt, ut in cæteris, Alciati libro excepto, cujus interpretatio tamen scri-*

(m) L. un. §. Possunt. ut in fl. pub. nav.

(n) L. Si sic. de verb. obl.

(o) L. Si captivus. de capt. & post. rev.

(p) L. Indicasse. de verb. sign.

(q) L. Etiam. & seqq. [r] L. Pueri. eod.

(s) L. Si quis in gravi. §. Utrum. de S. C. Silan.



scriptura non respondet. Addi supra scriptis potest, quod sub titulo de pigneraticia emandavimus, [a] item difficile illud caput (b) de verborum significatione de quo alio tempore scripsimus. [c] Hoc genere emendationis Accursius utitur crebro, ut sub titulo de consulibus illis verbis: *apud collegam vero causa probata, potest.* & cap. XIII. (d) de jurejurando. *Julianus ait eum, qui juravit fundum suum esse: post longi temporis praescriptionem etiam utilem actionem habere debere.* Scribi enim posse existimat, *qui juravit fundum suum esse post longi temporis praescriptionem,* & libro III. institutionum (e) illa stipulatione *si navis ex Asia venerit hodie dare spondes?* an venerit hodie, an hodie dare scribatur, dubitat. Theophilus *venerit cras* scribit; ex quo apparet, & ex Justiniani verbis posteriorem scripturam probandam, Haloander quoque interpunctiones mutavit capite IV. (f) de officio ejus, quod ita scribendum est, ut antea scribebatur: *Imperatores Severus & Antoninus Braduae Proconsuli Africae. Cum propriam jurisdictionem Legatis ruis dederis: consequens est, ut etiam de suspectis tutoribus possint cognoscere. Ut possessio bonorum detur, vel si cui damni infecti non caveatur, ut is possidere jubeatur, aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is, qui legatum est, legatorum servandorum causa in possessionem mittatur, mandari potest.* Item cap. XIII. (g) de tutoribus & curatoribus datis, separandum non est diversis sententiis, quod ab Haloandro fit. Sed ita ad finem scribendum: *Sed si puella duodecimum annum impleverit, tu-*

*tor definit esse, quoniam tamen minoribus annis desiderantibus curatores dari solent: si curator patronus petatur, fides inquisitionis pro vinculo cedet cautionis.* Neque etiam probo, quod cap. LX. (h) de re judicata scribit: *Sonticus autem existimandus est, qui cuique rei agenda impedimento est litiganti.* Sed quod in aliis libris est: *Litiganti porro quid magis impedimento est, quam motus corporis contra naturam?* Sed & cuiusque rei scribendum est, non cuique. Sic Alciatus noster libro IV. [i] disputationum constitutionem XII, de praediis minorum, ob as alienum, tantum causa cognita, scribens, adversus omnium interpretum sententiam intelligendam putat. Sic etiam ex Graeca interpretatione apud Viglium (k) capituli XII. (l) de bonorum possessione contra tabulas scribendum est eo capite: *Si prius testamentum extet jure factum, quo filius exheredatus est. Sequens imperfectum, in quo praeteritus sit filius: posteriore testamento praeteritus recte petet bonorum possessionem, si remoto quoque filio potiores sint in ea hereditate, posteriore testamento scripti heredes, & ita jus habet: ut cum is &c.* Non vero ex illis verbis si remoto alia oratio incipiat. Horum exemplo, quae supra scripta sunt, omnibus suadeo, ut si quid aut iniquum, aut minus apte scriptum repperint, quod facile punctis ablati, aut additis restituatur: id facere non dubitent. Habent optimorum librorum notam scripturam; habent majorum & recentium jurisconsultorum exemplum. Servetur modo is, qui in rebus omnibus desiderant, modus.

(a) L. Eleganter. §. Si vendiderit. de pign. act.

(b) L. Anniculus. I. de verb. sign.

(c) lib. 4. cap. 6. l. un. de consul.

(d) L. Si duo patroni. §. Julianus. de jurejur.

(e) §. Item si quis. de inut. stip. ubi Theoph.

(f) L. Cognitio. de off. ejus.

(g) L. Si Impuberi. de tutor. & curat. dat.

(h) L. Quasitum. de re jud.

[i] L. Ob as. C. de praed. mi. Alciat. lib. 4. cap. 5. disp. [k] Vigl. §. Ex eo. quib. mod. ref. inf.

[l] L. Si duob. §. 1. de bon. pos. cont. tab.





ANTONII AUGUSTINI  
EMENDATIONUM, ET OPINIONUM  
LIBRI SECUNDI

*Ad Michaelem Majum Procancellarium*

P R Æ F A T I O.



Aximos, ni fallor, fructus, Mai, superiori libro ostendisse visus sum, Tuscarum Pandectarum scriptura prolata; quid enim majus dici potest, quam permultis locis contrariam veritati ipsi sententiam majores nostros defendisse demonstrare? Cui rei accessit, quod ad multarum partium juris interpretationem conducere videbatur: ut de appellatione librorum, e quibus nostri sumpti sunt, & de interpunctionibus verba faceremus. Nunc vero de eo genere errorum tractandum est, quod ob ignoratum dicendi genus infinita loca occupavit. In quibus explicandis vereor, ne id mihi vitio dent, quod nuper non Gul. Budæo solum, qui & si primus nostra memoria elegantiam ad jus civile applicare coepit, tamen non ille quidem magnos in jure progressus cognoscenda utriusque linguæ antiquitate impeditus fecit: sed etiam Andreæ Alciato familiari tuo, meoque præceptor, cujus libris quasi postliminio juris prudentia redisse visa est in civitatem Romanam. Namque ita ajunt civilem scientiam totos homines desiderare, qui nihil aliud agant, curent, cogitent, quam ut quid Accursio, Bartolo, Baldo, Alexandro, & cæteris doctis viris, sed alienis ab omni elegantia visum fuerit, defendant, legum verba ignorent licet, temporum nullam habeant rationem, quibuscumque verbis & libris utantur, rudes denique, & omnium aliarum rerum ignari appellentur, dum illud unum dicere possint nihilo fuisse se Accursium, aut Bartolum earum rerum peritiores. Eosque feriunt, qui hujusmodi dicendi illecebris tenentur, totos in verborum interpretatione versari: quasi vero aliud permultis libris Labeo, Ulpianus, Paulus, Scævola, & cæteri faciant, quam legum, edictorum, testamentorum, stipulationum verba interpretari. Sed & hoc ipsum, quod criminantur, ex eorum peccato natum est. Neque enim multus hac in re Alciatus, Budæus, Viglius, Pyrrhus, Zasius, & Haloander essent: nisi docti illi viri, temporum illorum peccato optimam hanc juris partem non essent assecuti. Et quod ajunt nolle se Bartolo, aut Accursio peritiores esse, agnosco eorum verecundiam: Sed arbitror illum ipsum Accursium & Bartolum, si reviviscerent, aut cæteros, quos nominant egregios viros, qui quantum illis temporibus elaborari potuit, operam dederunt, ut jus civile & discerent & docerent: libenter e Græca & Latina lingua multarum legum interpretationem



accepturos, seque & barbaris verbis, & interpretationibus inanibus exoneraturos. Hanc vero ipsam librorum emendationem quis non probaturos eos opinetur? cum & ipse Bartolus mathematica, & Judaicam (si diis placet) linguam didicerit? & Baldus, atque alii dialecticis & sophistarum scholis, quæ tum vigeant, jus civile juvasse dicantur? Quid vero de Accursio dicam? quo labore & quanta diligentia scripturæ varietatem significat? verborum origines & significationes ex omnibus omnium generum libris eliciat? quantam denique curam in toto jure civili declarando similibus, contrariisque locis adscriptis ostendat? Ad hujus tempora, aut ad ea, quæ consecuta sunt, suspiciant velim hi, qui tantum interpretibus deferunt, ut omnia alia juris studio abicienda esse censeant: quos enim magis profecisse cæteris scimus, dies, noctesque hoc unum agebant, ut ipsos juris civilis libros, quos solos, aut cum paucis interpretibus habebant, diligentissime versarent. Hæc una res totos homines habebat, a qua cum quæstionum, disputationumque novarum inventis posteri discesserunt, dum ingeniosorum & acutorum nomen captant, juris interpretum amiserunt. Quanquam hæc non ita a me scripta sunt, ut eos reprehendam, per quos profecerim. Nam & multum Paulo Parisio summo antea juris, nunc etiam religionis antistiti debemus, qui Bart. Socinum præceptorem disputando imitabatur, copia vincebat: & Marianum Socinum Patavii aliquot menses audivimus patrum sui acumine, judicio clario- re disputantem: Andream vero Alciatum Jasonis discipulum alia quidem ratione, sed disputantem tamen audivimus, qui omnes in omnibus interpretum libris declarandis versabantur, quod mihi, cum illis opera dabam, probabatur; cum ab eorum scholis discessi, nescio quomodo non optime factum videbatur. Nunc video nos harum disputationum laqueis temporum vitio teneri, sapientissimumque esse existimari fortuna, atque temporibus uti quibuscumque, optare quidem certe, & curare, ut præstantissima, si possis, sin minus meliora vulgaribus facias. Sed ut ad bonarum litterarum hostes revertar, admonendi sunt, ne dum elegantiam in jureconsultis persequuntur, optimos illos & elegantissimos viros, qui Digestorum libros conscripserunt, calumnientur, neve dum verborum interpretes accusant, eisdem consultis, & optimis illis Accursii præceptoribus, atque discipulis diem dicant. Rogandi autem sunt, ut facile patiantur alios veterum jurisconsultorum imitatores, atque amatores esse, cum ipsos nemo de delitiis & amoribus suis barbarorum ingentibus voluminibus interpellet. Reprehendique se non moleste ferre debent, si sibi constare volunt, & illam elegantiam, & antiquitatis contemptum perpetuo servare. Sed nos nimium multa de non multis, ut arbitror, ignorationis tenebris cæcis hominibus: ad ea, quæ polliciti sumus, veniendum est.



# ANTONII AUGUSTINI

## EMENDATIONUM, ET OPINIONUM

### LIBER SECUNDUS.

#### CAPUT I.

*Multa in Digestis græco dicendi genere scripta reperiri.*

**L**inguam latinam multa e Græcia accepisse nemo est, qui nesciat. Cum enim Romani homines necessarium bellum cum omnibus omnium terrarum nationibus gessissent, armis, quam lingua præstare satius putabant. Contra Græci cum se facile & multitudine & locorum opportunitate ab hostibus defenderent: disciplinas dicendi, quam bellandi magis frequentabant. Itaque cum hæc natio in illius potestatem venit: has ipsas cogitationes, & linguæ excolendæ curam secum tulit. In quo ne victores a victis vincerentur, cum otium aliquod Romanæ civitati datum est, dicendi arte usi sunt. Sed cum inops lingua copia illa careret verborum, quæ varietate sua, amores illos orationis excitat, ut auditores, quocumque velit, trahat: a nutrice & altrice sua & verba permulta, & dicendi quædam genera multo accipiebat. Elaborarunt, ut hoc ipsum multis exemplis ostenderent, Priscianus magni nominis grammaticus, & maximum nostrorum temporum ornamentum Gul. Budæus. Quorum exemplo nos & si nostræ disciplinæ studiis impediti minorem operam Græcæ linguæ dederimus, quam ad ejusmodi res tractandas opus esse videbatur, tamen hoc qualecumque est, quod ob eam linguam in nostris libris animadvertimus, non inutile mihi visum est in unum locum collocare. Ejusmodi res perquirendi mihi occasionem Haloander & Politianus dederunt: qui his locis, quos postea scripturus sum, græcam interpretationem suis libris addiderunt. Nam principio Justinianus quadam constitutione, quæ & in constitutionum Codice, (a) & Florentiæ ante digesta scripta est, ait: *Cum itaque nihil tam studiosum in omnibus rebus invenitur, quam legum auctoritas*: studiosum Haloander *σπουδαῖον* interpretatur, quod est studio & amore, curaque dignum. Eodem verbo eadem constitutione utitur, quod non recte scriptum est in Norico libro. Sed ita scribendum: (b) *Sed hoc studiosum nobis esse volumus: ut si quid &c.* Item sub titulo de latina libertate (c) scriptum est: *Studiosissimum nobis visum est, hæc quidem omnia, & Latinam libertatem rescare.* & No-

(a) L. 1. in pr. C. de vet. jur. en.

(b) d. l. 1. §. Sed & hoc.

(c) L. un. C. de lat. lib. toll. in princ.

vella constit. VI. (d) *barbare versa, neque enim Græca extat: ideoque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut sacerdotum honestas.* Altera constitutione, (e) quam ante digesta Haloander tertiam scripsit, quod etiam in Tusco libro est, sed numeris græcis adscriptis notatum est præpostere scriptam esse: fit enim ejus mentio in ea, quæ secunda scripta fuit: (f) *illic itaque est scriptum: Quod & in antiquis editi perpetui commentarioribus factum est, qui opus moderate confectum huc, atque illuc in diversas sententias producentes in infinitum detraxerunt, ut pene omnem Romanam sanctionem esse confusam.* Nam verbum *cerneres*, quod vulgo additur, illic non est, græco, ut Politianus adscripsit, dicendi genere, cujus apud Budæum mentio fit in græca quidem constitutione, quæ eodem tempore, & eadem sententia scripta est, eadem figura dicitur. ὁ περ καὶ πρόσθεν ἐπὶ τῆς τῆς ἡδίκτα γέγονεν νομοθεσίας: ὡς καὶ τοίγχε οὕτω βραχυτάτων αὐτὸ καθεστὸς ἐκ τῆς τῶν ποιητῶν ὑπομνημάτων διαφορᾶς εἰς ἀνεπίβλητον ἐκταθῆναι πλήθος. Simile huic est sub titulo de officio Quæstoris (g) *Hodieque optinuit, (h) in ut: differenter Quæstores creati.* Sic enim est Florentiæ. Haloander *ut* illud non scripsit. Nos quoque tertia constitutione, quæ vulgo sola ante Pandectas scripta est, Florentiæ scriptum vidimus: (i) *Cum oportet prius animas, & postea linguas fieri eruditos, pro quo Haloander scripsit animis & linguis; sed illud Græcum est, quo latini poetæ præsertim utuntur,*

*Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentis.*

Sub titulo vero de legatis animadverti Cæjæ græcorum more *tanti & quanti* nominibus uti: (k) atque adeo totus ille locus alienus a latinorum usu esse videtur: *Sed non in ampliores, inquit, quam decem, qui legati sunt, quod si minus sunt: in tantos, quanti inveniuntur.* Sic Justinianus, atque alii imperatores multis constitutionibus scribunt. (l) *Cujusmodi est, quod Valla reprehendit, quanti mercenarii in domo patris mei sunt.* Sed in eo græcos imitantur, qui *ταῖς* pro *ταῖ*, & *tantus* usurpant. Sic mulier pro uxore lib. III. de legatis: (m) *Sempronie mulieri meæ reddi iubeo ab heredibus meis centum aureos: τῆς γυναικὸς enim nomine & quæcunque mulier, & uxor significatur.* Sic *sin* autem pro *sinminus*, ut *εἰς* de græcis, quod Budæus notat. *Seja* te-

(d) Auth. quomod. op. ep. in princ.

(e) L. 2. §. Hoc autem. C. de vet. jur. en.

(f) In proem. Dig. in princ.

(g) L. un. de offic. quæst. Dig. (h) ut in nos.

(i) in proem. Dig. ad finem.

(k) L. Si ita legatum. de legatis. 1.

(l) L. 2. C. de offic. Pr. Pr. Afr. multis locis. l. cum quæstio. in fin. C. de legatis. l. ult. C. de cursu pub. lib. 12.

(m) L. L. Titius. §. 1. de leg. 3. l. Titia. de auro argent. leg.

sta-



stamento ita cavit. Si mihi per condicionem humanam contigerit, ipsa faciam: Sin autem, ab heredibus meis fieri volo. Sic illud, quod Val- la non probat, græco dicendi modo defenditur. Haloander scripsit *sin minus autem*. Adde id, quod Victorius animadvertit: cap. I. (a) de aqua & aquæ pluvix arcendæ. Idem ajunt, inquit Ulpianus, *aquam pluviam in suo retinere, vel superficiem ex vicini in suam derivare, dum opus in alieno non fiat, omnibus jus esse. Ex vicini pro ex vicini fundo, quod multi scribunt, dictum est: ut Cicero per Varronis, per Locustæ, in Saturni, ad concordie græco dicendi genere usurpat. Sic ad extremum VIII. capituli (b) si servitus vindicetur: Nam & in balineis, inquit, vaporibus cum Quintilla cuniculum pergentem in Ursti Julii instruxisset, placuit potuisse tales servitutes imponi. Sic enim fuerat in optimis illis libris scriptum, sed emendatum est (si emendare corrumpere est) pergentem in hortis Julii. Unde factum in hortos, aut in hortum in cæteris. Sed illud longe elegantius Haloander quoque in Alexandri constitutione (c) scripsit: *Et si per principis quodam calore fuerit pejeratum: quod alii scribunt per principis venerationem*. Sed ego salutem potius aut genium illic intelligo, ut apud Ulpianum cap. XIII. (d) de jurejurando. Sed & capite altero de origine juris (e) cum dicitur: *Ad commilitones confugit, qui universi de Algido, ubi tunc belligerendi causa legiones erant relictis ducibus pristinis, signa in Aventinum transtulerunt: utroque loco montem intelligo, quamvis in Algido Nebriffensis noster fallatur. Simile est, cum verbum actionis desideramus: ut titulo de tutelæ, & rationibus detrahendis: item de aqua, & aquæ pluvix arcendæ. Et illa finium regundorum: familiæ erciscundæ, depositi, mandati, locati & conducti, furti adversus nautas, arborum furtim cæsarum, expilatæ hereditatis, stellionatus: & si qua alia, quibus De actione addendum est. Sed cum dicimus contra tabulas datur, aut unde vi, bonorum possessionem, aut interdictum significamus. Proximum huic generi est, cum verbum causa, aut gratia, aut nomine desideratur. De qua re multa e Græcis & Latinis libris exempla Priscianus & Budæus adferunt. Nos in nostris libris hæc reperimus, quorum multa sunt ab Haloandro scripta mendose. PAULUS libro III. questionum. (f) Si legati conditionalis relictæ filio familias, pater ab hærede rem propriam ejus pignori accepit. POMPONIUS libro III. ex Plautio. [g] Labeo ait, si nemo sit, qui a parte promissoris interpellari tractatitæ pecuniæ possit. ULPIANUS libro XXVIII. ad edictum. [h] Nam ejus rei, in quam præpositus est, contractum est. ALFENUS libro II. Digestorum a Paulo epitomatorum. [i] Topiarium enim ornandi, saltuarium autem tuendi & custodiendi fundi magis, quam colendi paratum esse. PAULUS libro V. Questionum: (k) & posterior magis admonendi emptoris, & liberandi se eandem legem repeti-**

erit: nec poterit &c. ULPIANUS libro XV. ad edictum. (l) Nam & Divus Marcus in causa Pythodori, qui rogatus erat, quod sibi superfuisset ex hereditate reddere, decrevit: ea, quæ alienata erant non minuendi fideicommissi, nec pretium in corpus patrimonii redisset, (m) & ex proprio Pythodori patrimonio, & ex hereditate decedere: IDEM libro XXXIII. ad edictum. [n] Si patri propter condemnationem Romæ, ubi dos petatur, esse non liceat: filiæ satis dotis fieri oportet. IDEM libro LXXIII. (o) Si satisfidetur alicui certæ pecuniæ, recedere eum a pignoribus debere. PAPIANUS libro III. responsoforum. (p) Ante pretium solutum dominii questione mota, pretium emptor solvere non cogetur: nisi fidejussores idonei a venditore ejus evictionis offerantur: IDEM libro XXVII. questionum. [q] In proposito enim diem non differendæ actionis insertum videri. ULPIANUS libro XXXI. ad edictum. (r) Si proxeneta intervenerit faciendi nominis, ut multi solent: IDEM libro XLI. ad Sabinum. (s) Verum est, quod plerique probant, fundi furti agi non posse: IDEM libro LXI. ad edictum. [t] Si sepulchri violati filius aget, quamvis hereditarii: quia nihil ex bonis patris capit, non videtur bonis immiscere. Reperient alii id genus plura, quæ facile his exemplis intelligent. Hujusmodi est, quod Justinianus libro III. institutionum ait: (u) Laudamus quidem Prætores suæ humanitatis: quod Theophilus vertit εἰπαυεὶ μὲν τῆς φιλαυθροπίας τῆς πρακτορας. Desideratur etiam tempus græco more cap. ult. [x] Quæ in fraudem creditor. Nec eum, inquit Venulejus Saturninus, qui hiberno habuerit fundum centum, si sub tempus messis, vindemiæve fructus ejus vendere possit decem, idcirco duas res, id est fundum centum, & fructus decem eum habere intelligendum. Et apud Scævolum libro V. Responsoforum (y) in Norico est, ut Florentiæ: Et usque in hodiernum per Titium non stet, quominus reliquum solveret: alii enim diem addunt. Politianus præter ea animadvertit cap. V. [z] qui satisfidare cogantur: græcum verbum expressum esse illis verbis: Quia sane non quælibet injuria est, ducti in jus eum, qui satis idoneum fidejussorem det: non quælibet ἡτυχεῖται interpretatus est Haloander οὐσαπιν. agnovit cap. XI. (aa) libro III. de legatis. Hic enim, inquit Ulpianus, extinguitur constantia debiti. Budæus quoque eleganter ait, eum, a quo peteretur, ea de causa fugientem in multis constitutionibus (bb) appellari, quod φεῦγων a Græcis appellatur. In eo tamen errat sæpe, quod existimat Justiniani constitutiones propter dictionis inelegantiam e Græcis versas esse: una enim illa excepta, quæ sub titulo de religiosis barbære conscripta extat, cæteras omnes amissimus. Novellarum tamen liber Haloandro debetur, qui, ut erat diligentissimus vir, quæ etiam in Constitutionum codice desiderantur, significavit. Qua de re aliquando verba faciemus: nunc ad rem nostram redeamus. Animadverti, sæpe jureconsultos usos qui:

(a) L. 1. §. Item ajunt. de aqua pl. arc.

(b) L. Si cut autem. in fine. si serv. vind.

(c) L. 2. C. de reb. cred.

(d) L. Si duo. in fine. 7. Dig. de jurejur.

(e) L. 2. §. Initium. de orig. jur.

(f) L. Si legati. de pignor.

(g) L. 2. de nav. fen.

(h) L. Cnicumq. §. Non tamen. vers. Si ei. de inst. act.

(i) L. Cum quæretur. §. ult. de leg. 3.

(k) L. Titius. de serv. exp.

(l) L. Sed & si lege. §. quod autem. de hered. petition.

[m] Redisse Fl.

(n) L. Si cum do- tem. §. Si patri. sol. mar.

[o] L. Item libera- tur. in fin. quib. mod. pig.

(p) L. Ha- bitationem. de peric. & comm. r. u.

[q] L. Liber homo. 2. §. 1. de verb. obl.

(r) L. 2. de proxenetis.

[s] L. Ve- rum. de fur- tis.

(t) L. Pro herede. in fin. de adq. her.

(u) §. Ce- terum. in fl. de legit. adq. suc. ub. The- oph.

(x) L. Ult. §. Si procu- rator. vers. cum fundus. que in fraud. cred.

[y] L. Si ita quis. §. Seja. de verb. obl.

(z) L. Si vero. qui sa- tisf. cog.

(aa) L. Fi- deicommissa. §. Si rem. de legat. 3.

(bb) L. Cum ante. C. de rec. arb. l. 2. C. de jureju. pr. call. l. Pro- perand. de j. ult. de bon. que lib. ult. de præf. 30. vel. 40. ann.



quibusdam participiis, sic enim appellantur, quæ raro ab aliis usurpentur, quibus Græca lingua abundat, ut apud Ulpianum libro LXIII. ad edictum: [a] Si quis igitur compensare potens, solverit, condicere poterit: & apud Celsum libro XXIII. Digestorum: (b) Si vicinum mihi fundum mercato venditor in mea turre demonstrat. Apud Pomponium libro V. ad Q. Mucium: (c) Uxore mea stipulata me prohibeas. Ulpianus libro XXIX. ad edictum: (d) Res vendita non alias desinunt esse meæ, quamvis vendidero, nisi ære soluto, vel fidejussore dato, vel alias satisfacto: & libro VI. Disputationum: (e) An postea ei satisfacto servus constitutione uri possit? Illud etiam, quo sæpe Justinianus utitur, Græcum est: Repræba pecunia non liberat solventem reprobis videlicet nummis reddendis. (f) Statim tenuit eum prius decretum, quasi in loco tertia tutelæ quarta subroganda; (g) condemnatio autem ejus duplum continet, faciendæ æstimatione quanti domini interfit non lædi. (h) Item illud: Nisi parata sit mulier pati maritum tollentem. (i) Idem dicendum est de usu infinitivorum, ut grammatici appellant. Ulpianus cap. I. de inofficioso testamento: Cognati enim proprii, qui sunt ultra fratrem, melius facerent, si se sumptibus inanibus non vexarent, cum optinere spem non haberent. Paulus cap. XVI. (k) mandati: Si quis mihi mandaverit in meo aliquid facere, & fecero: quaesitum est, an sit mandati actio? Modestinus cap. XXVI. [l] de pignoribus: Pater Sejo emancipato filio facile persuasit, ut quia mutuam quantitatem acciperet a Septicio creditore, chirographum perscriberet sua manu filius ejus, quod ipse impeditus esset scribere: ita quidem Florentiæ est, sed fortasse præstaret: imperitus esse scribere. In edicto quoque quod est sub titulo de privilegiis creditorum, vel potius de rebus auctoritate judicis possidendis, ille enim Florentiæ non est, ait prætor: (m) Quod postea contractum erit, quam is cuius bona venierint, consilium receperit fraudare. Thryphoninus cap. L. [n] de re judicata: Ne liberalitate sua inops fieri periclitetur. Quod vero Justinianus ait: (o) hoc ipsum velle mulieris ab infidiis nequissimi hominis, qui meditatatur rapinam, inducitur: usurpatum a latinis est. Maxime vero omnium utile illud est, quod Accursium non latuit, cum tantum, aut solum negationi non additum intelligendum est. Supra enim scripta magna ex parte delicatos solum lectores offendunt, hæc attentissimum & acutissimum quemque perturbant. Agnoscitur autem jureconsulti sententia aut ex ipsa rerum iniquitate, aut ob verbum sed &, aut verum etiam, aliudve simile, proximo membro additum. Cujus rei apertissima primum exempla conscribam. Paulus libro XX. ad edictum: [p] non enim solutio est hereditatis restitutio, sed & successio, cum obligetur. Idem libro VII. ad edictum: [q] armatos non utique eos intelligere debemus, qui tela habuerunt, sed etiam eos, qui aliud, quod

nocere potest. Cajus libro XXI. ad edictum provinciale. [r] Armorum appellatio non utique scuta, & gladios, & galeas significat, sed & fustes & lapides. Marcianus libro singulari ad formulam hypothecariam: [s] Sed & non solvente omnis pecuniæ causa, verum etiam de parte ejus. Idem est, si illud &, aut etiam non addatur; in illo enim adversante verbo intelligitur: quod Budæus animadvertit a Cicerone usurpatum, nos etiam in usu jurisconsultorum esse scimus ut apud Ulpianum: (t) Liberos senatorum accipere debemus, non tantum senatorum filios, verum omnes, qui geniti ex ipsis, exve liberis eorum dicantur. Quid enim inter eam sententiam interest, & hanc? Invitum autem in servitutibus accipere debemus, non eum, qui contradicit, sed eum, qui non consentit. (u) Hæc autem nihil ab illa differt apud Ulpianum libro VIII. ad edictum: invitum accipere debemus non eum tantum, qui contradicit: verum eum quoque, qui consensisse non probatur. [x] Itaque nulla differentia constituenda est altero membro repetitionis nota addatur, necne; ut nihil interfit inter principio posita exempla, aut alia, si qua sunt, id genus; (y) & ea, quæ infra scribam. Ulpianus libro LXX. ad edictum: (z) Cotidianam autem aqua non illa est, quæ cotidie ducitur, sed ea, qua quis cotidie possit uti, si veller. Idem libro LVI. (aa) Domum accipere debemus, non proprietatem domus, sed domicilium. Idem libro XXXVIII. (bb) Quod si receperit salvum fore caupo vel nauta, furti actionem non dominus rei subrepta, sed ipse habet. Celsus libro XXV. Digestorum: [cc] Prædia dicimus aliquorum esse non utique communiter habentium ea, sed vel alio aliud habente. Sic Alciatus [dd] noster & Zasius [ee] accipiendum existimant, quod cap. ult. de edilicio edicto [ff] dicitur: Veteratorem non spatium servendi, sed genere & causa æstimandum. Sed & illud superioribus exemplis simile est, sed alia ratione scriptum cap. CXXXIV. [gg] de verborum significatione: Anniculus non statim, ut natus est, sed trecensimo (sic enim est Florentiæ) sexagesimo quinto die dicitur, incipiente plane, non exacto die: hoc est non tantum exacto, ut præceptor meus scribit. Illud quoque dissimile est, licet prima fronte simile esse videatur cap. I. [hh] de manumissionibus. Non enim majori viginti annis permitti manumittere, sed minorem manumittere vetari. Quibus verbis neque negatur, majores manumittere posse, neque verbum solum addendum est: sed negatur, ita concepta verba, ut majori solo permittatur; sed ita esse concepta dicitur, ut minor prohibeatur. Græcum etiam est, plurium negantium verborum usus, ut apud Ulpianum libro LXXXI. ad edictum: (ii) Cum nemine nihil faciente (kk) locus ipse publicus damnnum inferat sui natura: & ante Noricam editionem constitutio XVII. (ll) de re militari, ita scribebatur: Neminem in nullo numero equitum vel peditum, vel in quolibet limite, sine nostri numinis sa-

(r) L. Armor. de verb. sign.  
(s) L. Res. de pignor.

(t) L. Liberos. de senat.

(u) L. Invitum. de serv. præd. urb.

[x] L. Filiusfam. §. Invitus. de procur.

[y] L. Deniq. quod vi aut clam.

(z) L. i. in pr. de aqua cot. & æst.

(aa) L. Lex Cornelia. §. Domum. de injuriis.

[bb] L. un. §. Quod si furti adv.

(cc) L. Titus. i. in fin. de verb. sign.

(dd) L. Anniculus. 2. eod.

(ee) L. Zasius. in antinom.

(ff) L. ult. §. Servus. de ed. ed.

(gg) L. Anniculus.

(hh) L. i. de manumif.

(ii) L. Fluminum. in princ. de dam. inf. [kk] favente. Fl.

(ll) L. Neminem. C. de remilitar. lib. 12.



[a] L. De-  
votum. C.  
de metat. &  
epid. eod. lib.  
(b) Auth.  
de mand.  
pr. §. Sit  
tibi.  
(c) Bud. l.  
In eo. de ri-  
tu nupt.  
(d) Alc. l.  
Duob. de  
verb. fig.  
(e) L.  
Manifestæ.  
de jurejur.  
(f) L. Si  
venditor. in  
fin. de act.  
empt.  
(g) L. 2.  
de cur. bon.  
da. l. Ver-  
rum. de ver.  
fig. l. i. C.  
de serv. fug.  
nov. i. a.  
uth. de her.  
& sal. §. In  
ordinatum.  
(h) L. i.  
de verb. obl.  
§. Si quis  
ita.  
(i) In pr.  
inst. quib. a-  
lien. licet.  
(k) L. un.  
§. Et cum  
lex. C. de  
rei ux. act.

*cra probatoria in posterum sociari concedimus.*  
Et V. (a) de metaris: *Ad nullum prædium pu-  
blicum, vel privatum domus nostræ, vel cuius-  
cumque juris nullus metator accedat.* Novella  
quoque XVII. [b] quod dicitur *καὶ μὴ συγχωρεῖν  
αὐτοῖς μηδέν περὶ τῶν πῶν περιεχομένων τῆ θεῖα  
ἡμῶν διατάξει προφάσει δικαστικῶν δαπανημα-  
των ζημιῶσθαι*, verbum barbare est: & non  
permittere nihil ultra, quam continetur sa-  
cra nostra constitutione, occasione causalium  
expensarum damnificari. Sed hic quidem, in-  
terpres, ut velit, utatur. Ad jurisconsultos re-  
vertamur. Non minus græcum est, a Cicerone  
tamen usurpatum, quod Budæus [c] & Alciatus  
[d] notant: *Manifestæ turpitudinis & confessio-  
nis est nolle nec jurare, nec iusjurandum re-  
ferre.* [e] *Et quid ergo si nihil de ea re, neque  
emptor neque venditor cogitaverunt?* (f) atque  
fexcenta similia. (g) Item illud, quod uterque  
notant, & Florentiæ est uno loco duorum  
dicendi modorum exemplum: *ULPIANUS libro  
XLVIII. ad Sabinum. [h] Non tantum autem  
civiliter, sed nec naturaliter obligatur, qui  
ita admittit, & ideo recte dictum est, non ob-  
ligari pro eo, nec fideiussorem quidem: prio-  
ri oratione verbum negans desiderari videtur,  
hac abundare: cui similis est libro II. institu-  
tionum: [i] Ut neutrum eorum neque con-  
sentientibus mulieribus procedatur, & consti-  
tutione singulari de rei uxoria actione: (k) in  
Norico libro: ut fundum dotalem non solum  
hypothecæ titulo dare, nec consentiente mulie-  
re maritus non possit, sed nec alienare: utro-  
que loco verbum nec pro ne quidem scriptum  
est. Eiusmodi sunt, quæ græcæ linguæ co-  
gnitione melius intelliguntur, & velim, ut  
ea omnibus juris civilis studiosis tam familia-  
ris esset, quam Modestino, Papiniano, & Scæv-  
olæ fuit, aliisque omnibus, e quorum libris  
Digesta conscripta sunt. Nam & hæc ipsa, quæ  
in manibus habemus, breviori tempore addisce-  
remus, & græcorum consultorum interpreta-  
tionibus juvaremur ad ea, quæ amissimus, resti-  
tuenda. Nam si hi, qui primoribus labris græ-  
cæ linguæ fructus gustavimus, profecisse nos  
aliquid existimamus vel levi hoc sapore, aut  
odore ejus linguæ: si omnes simul in hanc rem  
incumbant, credendum est, maximos se fructus  
percepturos.*

CAPUT II.

*Antiquitatis, & elegantiae multa in  
Digestis ignorata vestigia.*

**N**ihil aliud proximo capite egimus, quam  
ut optimorum librorum scripturam græ-  
cæ linguæ imitatione tueremur: nunc vero alio-  
rum defensio ab antiquitate & elegantia peten-  
da est. Sed ita velim, quæ utroque loco scri-  
psimus, accipiantur, ut de rebus difficillimis,  
& temporum vetustate obsoletis verba facien-  
tem liceat mihi allucinari nonnunquam. Illud  
quidem certe, quo ad ejus facere potero, ope-  
Tom. II.

ram dabo, ut si certa omnia, quasi Delphica  
oracula, præstare nequeam, at me nullum la-  
borem recusasse ostendam, ut vero simillima  
perscriberem. Et initio de dicendi genere Tul-  
lianis amatoribus satis noto scribam, quibus id  
locis Florentiæ repererim. Scribit Celsus libro  
XVI. Digestorum: [l] *Cui servus ipse substiti-  
tus est, servum suum adire jussit: si idcirco  
fecit, ne legata præstaret, utraque præ-  
stabit, & qua heres est, & qua ommissa causa  
testamenti possidet ex substitutione heredita-  
tem salva Falcidia ei servata.* Item Paulus  
libro II. ad L. Juliam & Papiam: (m) *Sed nec  
ille, inquit, qui filium alienum possidet, tan-  
tum habet, quanti eum patri vendere potest:  
nec expectandum est, dum vendat, sed in  
præsentia non qua filius alicujus, sed qua ho-  
mo æstimatur.* Huic simile est illud Horatianum:

*Qua res qua ratio suaderet, quaque modeste  
Munificum esse licet.....*

Sed & semel scriptum reperitur multis lo-  
cis, diversa tamen significatione. Ulpianus li-  
bro L. ad edictum: (n) *Attamen ubi decessit,  
qua extinctum legatum & libertas est, sena-  
tusconsulto fore locum dicit.* Idem libro XLI.  
ad Sabinum: (o) *Plane si ususfructus meus in  
eo servo esse coeperit: dicendum est furri a-  
ctionem non extinguere, qua fructuarius do-  
minus non est.* Paulus libro XXVIII. ad Edi-  
dictum: (p) *Creditum ergo a mutuo differt,  
qua genus a specie.* Ulpianus libro LXII. ad  
edictum: (q) *Sed vir præfectorius an Consul-  
lari femina præferatur, videndum. Putem  
præferri, qua major dignitas est in sexu vi-  
rili.* Quo tamen loco ex qua, quia factum est.  
Illud miror XVIII. cap. (r) de re judicata, ita  
scriptum esse: *ULPIANUS libro LXVI. ad edi-  
ctum. Item miles, qui sub armata militia sti-  
pendia meruit, condemnatus, eatenus, qua-  
renus facere potest, cogitur solvere: cum VI.  
cap. (s) quod totidem verbis scriptum est, eate-  
nus, qua vel in Norico libro sit, & apud Javole-  
num lib. XI. ex Cassio: [t] *Litus publicum est  
eatenus, qua maxime fluctus exæstuat.* Itaque  
existimo apud Ulpianum librarium ex proximo  
verbo id accepisse. Errat idem, ni fallor apud  
Venulejum lib. VII. stipulationum, (u) illis ver-  
bis: *Non potest reperiri, qua altera potius, quam  
alteram consummari.* Arbitror enim scribendum  
esse, qua alteram potius. Et apud Marcellum  
libro V. Digestorum: (x) *Ut Alfenus ait urbs  
est Roma, qua muro cingeretur, Roma est  
etiam qua continentia ædificia essent. Qua mu-  
ro & ædificia scribendum.* Haloander qua u-  
troque loco recte, sed in continenti pro con-  
tinentia non recte scripsit. Illud recte Floren-  
tiæ est apud Ulpianum libro XXXI. ad Sabi-  
num: [y] *Sed hæc impensæ non petentur, cum  
maritus fructum totum anni retinet, qua ex  
fructibus prius impensis satisfaciendum est.*  
Et multum diversa sed non ignorata significa-  
tione apud Julianum libro III. ex Minicio: [z] *Si  
gemina arbor esset, & supra terram jun-**

[l] L. Cui  
servus. si  
quis omni-  
caus. test.  
(m) L. Pre-  
tia rer. ad  
l. Falc.  
(n) L. i. §.  
Si pater. i.  
de S. C. Si-  
lan.  
[o] L. Fal-  
sus creditor.  
in fin. de fur-  
tis.  
[p] L. 2. §.  
Credutum.  
de reb. cred.  
[q] L. i.  
de Senat.  
(r) L. I-  
tem miles.  
de re jud.  
[s] L. Mi-  
les. eod.  
[t] L. Li-  
tus. 2. de  
verb. fig.  
[u] L. Si  
reus. de  
duob. reis.  
(x) L. Ut  
Alfenus. de  
verb. fig.  
[y] L. Fru-  
ctus. in fin.  
fol. mar.  
[z] L. Si  
gemina arb.  
fur. cæf.



*Æura ejus emineret, una arbor videtur esse. Sed si id, qua jungeretur, non exstaret, totidem arbores sunt, quot species earum supra terram essent.* Quæ verba mendosa multis modis circumferuntur, quamquam ne superiora quidem usquam recte scripta vidi: ut etiam ea, quæ scripturus sum. Sed minus mirandum est: hoc enim quod scripsi, inter bonarum literarum studiosos notum est satis: Quis autem, quid *datuiri*, *restituiri*, *præstatuiri*, *defensuiri* sibi vellet, unquam audivit? De quibus ego id solum habeo dicere, reperisse me id genus dicendi crebro, pro eo quod in usu elegantium virorum est, *datum*, *restitutum*, *præstitum*, *defensum iri*. Sed tamen id in Digestis solum, & in Catonis libro de re rustica legi, nusquam tamen sine mendo est, exceptis Florentinis Pandectis, & Victoriana Catonis scriptura: *Et defensuiri* quidem his locis reperi. Ulpianus libro nono decimo ad Sabinum scribit: [a] *Ego puto, quoniam non hoc voluit socer ut bis dotem hæres præstet, mulierem agentem ex testamento cavere debere defensuiri heredem adversus maritum: ergo & maritus idem debet cavere adversus mulierem defensuiri, si prior agat.* Et postea: [b] *Sed non alias eum legatum consecuturum, quam si caverit heredes adversus mulierem defensuiri.* Idem libro II. Fideicommissorum: [c] *Unus igitur qui occupat, agendo totum consequitur, ita ut caveat defensuiri adversus ceteros fideicommissarios eum, qui solvit.* Idem libro XVIII. ad edictum: [d] *Quid ergo est, si a pluribus conveniatur, si quidem unus occupavit, an melior sit condicio, ut ipsi soli dedatur? an vero vel omnibus dedi debeat, vel cavere debeat defensuiri adversus ceteros?* Quo tamen loco Florentiæ suprascripta est littera M. Sed & *defensum iri* uno, atque altero loco repperi cap. XXXI. [e] de hæreditatis petitione: *Si caverit se petitionem defensum iri: & XVI. (f) ad S. C. Trebellianum: Aut cavere illi heredem defensum iri eum adversus legatarios, ceterosque: & XXVIII. (g) pro socio, omnes dividere & cavere, cum dies venerit, defensum iri socium.* Quorum neutra mendosa esse dicere audeo. Sic *debituiri*. Ulpianus libro II. ad edictum: [h] *Creditam non esse ante, quam mota sit, quoniam debituiri non est certum.* Scævola libro I. Quæstionum: [i] *Respiciendum enim esse, an quantum in natura hominum sit, possit sciri debituiri: licet Florentiæ sit scire dedituiri.* Labeo libro II. posteriorum a Javoleno epitomatorum: [k] *Si ambo Capuæ habitassent, legatum matri debituiri putavi, quamvis una non habitassent. Sin autem in aliud municipium transfissent, unius anni tantum modo debituiri.* Sic *redituiri*. Proculus libro VIII. epistularum: [l] *Sed qui petent, cavere debent, si hæreditas evicta fuerit, quod legato- rum nomine datum sit. reddituiri.* Julianus libro XL. Digestorum: [m] *Cavit, quod amplius, quam per legem Falcidiam liceret, cepisset, redituiri.* Et *traiduiri*. Idem libro XLII.

(a) L. 1. §. Celsus. alias est. l. 2. in princ. de dote rel.

(b) §. Per contrarium. ead. l.

(c) L. Fideicommissa. §. Item si quis. vers. Unus. de legat. 3.

(d) L. Si quis a multis. de noxal. action.

(e) L. Si quid. in pr. de her. petit. [f] L. Cogi. §. Inde. ad S. C. Treb.

(g) L. Si socii. pro socio.

(h) L. Quod si ab initio. de reb. cred.

(i) L. Respiciendum. eod.

(k) Qui quatuor. alias. l. Qui concubinam. §. Uxor. de legat. 3.

(l) L. Licinius. in fin. de legat. 2.

(m) L. Ita tamen. §. heres. ad S. C. Treb.

[n] *Non aliter fideicommissario tradi debet, quam ut caveatur existente condicione tradituiri eum.* Paulus libro XVII. ad Plautium: [o] *non aliter litem æstimari a iudice, quam si caverit actor, quod per se non fiat, possessionem ejus rei non tradituiri.* Attamen additum hoc loco M Florentiæ inter verficulos. *Datuiri* quoque scriptum fuerat apud Ulpianum libro XLIX. ad Sabinum: [p] *Stipulatus a Mævio fuerit fundum Titio datuiri.* Sed imperitus lector lineam addidit, id recentis factum esse ex eo apparet quod medio verficulo id verbum sit. Nam ut Diomedes grammaticus scribit veteres librarii extremis verficulorum verbis eam lineam addebant, quod neque locus M, aut N litteram caperet, neque dividi syllabarum litteræ deberent. Quod perpetuo in Florentinis illis libris factum animadvertimus.

Ex hoc loco Catonis verba a Pet. Victo- rio docto plane, & diligente utriusque linguæ magistro notata intelligentur: *Ponderibus modis domini datuiri.* Sunt enim stipulationis ad venditionem oleæ adhibitæ, quamvis quod dicitur *primæ cotulas duas*, non intelligam. Sed ex hoc Catonis loco & tam multis Digestorum existimo antiquum fuisse dicendi genus ex veteribus illis actionibus & cautionibus sumptum. Nam licet ex supra scriptis exemplis posset quis librariorum esse erratum putare, ut una littera minus scriberent: tamen & ille consensus, & infra scripta exempla, quibus pluribus litteris erratum esset: omnem scrupulum auferent. Sed ante quam illa scribamus, emendandus est, ut opinor, ita Javoleni locus libro II. epistularum: (q) *Ut ratio habeatur, quanti Titii interfuerit eo loco, quo conveniret pecuniam datuiri: licet Florentiæ ita sit dari in Norico majus mendum est pecuniam non dari.* Est autem hic locus cum aliis conjungendus, quibus male erratum esse scripsi in Noricis libris. Ad *restituiri* venio, quod apud Mæcianum est libro X. fideicommissorum: (r) *Decretum est, ut petitori caventi evicta hæreditate restituiri, solveretur.* Et apud Julianum libro XIII. Digestorum: (s) *Et præterea cavere debet, quidquid ex hæreditate liberti ad eum pervenerit, restituiri.* Et Paulum libro IV. Quæstionum: (t) *Vel interposita cautione, si priores agant, qui privilegium non habent restituiri quod acceperunt.* Ulpianum libro II. Disputationum: (u) *Plane repromittere eum oportet, si in potestatem suam pervenerit, restituiri.* Sed hoc loco addita syllaba *tum* est inter verficulos, ut restitutum iri dicatur. Idem factum est apud Julianum libro XXXV. Digestorum [x] illis verbis: *Ita ut tibi caveam tempore mortis meæ aut capitis deminutionis restituiri. Præstatuiri quoque frequentius, quam præstituiri invenitur.* Pomponius libro XXXI. ad Q. Mucium: (y) *In vendendo fundo, quedam etiam si non dicantur, præstanda sunt: veluti ne fundus evincatur, aut usus fructus ejus, quedam ita demum si dicta sint, veluti viam, iter, aquæductum præstatuiri: quæ verba in*

(n) L. Si pater. §. Cum sub condicione. de fideicom. libet.

[o] L. Hæc si res. de rei vind.

(p) L. Stipulatio ista. §. Si quis infulam. de verb. oblig.

(q) L. Pecuniam. de comp.

(r) L. Si heres. si cui plus quam per l. fa.

(s) L. Si quis servum de action. emp.

(t) L. Ex facto. in fin. de pecul.

(u) L. Si pecuniam. §. Item si quis. de cond. c. aut. dat.

(x) L. Si tibi decem. de usuf. ear. rer.

(y) L. In vendendo. de cont. emp.



Norico libro multis mendis scripta sunt. Adde Paulum libro XXXVI. ad edictum: (a) *Non alias fundum mulieri reddi oportere, quam caverit, siquid præter unius anni locationem maritus damnatus sit, id se præstaturi.* Florentiæ tamen præstatum iri est in littera expuncta. Id prætermisum est apud Ulpianum libro XXXII. ad edictum: (b) *Et si aperte in venditione comprehendatur, nihil evictionis nomine præstatum iri.* At præstituri est apud Javolenum libro II. ex Plautio: (c) *nec postea quicquam præstituri.* quod fortasse mendosum est. *Statuiri* quoque scribendum cenſeo apud Ulpianum libro VI. fidei-commiſſorum: [d] *Repromiſſio plane exigenda est voluntati defuncti statuiri.* licet Florentiæ sit *statuiri.* Actum iri autem, non *acturi* (e) & *prohibitum iri non prohibetur* [f] reperi, & fortasse sunt: ut alia permulta, quæ nunc in mentem non veniunt. Sed nimis etiam hæc multa sunt, quæ nollem investigatores antiquitatis celasse. Addam ad extremum ad hunc locum pertinere, quod Gellius libro X. (g) ait *vulgo dici, audio illi injuriam factum iri: aut illi contumeliam dictum iri, Catonem vero dixisse contumelia mihi factum itur.* Utrumque interpretatur, *itur ad contumeliam dicendam, faciendam.* Illius nullam rationem invenio, quod cap. XXVI. (h) de pignoriſibus Florentiæ est: *Nec metuiri ex hoc solo, quod mandante patre manu sua perſcripſerit instrumentum chirographi.* Sed arbitror, *metui* scribendum. Sed tamen hæc hæcenus.

Nunc de quibusdam verbis videamus per vetuſtis, quæ qui in noſtris libris vident mutare ſolent. Quale est *geno* pro *Gigno*, & *Victorius* refert ſe apud Ulpianum repperiſſe cap. XVII. de legatis: (i) *Si qua filia mihi genitur ei heres meus centum dato.* Idem ego cap. XIV. (k) de rebus dubiis vidi: *Si quis mihi filius aut filia genitur, heres mihi eſto.* Utitur eo Varro, & Lucretius *uſionem* quoque antiquum nomen agnoſcit, de quo Haloander dubitat apud Alfenum libro II. Digefforum a Paulo epitomatorum: (l) *Nam & ſi vina diffuſiſſet, habiturus uſioni ipſe & heres ejus, tamen omne in penu exiſtimari.* Sed alio loco in Norico eſt: (m) *Si factum aurum legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum, ſive id ſue, ſive alterius uſionis cauſa paratum eſſet.* Idem verbum non apud Catonem ſolum, ſed apud Gellium (n) non bonum latinitalis auctorem vidi. *Cæteroquin* in Ciceronis libris eſt reſtitutum, in pandectis ſcribendum apud Ulpianum libro VIII. Diſputationum: (o) *Sed enim hæc pœna magis eſt, ut adverſus ipſum locum habeat, qui delatorem redemit: cæteroquin adverſus heredem ejus tranſire non debet.* Haloander tamen id verbum ſcripſit apud Ulpianum libro IV. Diſputationum: (p) *Rerum Italicarum ſignificatione eas contineri, quas perpetuo quis ibi habuerit: atque ita diſpoſuit, ut perpe-*

*tuo haberet: cæteroquin ſi tempore, in quo tranſtulit in alium locum &c.* Sic fortasse ſcribendum eſt cap. LVIII. (q) pro *focio.* Nam Florentiæ eſt ſcriptum; *Cæteri, ſi id actum dicatur, ut quadriga fieret, & quæ poſtea. Viſionis* verbum Lælius noſter animadvertit e multis Digefforum locis ſublato eſſe: ut e conſtitutione quadam Juſtiniani: [r] *Et in his partibus in quibus perfectiſſime viſiones expoſitæ veterum fuerant, quod particularim in eas fuerat ſparſum, hoc dividere, ac ſeparare penitus erat incivile.* Vulgo enim *iſſionis* ſcriptum eſt: in græca tamen conſtitutione *θεωπιου* dicuntur, quod verbum latino par eſt. Hinc emendari & intelligi Ulpiani ſententia poteſt libro XV. ad edictum, (s) cujus verba, quoniam negandi verbo deminuta, & aliis mendis corrupta ſcribuntur, infra ſcripta ſunt: MARCELLUS libro quarto Digefforum. *Tractat, num non teneatur: quaſi id, quod erogaverit ex eo fuerit, quod ad eum non pertinebat, ſed ad coheredes. Nam eſi is, qui heres non erat, totum quicquid apud ſe fuit, conſumpſiſſet ſine dubio non tenetur, quaſi locupletior non factus. Sed in propoſita quaſtione tribus viſionibus relatis, una prima: deinde alia, poſſe dici totum quod ſupereſt, reſtituere cum debere, quaſi ſuam partem conſumpſerit: tertia, utriusque quod conſumptum eſt, decedere: ait utique non nihil reſtituendum.* Eſt tamen in Tulco libro di, additum ad verbum *viſionibus*: ex quo ad cæteros libros manavit, *diviſionibus.* Haloander maluit *Decisionibus* ſcribere. Apud Ulpianum quoque libro XXIX. ad edictum. (t) Florentiæ ſolum recte eſt: *Proinde ſecundum hanc ſuam diſtinctionem, in prima viſione, ubi quaſi debitorum delegata eſt: exceptionem ei Senatusconſulti Marcellus non daret, alii in Primi, aut in prima fideiſſione.* Qua de re magna inter Accurſii præceptores contentio fuit. Accedit Ulpiani libro VII. diſputationum (u) auctoritas: *In omnibus autem viſionibus quæ propoſitæ ſunt, ubi creditor vel non numeratam pecuniam accipit, vel numeratam iterum accipit: repetitio contra eum competit.* Sed hoc etiam loco di adſcriptum eſt, & Haloander *Decisionibus* ſcribit. Nihil autem additum apud Paulum libro III. Quaſtionum: (x) *In omnibus autem viſionibus quas præpoſuimus, licentia concedenda eſt ei, cui onus probationis incumbit, adverſario ſuo de rei veritate iſſurandum inferre.* Idem tamen error in cæteris libris, quibus *iſſionibus*, aut *decisionibus* ſcriptum eſt. Iam vero quod idem Lælius per litteras a me interrogatus, de militiis, quæ vendi, aut obligari poterant, libellis editis ſcripſit, *dicis gratia* juſconſultos ad imitationem veterum uſos: belliffime dictum eſt. Si enim inter ſe conferantur, quæ ipſi ſcripſerunt uſus eorum verborum apparebit. Scribit Cajus libro I. de verborum obligationibus: (y) *Sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia, numerationis loco intercedant.* Ulpianus

(q) L. Si id quod. in princ. pro socio.

(r) L. 2. §. Si quid autem. C. de vet. jur. enucl.

(s) L. Sed & ſi lege. §. Adeo. de hered. petit.

(t) L. Quamvis. §. Si mulier. ad S.C. Vell.

(u) L. Si fideiſſor, §. In omnib. mandati.

(x) L. Cum de indebito. §. In omnib. de prob.

(y) L. Sæpe. com. mod.



(a) L. 1. §. Excusantur. de S. C. Sil.

[b] Alc. lib. 4. cap. 15. dispensat.

[c] L. 2. §. Non solum. ad S. C. Tertill. l. un. C. qui num. lib. Bud. l. Exempto. §. Idem. de action. emp.

(d) L. 2. qui pet. tut. l. Scire oportet. §. Sufficit. de excus. [e] lib. sing. ad Modest.

(f) Alciat. lib. 6. cap. 3. parad. Bud. in rub. de in diem ad Val. lib. 5. cap. 18.

(g) L. 1. de in diem add.

nus libro I. ad edictum: (a) *Nam si finxit se quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit: nihil hoc commentum ei proderit.* quibus locis multi dicit, quidam dantis (b) scribunt. Ciceronis verba sunt hæc vulgo, ut mendosa notata, actione VI. in Verrem: *Attamen ut possit se dicere emisse, Artagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis causa daret.* Quibus locis nihil aliud existimo dicis causa significare, quam quod ipsi jureconfulti perfunctorie, aut defunctorie appellant; (c) hoc est, ut defungi suo munere viderentur. Nam pecunia ob id (opinor) commodabatur, ut numerationis loco, quod hodie quoque fit in emptionibus, donationibus, & nonnunquam in judiciis, negotio peragendo intercederet, quod in seruo, qui se auxilium domino ferre simulavit, commentum appellatur. Apud Ciceronem vero illa verba *ut possit se dicere emisse*, præclare elegans hoc dicendi genus declarant. Modestinus *ὁτι καὶ ἀφοσιώσεως χάριν* eadem significatione utitur; [d] quod alio loco ostendimus (e) minus esse ab interpretibus perceptum. Usus dicendi scriptimus: originem ignorare nos fatemur; neque enim pudet, in re præsertim non vulgari, nescire id nos, confiteri. Quamquam nescio quomodo in tam depravatos mores ventum est, ut turpe esse existimetur nihil non cognitum, nihil non certum, & sine ulla dubitatione manifestum esse non affirmare. Sed nos malumus veritati, quam temporibus servire.

### C A P U T III.

#### De additione, & adjectione.

Libro XVIII. Digestorum titulus est de in diem adjectione, qui vulgo ante aliquot annos de in diem adiectione scribebatur; sed Vallæ, Budæi, & Alciati auctoritate mendum id sublatum est. (f) Sub eo vero titulo multis locis *adjectio* \* fuerat, & *adiciendi* verbum: quibus omnibus ex illorum voluntate mutatis non minus mendosos libros effecerunt, quam antea fuerant. Eum errorem indicaverunt nobis Florentini libri, in quibus non sæpius est *adjectionis*, quam *adjectionis* nomen aut *addicere*, quam *addicere*. Sic enim illic scribitur, non *addicere*; ut *abdicere* etiam, & *reicere*, non *abiicere*, & *reiiicere*; quod ipsum non inutile poetarum interpretibus esse potest: nobis vero, multo utilissimum fuit; deprehendimus enim facile, ob hanc scripturam erratum esse non in vulgaribus solum libris, sed in illis ipsis ethruscis. Mea autem opinio in horum verborum differentia ea est: ut cum in diem addictio ita fiat, ille fundus esto tibi emptus centum, nisi si quis intra illum diem meliorem conditionem attulerit: (g) si quis adjectionem ad pretium fecerit, & id rei domino placuerit, addicet ei rem: si nemo

adjecerit, illi in diem emptori addictio facta consistit. Idem in auctionibus, quæ ab hoc augendi, seu adiciendi negotio appellantur, dicendum est; ut res illi addicatur, qui aliorum licitationi adiciendo, plurimo rem mercatus sit, aut vectigal conduxerit. Ulpianus libro XXVIII. ad Sabinum: [h] *Si res in diem addicta intercederit, vel ancilla decesserit: an partus, vel fructus ejus nomine adjectio admitti possit? & negat admittendam adjectionem: quia alterius rei, quam ejus, quæ distracta est, non solet adjectio admitti.* Quo loco si *adjectio* scriberetur, ut cæteri volunt, ineptus Ulpianus foret, vel potius Julianus, cujus sententia refertur. Paulus libro V. ad Sabinum: (i) *Licet autem venditori, meliore allata conditione, addicere posteriori: nisi prior paratus sit plus adicere: quæ verba recte in vulgaribus libris scripta sunt, in Florentino una littera plus, addicere, non recte.* Nec postea apud eundem libro XXXIII. ad edictum: [k] *Neesse autem habebit venditor meliore conditione allata, priorem emptorem certiorum facere, ut si quid alius addicit ipse quoque addicere possit.* Scribendum autem est *adicit*, quod alii scripserunt. Apud Julianum vero libro XIII. Digestorum (l) in cæteris erratum: nam Florentiæ est: *Sed si proponatur, a creditore pignus in diem addictum: non potest videri bona fide negotium agi, nisi adjectio recipiatur.* Et apud Ulpianum bis libro XXIII. ad Sabinum: (m) *Nec impedire quicquam vel hoc agi, ut sæpius fundus collocetur, dum vel prima, vel secunda, vel tertia adjectione res a venditore discedat. Deinde si tribus vendentibus duo posteriori addixerint, unus non admiserit adjectionem: huius partem priori, duorum posteriori emptam.* Illud recte omnes scripserunt: (n) *Si quis mihi totum fundum ad diem addidisset, postea vero pretio adjecto dimidium alii addiderit.* Et apud Julianum libro XV. Digestorum: (o) *Cum duo servi duobus separatim denis in diem addicti sint; & extiterit qui pro utroque triginta det: refert unius pretio decem, an singulorum quina adiciat. Secundum superiorem adjectionem, is servus in tempus erit, cujus pretio adjectio facta fuerit; secundum posteriorem adjectionem, uterque ad posteriorem emptorem pertinebit.* Quo capite nihil dici potest aptius ad nostram opinionem. Sed & postea apud Africanum scribitur: [p] *Cum in diem duobus sociis fundus sit addictus, uno ex his pretium adiciente, etiam pro ipsius parte a priore venditione discedi rectius existimatur.* Et apud Javolenum: (q) *Fundo in diem addicto, si postea pretium adjectum est, & venditor alio fundo applicito eum ipsum fundum posteriori emptori addiderit, & id sine dolo malo fecit; priori emptori obligatus non erit.* Et postea: *Id enim solum intuendum est, an priori venditori bona fide facta sit adjectio.* Quamvis hæc varie scribantur. Illud vereor, ne apud Pom-

[h] L. Ubi autem. §. Si res. de in diem addit.

(i) L. Licet. eod.

(k) L. Neesse.

(l) L. Sed si proponatur.

[m] L. Quod autem.

(n) L. Quod si uno.

[o] L. Cum duo.

[p] L. Cum in diem.

[q] L. Fundo.

\* Vid. Briff. de V. S. Lib. I. in verb. *Abdicere*, & in verb. *Addico*, & in verb. *Adicere*.



[a] L. Si  
prædio.

Pomponium libro IX. ad Sabinum (a) non recte Florentiæ sit: *Quod si intra diem adjectionis heres existat: melior conditio ei adferri potest: nisi fingamus adjectionem diem habuisse, quod mihi non probatur. Hæc sunt sub eo titulo emendanda: sub aliis vero alia sunt eadem ratione restituenda. Cujus modi est cap. XLI, (b) de rei vendicatione: Sed & si cui in diem addictus sit fundus; ante, quam adjectio sit facta, uti in rem actione potest; postea non poterit. Et ultimo de jure fisci: Plane si medio tempore inter primam licitationem & sequentem adjectionem percepti fuissent, ad venditorem pertinere: quo tamen loco adjectionem pati possumus. Sed constitutione prima de vendendis rebus civitatum: (c) Adjectio non addictio scribenda est: Si sine ulla conditione prædia vendente republica comparasti; perfecta venditione, nulla ratione vereris, ne adjectione facta auferri tibi dominium possit. Non enim illud timebatur, ne post adjectionem hoc est emptionem, res auferatur; sed ne adjectio fiat; in quo Pyrrhus & Haloander falluntur, non Accursius & Bartolus. Quod vero dicitur: *Tempora enim adjectionibus præstituta ad causam fisci pertinent: fortasse ad ejusmodi adjectiones, quæ in diem fiunt, pertinet: ut nihil inter privatorum adjectiones, & fisci, seu civitatum intersit. Sed hac in re incertus sum.**

(c) L. 1.  
C. de vend.  
reb. civ. lib.  
11.(d) L. 2.  
& ceteris de  
locat. præd.  
civ. lib. 11.  
l. Eos qui  
auctione de  
divers. præd.  
diis. eod. lib.  
1. Si quis  
auctoritate.  
C. de omni  
agro des. eod.  
lib.(e) lib. 1.  
cap. 3.[f] C. Qui-  
cunque. 2.  
q. 6.[g] C. ne  
pro dote.(h) inst.  
de eo cui lib.  
eod.(i) Theo-  
phil. instit.  
de succ. sub-  
lat. in pr.  
Bud. d. rub.  
de in diem  
add.

(d) sub titulo de locatione prædiorum civilium, atque aliis. *Addicendi* autem verbo non in emptionibus & auctiõibus solum, sed in sententiis quoque utebantur, ut alio loco (e) scripsimus emendandum esse apud Gratianum. (f) Item cum dicitur: *Ne pro dote mulieris bona quondam mariti addicantur* [g] & *de eo cui libertatis causa bona addicuntur*, (h) aut *cum uno nummo bona ejus, qui solvendo non erat, addicebantur*: (i) Quæ doctorum virorum commentariis per-vulgata sunt. Hæc autem ipsa, quæ de adjectione & adjectione scripsimus, audio Bartolinum neficio quem aliquando tentasse. Sed mihi ejus libri videndi copia facta non est. Equidem vehementer cupio omnibus probari, quod sentio; in quam rem optimis, ut opinor, Tuscarum Pandectarum testimoniis utor: sed si hac in re, aut qua alia fallor, nihil mihi erit antiquius, quam ut quamprimum vera dicenti manus dem.

## CAPUT IV.

## De instructo, &amp; instrumento.

**M**irum fortasse aliquibus visum est; cur Haloander libro XXXII. Digestorum titulum, qui in aliis libris de fundo, instructo & instrumento legato scribebatur; de instructo, vel instrumento legato scribendum curaverit. Cujus rei si illam rationem addamus, quod ita legerit in Bolognini libro, qui Politiani libri ad optimum illud Florentinum exemplum emendati, emendationes continet; satis fortasse quæstioni factum erit. Accedet, quod vide-

re potuit in indice Paulum singularem librum de instructo & instrumento scripsisse: item in Justiniani Novella CXXVIII. (k) utriusque nominis fieri mentionem. Sed magis arbitror eum vidisse, instructique ab instrumento differentiam apud Ulpianum invenisse libro XX. ad Sabinum: (l) qui cum rettulisset Sabini sententiam existimantis uberius esse fundi instructi legatum legato fundi cum instrumento: *Quanto igitur* (inquit) *hoc legatum uberius est, videndum est: & Sabinus definit, & Caspius apud Vitellium notat: omnia, quæ eo collocata sunt, ut instructior esset paterfamilias, instructo inquit continebuntur: id est, quæ ibi habuit, ut instructior esset. Hoc ergo legato non agri instrumentum, sed proprium suum instrumentum reliquisse videtur.* Hæc verba illam interpretationem accipiunt, de qua in græcis dicendi modis scripsimus: ut non solum agri instrumentum, sed etiam patris ipsius familias instructi appellatione contineatur. Itaque instructum id esse existimemus, quod fundi aut alterius rei instructæ legato continetur; instrumentum quod per se nominatum est. Scævola libro III. Responsorum: (m) *Sejæ ex parte heredi instituta, si heres erit: fundos per perceptionem dederat instructos cum suis vilicis, & reliquis colonorum.* Deinde: *Non amplius deberi, quam in codicillis, quos sane post oblivionem testamentaria scriptura fecisset, instructi appellatione contineri velle se, manifeste ostendisser.* Et libro VI. Digestorum (n) respondit: *potest hæc verba, sicut est, ad instructum referre, licet Florentiæ referri scribatur.* Hæc quidem recte Haloander solus edidit: at capite tertio (o) de instructo, *instrumentum pro instructo scripsit: cujus verba in Florentino libro sunt hæc: PAPIANUS libro VIII. Responsorum. Fundum instructum libertis patronus testamento legavit; postea codicillis petiit, ut morientes partes suas fundi superstitionibus restituerent: nec instructi mentionem habuit: talem, in causam fideicommissi deductum videri placuit, qualis fuerat legatus.* Tam late autem patere instructi legatum, duæ Antonini & Diocletiani constitutiones testes sunt sub titulo de verborum significatione. (p) Sub eodem quoque in Digestis Ulpianus libro XXVIII. ad edictum [q] scribit: *Instructam autem tabernam sic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis constat.* Sed Paulus libro IV. ad Sabinum: [r] *Tabernæ cauponiæ instrumento legato loci instrumenta contineri ait, ut vasa: cauponæ quod negotiationis nomen sit, etiam institores.* Huc arbitror pertinere quod constitutione secunda (s) de bonis vacantibus dicitur: *Cum adjacentibus & mancipiis, & pecoribus & fructibus & omni jure suo, ut ea quæ ad instructum possessionis vel domus pertinent, tradenda sint.* Paulus vero libro tertio sententiarum *instructio* verbo uti maluit. *Uxores eorum, inquit, qui mercedes præstare consueverunt, neque instructio*,  
ne-

(k) Nov.  
de public.  
tributis.(l) L.  
Quæsitum.  
§. Sed si  
fundus. de  
fund. instr.(m) L.  
Sejæ. in pr.  
eod.(n) L.  
Prædia. §.  
Ita. eod.

[o] L. 3. e.

(p) L. 1.  
& 2. C. de  
verb. sign.(q) L.  
Instructam.  
de verb. sign.(r) L.  
Tabernæ.  
de instr. instr.(s) L. 2.  
C. de bon.  
vac. lib. 12.



neque instrumenti appellatione continentur. Potuerunt etiam juris consulti *instructu* uti eadem significatione; namque M. Cicero libro III. de oratore ait: *Quocumque ingreditur, eodem est instructu, ornatuque comitata oratio.* Hæc habui, quæ de *instructo* & *instrumento* scriberem: neque enim Isidori [a] probatissimæ vitæ viri, non etiam eruditionis interpretatio horum verborum referenda erat. Quam enim quisque norit artem (ut in proverbio est) in hac se exercent.

(a) Isid. lib. 5. etym.

## CAPUT V.

Quis Sobrinus, quis Consobrinus sit, & quis propius Sobrino.

Cajus libro VIII. ad edictum provinciale (b) scribit: *Quarto gradu sunt fratres patruæ, sorores patruæ; id est, qui quæve ex duobus fratribus progenerantur; item consobrini consobrinæque, id est qui quæve ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini; item amitini, amitina; id est qui quæve ex fratre & sorore propagantur.* Sed fere vulgus omnes istos communi appellatione consobrinos vocat. Idem Paulus libro singulari de gradibus & adfinibus & nominibus eorum scripsit. (c) Addit Justinianus libro III. institutionum: (d) *Amitæ tuæ filii* (ea autem est patris tui soror [e]) *consobrinum te appellant, tu illos amitinos.* Et Paulus libro IV. sententiarum scribit: *Quarto gradu veniunt supra abavus, abavia: infra abnepos abneptis: ex obliquo fratris, & sororis nepos, neptis: frater patruelis, soror patruelis; id est patris filius, filia: consobrinus, consobrina; id est avunculi, & materteræ filius, filia: amitinus, amitina; id est amitæ filius, filia.* Sunt autem hæc ita scribenda, quibus Justiniani sententia confirmatur; ut amitini duo inter se esse nequeant; cum patruæ possint, aut consobrini esse. Hæc de consobrinis, quorum mentio fit apud Julianum libro XL. Digestorum (f) & Papinianum libro VIII. Responsorum. (g) Emendandus autem Nonius Marcellus est, ut ei cum jurisconsultorum sententiis conveniat. Utitur consobrini nomine Cicero in Ligariana, & libris de oratore, & officiorum & Terentius in Hecyra: *cedo quid reliquit Phania consobrinus noster?* Quo tempore non existimo fratres consobrinos appellatos, ut patruæ dicebantur. Nam Cicero L. fratrem in Verrinis & epistulis ad Atticum appellat, quem libro V. de finibus cognatione patruem, amore germanum fuisse prædicat. De consobrino non memini. Sed ad sobrinos, & propius sobrinis veniamus. Sunt autem sobrini, qui e duobus consobrinis, generatim eo nomine accepto, nascuntur: at si alter sine liberis sit, alter habeat; ille hujus filius propius sobrino est: sobrini vero mei filius sobrino natus appellatur.

(b) L. 1. §. Quarto. de gradibus & adfinib.

(c) L. Jurisconsult. §. Quarto. vers. Eodem gradu. eod. tit. (d) §. Quarto. in fin. de gradib.

(e) §. Tertio. eod. Paulus lib. 4. sent. tit. de gradib.

(f) L. Ita tamen. §. Heres. ad S. C. Treb.

(g) L. 1. in fin. de instructio. l. 1. C. unde leg.

Hæc ita vera esse, his jurisconsultorum verbis ostendam, quæ obscura, & ob eam causam mendosa esse videntur. Cajus eodem illo libro: [h] *Sexto gradu sunt, qui ex fratribus patruelis aut consobrinis aut amitinis undique propagantur, qui (i) proprie sobrini vocantur.* Justinianus idem ipsum ait: (k) *Sexto gradu sobrini sobrinæque, id est qui, quæve ex fratribus vel sororibus patruelibus vel consobrinis vel amitinis progenerantur.* De sobrino nato Paulus ait: (l) *Hic proximo nomine definitur parenti suo sobrinus [m] ut Trebatius ait: rationemque nominis hanc reddidit, quod ultimi cognationum gradus sobrinorum fiunt. Itaque sobrini filium recte proximum nomen ab eo ipso, hujus sobrini filius dicitur.* Horum mentio fit apud Ulpianum libro LVI. ad edictum [n] & Paulum libro II. ad legem Juliam & Papiam, [o] & Justinianum libro III. institutionum: titulo de successione cognatorum. (p) Propius vero aut propior sobrino, qui etiam propius sobrinus dicitur, is est, de quo antea dicebam: qui patri meo consobrinus est: CAJUS quinto, inquit, (q) *gradu sunt, propior sobrino, propior sobrina: isti sunt patris magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia. Hoc est (ut Ulpianus libro XLVI. ad edictum ait (r)) patris ejus, de cuius cognatione queritur, consobrinus, consobrina, sive frater patruelis.* Patruus enim magnus meus avi mei frater est, (s) ejus filius patri meo frater patruelis est, aut etiam consobrinus; mihi propior sobrino. Paulus ita scribit: (t) *Quinto gradu sunt patris magni filius, filia, amitæ magnæ filius, filia, avunculi magni filius, filia, materteræ magnæ filius, filia. Personæ, quas enumeraverimus a patris magni filio ei de cuius cognatione queritur propius sobrinis vocantur: nam ut Massurius ait; quem quis appellat propiorem sobrino, qui est patris matrisve consobrinus aut consobrina: ab eo consobrini consobrinæve, filius filia nominatur.* His verbis apparet non esse propius sobrinis eos, qui consobrinis nostris nati sunt, quod Accursiani existimant, & Pompejus, & Haloander: [u] sed appellari a Paulo videmus consobrini, consobrinæve filium, filiam. At propius sobrinis hi sunt, qui parentibus nostris consobrini sunt, avis nostris fratrum, aut sororum filii: aut etiam nobis patris magni, amitæ magnæ avunculi magni, materteræ magnæ filii. Sed animadvertendum est, cum plures sunt, propius sobrinis, aut propios sobrinos: cum unus solus est, propius sobrino, aut propiorem sobrino, aut propium sobrinum a jureconsultis appellari: licet Haloander propius sobrino, aut sobrinis solum utatur. Idem Paulus ait: (x) *Patris nepos neptis &c. amitæ nepos, vel neptis &c. avunculi nepos neptis &c. materteræ nepos neptis. &c.* (hæc tamen tria verba in Florentino libro defunt) *his omnibus, quos a patris nepos*

[h] L. 3. de gradib.

[i] qua Fl.

(k) §. Sexto. inst. eod.

[l] L. Jurisconsultus. §. Septimo. vers. Patris majoris.

[m] sobrino ego.

(n) L. Lex Cornelia. in princ. de injuriis.

[o] L. Lege Julia. de testibus.

[p] §. ult. inst. de succ. cognat.

(q) L. 1. in fine. de grad.

(r) L. 2. eod.

[s] d. l. 1. §. Quarto.

[t] L. Jurisconsult. §. Quinto. vers. Patris magni.

(u) Hal. in proem. C.

(x) d. §. Quinto. vers. Patris nepos.

\* Vid. Briff. de V. S. Lib. I. in verbo *Amitæ*, & Franc. Baldouin, in Comm. ad Institut. Lib. III. tit. VI. de grad. cognat. ad verb. *Item Sobrini, Sobrinæque.*



te proposuimus is, de cuius cognatione quaeritur, propius sobrino est: nam patris, vel matris eorum consobrino est. Hoc verum esse ita apparet: patrum mei filius mihi consobrino est, huius filio, qui patrum mei nepos est, ego propius sobrino sum. Idem ait: (a) Patrum majoris, amitae majoris, avunculi majoris, matertera majoris (sunt autem hi proavi &

(a) §. Sexto. vers. Patrum majoris fil.

(b) ead. l. §. Quinto. vers. Patruus major.

[c] De- lendum for- tasse.

proaviae fratres & sorores (b) filius, filia. Hi omnes, quos proposuimus a patrum majoris filio: avo aviae (c) esse ejus, de cuius cognatione quaeritur, fratribus, & sororibus eorum consobrini, consobrinae sunt: at patri, matrique eiusdem, fratribusque, & sororibus utrius eorum, propius sobrinis. Verum est, quod Paulus ait. Nam si de Titii hereditate agatur, & hi patrum majoris, aut aliorum filii se proximos agnatos dixerint: ita cognationem ostendent. Avus, inquit, noster, abavus Titii fuit; pater autem, patruus major Titii, hoc est proavi frater; nos avo Titii, consobrini: patri propius sobrinis. Licet autem idem, si de feminini sexus cognatione ageretur, respondere. Item quod de singulis personis dicitur, in fratribus quoque earum locum habere nemo dubitat. Deinde ait: (d) Patrum magni nepos, vel neptis, amitae magnae nepos, vel neptis, avunculi magni nepos, vel neptis, matertera magnae nepos, vel neptis. Hi omnes proavi, aut proaviae ejus, de cuius cognatione quaeritur, pronepotes & proneptes: eiusdem avi, aviaeque fratris, sororisve nepotes, neptesve; & contra horum, eiusdem avus, avia, patruus magnus, amita magna, avunculus magnus, matertera magna. Erunt autem pater, materve eiusdem fratresque, & sorores utrius eorum propii sobrini, ipse his sobrinus est, & invicem huic (e) illi sobrini. Haec ex supra scriptis manifesta sunt: diximus enim sobrinos esse inter se duorum consobrinorum filios: sobrinus itaque meus est patrum magni mei nepos: nostri enim avi fratres sunt, parentes consobrini; proavus idem sobrini pater propius sobrinus mihi est, item meus sobrino. Et haec huius appellationis causa esse videtur: quoniam non sobrinus est, sed propius uno gradu nobis est.

(d) Eod. §. Sexto. vers. Patrum magni nep.

[e] Hih Fl.

[f] §. Septimo. vers. Patrum maximi fil. ead. l.

(g) §. Sexto. vers. Patruus maximus. ead. l.

(h) d. §. Septimo. vers. Patrum majoris.

Item ait: (f) Septimo gradu sunt patrum maximi, amitae maxime, avunculi maximi, matertera maxime filius, filia. Haec omnes personae, quas a patrum maximi filio enumeraverimus, proavi, proaviaeque ejus, de cuius cognatione quaeritur, consobrinae sunt: avi, aviaeque eiusdem propius sobrinis. Patruus maximus est abavi frater, (g) ejus filius proavo meo consobrino, avo propior sobrino. Ad extremum ait: (h) Patrum majoris & aliorum nepos, neptis &c. His personis avus, avia ejus, de cuius cognatione quaeritur, propius sobrinis sunt: pater mater, sobrinus sobrina; is de cuius cognatione quaeritur, sobrino natus est. Deinde: Patrum magni, & aliorum pronepos, proneptis &c. Horum patres, matresque et, de cuius cognatione quaeritur, sobrini, sobrinaeque sunt; ipse autem isdem sobrino, sobri-

nave natus. Haec sunt, quae Paulus de eiusmodi personis scribit: & si mendosi libri circumferantur. Ex quibus in institutionibus quoque emendandum est, & in constitutionum codice, quod ab Accursiano errore manavit, & conniventibus oculis omnes praetermiserunt: neque enim arbitror ei, qui legerit ea, quae supra scripta sunt, audacius, quam verius pronuntiatum id a me esse videbitur. Accursiani erroris origo est ex libro III. institutionum. Cum enim ab Justiniano scribatur: (i) Quinto gradu sunt fratris patruelis, vel sororis patruelis, consobrini, & consobrinae, amitini, & amitinae filius, filia. Propior sobrino, propior sobrina: hi sunt patrum magni, amitae magnae, avunculi magni, matertera magnae filius, filia. Quae ex libro VIII. Caii ad edictum provinciale, (k) cujus verba antea retulimus, accepta esse videntur. Ea Accursius ita interpretatur, ut propior sobrino, vel, ut ipse appellat, propior sobrinus sit consobrini filius, & ex eo, quod postea dicitur, hi sunt patrum magni filii; nescio quomodo aliam personarum appellationem efficit. Haec origo est, & fons caeterorum malorum, nam qui eam interpretationem acceperunt, addendum esse censuerunt Justiniano eas personas enumeranti, quae sexto gradu sunt, propioris sobrini filios, quod in omnibus libris, qui in vulgus noti sunt, scriptum esse video: (l) at non in vetustioribus, cujusmodi in Albornotiana nostra bibliotheca, quam singulariter de religione, & disciplinis, & patria meritis AEGYDIUS ALBORNOTIUS reliquit, qui hanc sedem Hispanis hominibus constituit: liber est non ita antiquus, ut Accursianis notis careat. Non infitior tamen debuisse Justinianum consobrinorum nepotes sexto gradu enumerare; (m) quod Cajus fecerat, ex quo caetera accepta videntur: sed hi non propioris sobrino filii appellantur, sed ut dixi, consobrinorum nepotes. At propioris sobrino filii sunt, qui sobrini proprie appellantur, hoc est, ut Cajus & Justinianus interpretantur, qui, quaeve ex duobus consobrinis procreantur. Consobrinorum vero nepotes omisisse Justinianum, Theophilus locuples aliis in rebus testis esse potest: qui tamen, in alio genere erroris versatur, quod postea refellam. Ad Accursianos redeo, & eorum audaciam, nisi mea major est. Supra a me scripta ratione ausi iidem sunt constitutioni alteri Unde legitimi [n] interpretationem addere de suo, quae constitutionis verba esse hodie existimamus: IMPP. DIOCLET. ET MAXIM. AA. Zenoni: Cum propius sobrino, id est consobrina natus, rebus humanis intestato defunctum proponas: intelligis sine auxilio bonorum possessionis ejus te successionem vindicare non posse. Sic autem Haloander edidit, alii cum propiorem sobrinum, id est natus a consobrina scribunt. Accursius addit, id est, in quinto gradu a consobrina, qui respectu sequentis dicitur sobrinus propior. Quae verba cum mihi tanto viro digna non viderentur; inveni, aut falso esse Accursio ad-

(i) §. Quinto. in. sit. de gradib. cognat.

[k] d. l. §. Quinto.

(l) §. Sexto. in. inst. eod.

(m) L. 3. eod.

(n) L. 2. C. unde legit.

scri-



scripta, quoniam in Albornotiano libro non sunt, aut non ita scribenda esse. \* Sed ut duo illa verba a consobrina, ex contextu constitutionis irrepperint: & Accursianæ notæ, quæ in Fradinianis libris duæ sunt, tres sint. Quamquam hæc minime necessaria sunt: ut enim antea scripsimus, illam propioris sobrino interpretationem adulterinam esse suspicamus. Cujusmodi multa in omnibus omnium disciplinarum libris ex interpretibus inferuntur. Maximum illud signum est, quod apud Paulum ostendimus, numquam consobrini filios eo nomine appellatos, sed patrum magni filios tam crebro, ut legentem tæderet, opinor, multitudinis exemplorum. Quod si & hi, & illi propius sobrinis appellantur: ut Pompejum & Haloandrum scripsisse scio: utros intelligemus altera constitutione (a) communia de successione; aut si quo alio loco eorum mentio fiat? Deinde credendum non est, tantam rem, quæ maximis tenebris omnes illos cognationum gradus implet, jureconsultos illos veteres, aut Tribonianum fugisse. Postremo, quibus argumentis utantur, videmus; quibus nostra tueamur, exposita sunt: illi mendosis libris, Accursio, & Pompejo plus deferunt, quam nos Florentinis Pandectis, Pauli & cæterorum auctoritati. Sed nos ejusmodi hominum & librorum consensum, rerum tractationi, & ipsi, nisi vehementer fallor, veritati nunquam præferendam putabimus. Ad Pauli sententias, & Theophili institutiones venio, cum quibus mihi alterum certamen est. Scribit Paulus: (b) Quinto gradu veniunt supra quidem atavus, atavia; infra adnepos, adneptis; ex obliquo fratres & sorores, pronepos, proneptis. Jam hæc mendosa sunt: scribendum enim est: Fratris & sororis: & postea: fratres patruales, sorores parvæles, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae filius, filia. Scribendum est fratris patruelis, sororis patruelis. Addit propius sobrinus, sobrina; id est patrum magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius filia. Opinor scribendum esse propius sobrinus, quod semel in Digestis est; (c) aut sobrino, quod est crebrius. Deinde ait: Sexto gradu veniunt supra tritavus, tritavia, infra trinepos, trineptis; ex obliquo fratris & sororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, sororis patruelis [sic enim scribatur, oportet] amitini amitinae, consobrini consobrinae, patrum magni, amitæ Magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ, nepos, neptis. Propioris sobrini filius filia, qui consobrini appellantur. Hæc verba multis modis sunt mendosa. Nam si quinto gradu propiorem sobrino esse dixerat patrum magni, aut aliorum filium: propioris sobrino filius, & patrum magni nepos idem est. Item quod ait, consobrinus eos appellari, falsum est: appellantur enim sobrini, ut antea scripsimus; quod etiam in septimi gradus per-

fonis emendandum est. Sed & Theophilus emendandus est (d) aut corripiendus, quod omnes appellet consobrinus. Qui ita distinguit, ut propius sobrinis appellet proprios consobrinus: sobrinus vero majores consobrinus. Nos itaque illud probamus, consobrinus esse fratrum, aut sororum filios, quos Hispani primos germanos appellamus; consobrinorum filii sobrini, a nobis vulgo primi secundi inepte dicti sunt; propius vero sobrinis sunt parentum consobrini, quos thios græco, translaticioque verbo vocamus. Quo verbo proprie utimur aptius, cum patrum, amitam, avunculum, materteram significamus. (e) Sobrinorum vero nomine pro fratrum, aut sororum filiis abutimur, quos barbare nepotes Accursiani appellare solent. [f] Sed hac super re nimis multa scripsimus.

## CAPUT VI.

Scribendum esse aliquot Digestorum locis decies, centies, aut milies.

Fecimus proximo capite ejus loci mentionem, quo Haloander, (g) quid propius sobrino significet, exponit: eoque nos excitati pluribus verbis rem satis obscuram explicavimus. Sed quoniam eodem loco Florentinorum librorum scripturam in centies, aureorum laudat: eadem in re versari, utpote eleganti, neque satis nostris cognita, peropportuno esse existimavi. Neque aliquis expectet a me, ut quæ doctè Budæus, Portius, & Alciatus (h) hac de re scribant, referam: ea enim malo in eorum libris legi. Tantum scribam, quibus Digestorum locis ea, quæ ab ipsis dicuntur, locum habeant. Sed ille Portii & Haloandri scrupulus evellendus est. Multum hi differre existimant decies an deciens scribatur: & scire oportet veteres sæpe N inter E & S posuisse, ut mollius id proferrent. Nam & totiens, & quotiens, in antiquis monumentis, & Florentinis Pandectis scriptum vidimus, & thesaurum, & quadragesimum, trigensimum, & vicensimum, ut hoc ipsum deciens, centiens, miliens. Quibus tamen abstinere nonnunquam liberos illos animadvertimus: & si aliis, his præsertim locis, quibus, si ea differentia vera esset, maxime necessaria fuit, utendum erat; servatum tamen non est. Celsus libro XVIII. Digestorum: (i) Propemodum tantum quisque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis ejus refici potest. Sic enim dicimus centies aureorum habere, qui tantum in prædiis, cæterisque similibus rebus habeat. Centies aureorum, non centiens, nec centum scriptum est. Item Paulus libro II. Decretorum: (k) Imperator (inquit) interrogavit partem legatarii quærendi causa: pone, inquit, in condito centies aureorum esse, quæ in usum sumi solerent: diceres, totum, quod esset relictum in arca, deberi? Hoc ta-

[d] Theoph. §. Quinto. §. Sexto. de gradib. & §. ult. de success. cogn.

(e) Sic §. Tertio. inst. eod. & in auth. de her. ab int. ven.

(f) & alii. c. Tua nos. de cons. & adfin.

(g) Hal. ante C.

(h) Bud. & Portius libris de affe. Alciatus lib. 3. cap. 1. & 2. dispunct.

[i] L. Propemodum. de verb. sign.

(k) L. Offidius. in fin. de legat. 3.

(a) L. 2. C. comm. de succ.

(b) Paulus lib. 4. sentent. iii. de gradib.

[c] L. Jurisconsult. §. Sexto. vers. Patrum magni nepos.

\* Non assentitur Ant. Contius de Grad. Affinit. & Consanguinit. & nomin. eorum Tit. X. Lib. XXXVIII. Pandect. verb. Festus.



men loco *N* inter versiculos additum est. Interpretatur hæc capita recte Haloander, ut centies centena milia aureorum intelligantur. Quam interpretationem Budæus & Portius primi omnibus libris, quibus compendiarium id dicendi genus esset, fecerunt. Maximum illud ejus rei signum esse videtur, quod ne eos quidem fugit, videre nonnunquam scriptum decies centena, ut illud est:

.....Decies centena dedisses  
Huic parco paucis contento: quinque diebus  
Nil erat in loculis.

Et apud Papinianum libro XXIX. Quæstionum: (a) *Imperator quoque noster Severus filia Flavii Athenagora, cujus bona fuerant publicata, de fisco ideo numerari decies centena dotis nomine iussit, quod ea, patrem præstitisse dotis usuras, allegasset.* Quo etiam loco *N* additum est: & intelligendum est decies centena milia sestertiorum nummorum. Cur enim potius decies centena dicerent, quam mille? Sed molestiam numerorum hac brevitate vitabant in pecunia percensenda, non etiam aliis rebus fecisse veteres animadverti. Itaque Justinianus recte quadam constitutione scripsit: (b) *Extanta legum multitudine, quæ in librorum quidem duo milia, versusum autem tricies centena extendebatur, quod alia constitutione græco dicendi genere scripserat: (c) Duo pene milia librorum esse conscripta, & plus, quam trecentiens decem milia versusum a veteribus effusa.* Nam græce trecentæ myriades versusum dicuntur. Illud itaque in usu Romanorum fuit, ut cum *decies*, aut *centies* dicerent aureorum, aut sestertium; vel cum *decies*, aut *vicies* centena, toties centena milia auferent, quot ille numerus, qui enuntiabatur, significabat. Sed & si *decies* solum dicatur, idem intelligendum est. Papinianus libro VII. Responforum: (d) *Cum uxori mandatum esset, ut moriens filiae communi decies restitueret.* Quod nusquam recte scriptum vidi, Tuscos libros semper excipio. Significatur eo verbo is numerus, qui a nobis *milio* vulgo dicitur:

*Si dederint superi decies mihi milia centum,  
Dicebas nondum Scævola factus eques:  
Qualiter ò vivam? quam large? quamque beate?  
Riserunt faciles, & tribuere dei.  
In ius o fallax, atque infitiator eamus:  
Aut vive, aut decies Scævola redde deis.*

Eleganter quoque apud Paulum libro V. ad Sabinum scribitur: (e) *Non est statuliber, cum libertas in tam longum tempus collata est, ut eo tempore is, qui manumissus est, vivere non possit: aut si tam difficilem, immo pene impossibilem condicionem adjecerit, ut aliunde ea libertas optingere non possit, veluti si heredi miles dedisset.* Vulgo mille scribitur, quæ facilis condicio fuisset. Florentiæ tamen una littera minus scriptum est *miles*. Est enim

Tom. II.

\* Vid. ad hæc Frideric. Brummer. in comm. ad I. Cinciam. Cap. 14. n. 22.

vel ditissimi liberi hominis patrimonium miles centena milia nummorum; ac si Budæi æstimationem probamus, vicies quinquies centena milia aureorum nummorum, quibus hodie utimur, excedit.

CAPUT VII.

*Sestertium, denariumque non recte doctos quosdam viros æstimasse; & quæ sit constitutionis ultimæ de donationibus iusta interpretatio.*

Postulant ea, quæ scripta sunt, atque adeo flagitant, ut de sestertii nummi æstimatione tractemus. Quæ res non ita expedita est, & facilis, ut post multas multorum eruditissimorum virorum lucubrationes esse oportuit. Nam licet uno omnes ore pronuntient, denarium assibus decem, sestertiis quatuor æstimari: tamen video injectum esse maximi laboris, & ob eam rem peritissimo viro Gul. Budæo scrupulum ex Vitruvio & Tacito, & quod me ad hæc scribenda movit, animadverti, Justiniani constitutione, (f) & Mæciani de ejusmodi rebus libro non ante multos annos repperito, sestertium assibus quattuor, denarium sexdecim æstimatum. Itaque nemo, opinor, mihi vitio dabit, si Justiniani, qui jus civile nobis constituit, & Volusii Mæciani, e cujus libris publicorum & fideicommissorum, multa in Digestis capita sunt, auctoritatem secutus, ab aliorum opinione discedo. \* Quamquam non hoc discedere est: sed certis limitibus eorum sententiam circumscribere. Mæciani enim verba sunt hæc: *Denarius primo asses decem valebat, unde & nomen traxit, quinarius dimidium ejus, idest quinque asses, unde & ipse vocatur; sestertius duos asses & semissem, quasi semis tertius græca figura ἑβδομοῦ ἢ τετρακονταῖον: nam sex talenta, & semitalentum eo verbo significantur.* Lex etiam XII. tabularum argumento est, in qua duo pedes & semis, sestertius pes vocatur. Sic autem scribendum est, non *semis tertius*. His Mæciani verbis Budæi, Alciati, Portii sententia confirmari videretur, nisi addidisset: *Nunc denarius sexdecim, victoriatius & quinarius octo, sestertius quatuor asses valet.* Idem Vitruvius (g) scribit, non longe ab initio libri tertii, cujus verba Budæus libro V. de asse refert: ea etiam nos hic referemus. Quod libenter facimus, ne ullum scrupulum lectoribus relinquamus: *Nostri, inquit, primo decem fecerunt antiquum numerum, & in denario denos æreos asses constituerunt, & ea re compositio nummi ad hodiernum diem denarii nomen retinet, etiamque quartam ejus partem, quod efficiebatur, ex duobus assibus & tertio semisse, sestertium vocitaverunt.* Postea quoniam animadverterunt, utrosque numeros esse perfectos & sex, & decem, utrosque in unum conjecerunt, & fecerunt perfectissimum

F

nummum

(a) L. Cum de in rem verso. de usuris.

(b) in proem. Dig.

(c) L. 2. §. Sed cum omnia. C. de vet. jure exucl.

(d) L. A. via. §. Pater. de cond. & dem.

(e) L. Cum heres. §. 1. de statu lib.

(f) L. ult. C. de donat.

(g) Vitruvius lib. 3. cap. 1. de architect.



*num decussissis. Hujus autem rei auctorem invenerunt pedem. E cubito enim, cum dempti sunt palmi duo, relinquitur pes quattuor palmorum; palmus autem habet quattuor digitos: ita efficitur, uti habeat pes sexdecim digitos, & totidem asses æreos denarius. Placet enim mihi Budæi emendatio, ut non æreus denarius, sed asses æreos scribatur. Hæc Vitruvii verba Budæum acriter torserunt, & ita cum eo tranfigit, ut non nihil declinet de certa illa constituta in perpetuum æstimatione. Ex superscriptis Justiniani constitutionis verba intelliguntur: quæ nescio an alicujus receperint interpretationem: menda quidem certe receperunt. Sunt autem hæc in Norico libro editorum optimo: IMP. JUSTINIANUS A. Joanni P.*

(a) L. P. Verba superflua, quæ in donationibus poni (a) ult. C. de donat. solebant, id est sestertius nummi unius, assium quattuor, penitus esse reiicienda censemus. E quibus illud id est libenter auferrem. In recentioribus libris mendose scribitur: scilicet sestertii nummi, unius assis, vel quattuor; in antiquioribus melius, sestertii, nummi unius, assium quattuor. Quibus illud significabatur, sestertium nummi unius æstimatione esse, quod Budæus libro I. de asse fatetur: assium vero quattuor, quod Mæcianus scribit. Scribebantur autem in donationibus, vel ut sestertii ambiguitatem auferrent, propterea quod, ut a doctissimis viris

(b) Bud. Port. libris de asse. Alc. lib. 3. c. 1. 2. & 9. disp. & l. Lecta. de reb. cred. & lib. sing. de pond.

[c] S. Po. stea. & seq. de succ. lib. instit.

[d] Plin. lib. 33. c. 3. nat. hist.

proditum est, (b) sestertium mille sestertiis æstimaretur: vel quoniam [quod hodie fit] ut probos nummos conscriberent, ejus legitimam æstimationem addere solebant. At cum Justiniani temporibus solidis, & siliquis, & tremissibus, ut postea scripturus sum, uterentur: superflua illa formulæ donationis verba erant existimanda. Cujus rei extat illud non minimum argumentum, quod libro tertio institutionum Justinianus refert (c) lege Papia constitutum; ut si centenarii liberti, id est, hi, qui centum millibus sestertiorum censerentur, jus trium liberorum non haberent, virilem partem cum filiis patronus haberet. Quam tamen summam idem Imperator Græca constitutione in suorum temporum pecuniam mutavit, & centenarios libertos non a sestertiis illis majoribus centum, sed a totidem aureis vocari voluit: non quod eadem pecunia esset, sed ut idem nomen conservaretur (quod eleganter alii jamdiu scripserunt) & ut usus vulgaris pecuniæ ratio haberetur. Quæret aliquis: quo tempore sestertii æstimatio fuerit mutata? Et id Plinius libro XXXIII. (d) prodidisse mihi videtur. Ejus enim verba sunt: *Argentum signatum est anno urbis DLXXXV. [aut ut Budæo placet DLXXIII.] Q. Fabio Cos. quinque annis ante primum Punicum bellum, & placuit denarius pro decem libris æris, quinarium pro quinque, sestertius pro dipondio ac semisse. Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impensis respublica non sufficeret: constitutumque, ut asses sextantario pondere ferirentur: ita quinque partes factæ lucri, dissolutumque es alienum. Sextantarii asses apud Sex. Pom-*

pejum septennium durasse dicuntur, cum initio libriles fuissent, ut Mæcianus quoque [e] & Gellius scribunt. Deinde ait Plinius: *Postea Annibale urgente, Q. Fabio Maximo dictatore asses unciales facti. Placuitque denarium sexdecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis.* Quid hoc clarius, aut aptius dici potest? ut ostendat ante Q. Fabii Dictaturam illis denariis & sestertiis Romanos usos, quorum æstimationem cæteri traderunt: postea his, in quorum æstimatione Justinianus, Mæcianus, Vitruvius & Plinius consentiunt. Neque illi audiendi sunt, qui Plinianam scripturam mendosam putant, nec qui hæc, dum Annibal molestus Romanis fuit, viguisse credunt. Alterum enim non facile credendum est, alterum est manifesto falsum. Extant enim diverforum temporum scriptores, qui id suis quisque temporibus valuisse scribant. Quod vero postea Plinius scribit: *ita respublica dimidium lucrata est;* recte Budæus ad sextantarios asses refert. At quod ait: *In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus;* significat diurnum denarium, quem, ut Tacitus Cornelius scribit, milites merebant, decem assibus semper æstimatum: idque apud Tacitum queritur Pannonicus miles, cur decem asses, non vero denarium acciperent. Denique scribit, lege Papiria semunciales asses factos: quod arbitror numquam immutatum. Quod vero Varro libro IV. de verborum origine, Apulejus apud Priscianum libro VI. Aruntius apud eundem libro singulari de ponderibus, & Sex. Pompejus scribunt, denarium asses decem, quinarium, seu victoriatum quinque, sestertium duos & semissem valuisse: præteriti temporis æstimationem omnes expriment; hoc est, unde origo eorum verborum manaverit, ab illis scilicet initiis a Plinio conscriptis. Plutarcho vero & Dionysio, ac cæteris, e quibus argumenta erroris optimi viri sumunt, ita respondeo, de his rebus scripsisse eos, quæ ante Q. Fabii Dictaturam gesta fuerunt: quo tempore antiqua illa æstimatio locum habet: ut de Camilli exilio, Servii Tullii regis censu. Namque ita constituendum est, ut, si Plinium in tempore, quo æstimatio mutata est, non errasse putamus, non ita de his, quæ ante secundum bellum Punicum gesta sunt, existimemus; atque de his, quæ Tullianis, aut Cæsarum temporibus. Concidat itaque necesse est, omnis illa sestertiorum & denariorum æstimatio, quam eadem ratione ad omnes libros applicabant: vel potius coercenda est, ut ad tempus, quo de agitur, referatur. Jam vero ut ad nostram pecuniam vetus ratio conferatur, mutanda est recepta ab studiosis viris æstimatio. Nisi quod hi, qui ponderibus usi sunt, si illud probare possint, nihilo antiqua pondera a nostris differre: & argenteos, aureosque nummos veteres non contemendo deminutos appenderunt: facile poterunt eos ex ipsorum nummorum notis, & pondere ad nostros referre. Hæc de sestertio.

(e) Mæcian. lib. de asse in fine. A. Gell. lib. 20. c. 1.



CAPUT VIII.

De assis & unciae partibus.

**G**Ravi ære veteres usi initio urbis fuere: hinc, ut Plinius ait, libra in emptionibus imaginariis usi postea sunt; (a) hinc dispensatores, expensa & accepta, compensare, & impendere dictum est: postea ita signatum est, ut æris libra as appellaretur, duæ dupondium; idem enim pondo, & libra significat: (b) dupondii, & semissis pondere sestertius, decem assium denarius appellaretur: quamquam plerique scribunt, sestertium & denarium argenteos nummos fuisse, quod ipse probo. As, quod libram penderet, duodecim uncias continebat: ejus partibus jurisconsulti in hæreditatibus, atque aliis partitionibus uti solent. De quibus Ulpianus libro VI. Regularum ita scribit: (c) *Hæreditas plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ assis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assen, puta hæc: Sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as.* Idem Justinianus scribit libro II. institutionum: (d) utroque loco sunt, qui *sestuncem* addant octavam assis partem; sed neque in Tusco libro, neque in Theophili institutionibus est *sestuncia* (sic enim appellatur a Mæciano) ut *sestuncis* nomen ab Accursianis fictum esse videatur. Est autem quadrantis dimidium, hoc est uncia semis. Ejus mentio fit ab Ulpiano libro XIV. ad edictum: [e] *Proinde, inquit, si sint ex duobus filiis nepotes ex uno plures, tres puta, ex uno unus: unicum sestuncia, unum ex illis semuncia querella excludit:* & alii aliis locis. (f) *Uncia vero a Mæciano & Varrone in duas semuncias dividitur, sic enim vocant, non semuncias, ut quidam apud Ulpianum (g) & Scævola (h) scribunt: in tres binas sextulas, quas duellas Palæmon appellat. Binæ sextulæ dicuntur, quod sextula fit sexta unciae pars. Cicero pro Cecinna: Facit hæc heredem ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulcimum, Eburio sextulam aspergit.* Quarta unciae pars *ficilicus* dicitur: hujus mentio apud Scævola libro XXII. Digestorum. (i) *Quidam filium ex dodrante uxorem ex quadrante hæredes instituit: filii fideicommissit, ut restitueret uxori, quæ filii noverca erat. Hæreditatem ab uxore petiit, ut menstruos aureos denos filio præstaret, quoad is XXV. ætatis annum implevisset, quo tempore dimidiam ei hæreditatis partem restitueret: filius, deducta quarta, dodrantem restituit, hoc est sextante & ficilico deducto, semissem, semunciam, & ficilicum restituit: itaque noverca dodrantem semunciam ficilicum, privignus sextantem ficilicum habebant: quæsitum est, an cum privignus vicesimum quintum annum implevisset, semissem noverca suæ partis, hoc est trientem semunciam ficilicum, & ficilici dimidium, quæ *scriptula* tria dicere possumus, restituere debeat: an vero quod ad semissem*

(a) *Instit. de testam. in princ.*

(b) *L. Scribit Q. Mucius, de auro arg. leg. §. Item scribit.*

(c) *L. Servum. in fin. de her. instit.*

(d) *§. Hæreditas. instit. de her. instit.*

(e) *L. Papinianus §. Quoniam. de inoffic. test.*

(f) *L. ult. de conjung. cum emp. l. Liberto. §. Filium. de ann. legat. l. ult. C. de lib. præst. l. Filium. de leg. præst.*

(g) *d. §. Quoniam.*

(h) *d. §. Filium.*

(i) *d. §. Filium.*

ei deest totius hæreditatis, addere: & hoc Scævola respondit restituendum esse. Id autem erat quadrans semuncia ficilicus: & sane nimium inepti fuerunt, qui *siliquam* illic pro ficilico scripserunt, cum illa uncia sit CXLIV. pars, hæc quarta: quos jure præceptor noster reprehendit. (k) *Scriptulum* vero, in cujus mentionem incidi, idem est, quod vulgo *scrupulus* appellatur: est autem XXIV. unciae pars: quod Accursium non fugit. [l] Appellatum scriptulum videtur, ut Agricola medicus ait, ad τὸ γράμματος imitationem. Scriptuli dimidium *simplium* vocari Mæcianus ait, Palæmon *obolum*. Qui addit ad Mæciani partitionem *drachmam*, quæ octava unciae pars Græcis est, deinde ait:

[k] *Alex. in rub. C. de metall. lib. II. & l. Frugem. de verb. sig. (l) Accurs. l. 1. C. de metall. lib. 10.*

*Semina sex alii siliquis latitantia curvis Adtribuunt scrupulo . . . .*

Sed id ad pondus referri videtur; quamquam ut Mæcianus scribit, ponderis eadem divisio est, quæ æris. Quamobrem illud quoque adscribam, scriptulum in sex siliquas partiri, obolum in tres. Emendandi igitur a Pontificii juris interpretibus sunt hi versus: (m)

*Tres siclos obolus, obolos tres dragma, sed octo Uncia fert drachmas, duodena dat uncia libram.*

[m] *Jo. Theu. §. 1. tem in Levitico. de pan. dif. 1.*

Atque ita scribendum est:

*Tres siliquas obolus, obolos sex drachma, sed octo Uncia fert drachmas.*

Quodque deinde dicitur:

*Siclus habet septem dragmas obolo minus uno.*

Ea de causa dictum est, quod sæpe in sacris libris scriptum sit, viginti obolis siclum constare: (n) Sanctissimus tamen ille vir Hieronymus scribit, (o) quattuor drachmas pendere *siclum*, sive *staterem*; utroque enim nomine idem significatur: & Josephus libro III. Atticas esse ait, quos fecutus Isidorus semunciam siclum pendere scribit. Viginti itaque illi oboli Judaici sunt, ut *mina* quoque illa, quæ siclis sexaginta constat, Ezechiele auctore. Sed ad unciam Romanæ partes revertamur. Et Agricola Celsum fecutus septimam unciam partem *denarium* appellat, in quo Budæum, Alciatum, Portium reprehendit, qui par pondus denario, & drachmæ esse scripserunt. Qua de re, quoniam ad jus civile, non attinet, neque satis mihi cognita est, verba facturus non sum. Hæc mihi e doctorum virorum lucubrationibus addenda esse videbantur, ad illas Ulpiani (p) partes assis.

(n) *cap. judices. l. 9. i. Ex. 30. Levit. ult. Num. 10. (o) Hier. Ezech. 4.*

(p) *d. l. servum. in fin.*

CAPUT IX.

De auri, æris, argenti libra, auro, sive solido, siliqua, & tremisse.

(q) *L. Quotientcumque. C. de suscip. præp. & arc. lib. 10.*

**C**onstitutionis quintæ, (q) aut, ut Haloander scribit, quartæ de susceptoribus verba sunt



funt hæc: *Quotienscumque certa summa solidorum pro tituli qualitate deberur, aut auri massa transmittitur: in septuaginta duos solidos libra feratur accepta.* Libra itaque auri duobus & septuaginta aureis æstimabatur, quod Budæus & Haloander tentant corrumpere, & duo de *quingenta*, aut *quingenta* scribere, propter antiqui auri æstimationem. Sed nihil mutandum esse Constantinus Græcus jureconsultus me docuit libro III, *πρωτεύει*. & Demetrius Alabaldus, & Isidorus qualescumque scriptores ad ejus modi quidem certe res non admodum leves. Aliis constitutionibus singuli solidi viginti æris libris æstimantur, (a) argenti libra solidis quinque, (b) itaque libra auri æstimabatur argenti libris quattuordecim fescuncia sicilico: æris vero libris mille, & quadringentis quadraginta: Argenti libra æris libris centum, hoc est, festeriis sexcentis, denariis centum & quingenta, si asses semunciales, ut Plinius scribit, erant, & festerii assium quattuor, denarii sexdecim: de quo antea scripsimus. Sed mihi non fit verisimile, eadem ratione nummorum a Plinii ad Constantini & Arcadii ætatem, quorum illæ constitutiones sunt, per multorum imperatorum tyrannidem usos Romanos, & Bizantios. Illum potius errorem indicemus, in quem nollem optime de jure civili meriti nostri interpretes incidissent.

(a) L. un. C. de collat. æris lib. eol.

(b) L. un. C. de arg. pret. lib. eod.

(c) L. un. C. de arg. pret. lib. 10. (d) Accursus. & Pyr. d. l. un. Alb. & Jaf. l. ult. Dig. in jus voc.

(e) Accursus. l. Si ita stipulatus fuero, in princ. de verb. obl. l. Ut agendi, decursu pub. lib. II. l. Sciendum, de legation. l. Qui texturini, de murieg. lib. 11.

(f) 6. l. 2. C. de episc. aud. l. Civitas. C. de off. vet. prov. l. Propterandum. §. Sin autem utraq. de judic. l. un. in fin. de ration. op. pub. l. 1. l. Per annos. C. de metall. lib. 10.

(g) Bud. lib. 5. de affe. Alciat. lib. 3. cap. 9. Dispunct.

Neque enim tam crebro reprehendendi darent ansam Nebriffensi nostro, qui non nihil jus civile adjuvit. Scriptum est Constantini constitutione [c] de argenti pretio: *Jubemus ut pro argenti summa quam quis thesauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem, ita ut pro singulis libris argenti quinos solidos inferat.* Quinos solidos [d] Accursius, Albericus, Jason, & quod magis miratus sum, Pyrrhus Anglebermeus decem interpretantur. Idem aliis locis fecerunt Accursiani temporum barbarorum peccato. (e) Jam igitur constat, quæ esset argenti, æris, & auri librarum æstimatio, ut si multa aliquot unciarum, aut librarum æris, auri, argenti indicatur legibus, in quot solidos aureos ea referenda sit, cognoscere facile possimus. (f) Vel si eorum sententia vera sit, qui nihilo has nostras uncias ab illis differre existimant: & inter nos nulla unciarum differentia sit, sed per tot seculorum intervallum, per tot terrarum spatia eisdem ponderibus semper utamur ponderis nomine cognito ex his, quæ proximo capite scripta sunt: facile licebit ejusmodi interpretari. Namque si velis balucæ, aut auri scrupulos constitut, I. & V. de metallariis interpretari, cum scrupulis XXIV. uncia constet, si quid baluca sit, ex Budæo, Alciato, aut Pyrrho cognoveris, sine ulla difficultate, nisi te pondera fefellerint, quod velis, assequeris. In solidis aureis major dubitatio est, duo enim aureorum nummorum genera Budæus (g) & Alciatus constituant, quorum neutro hodie utamur, & Digestorum aureos ab institutionibus, & constitutionibus Justiniani separant: eo argumento usi, quod Tacitus dena festeria causarum patrono

mercedis nomine permessa scribat, Ulpianus centenos aureos. (h) Cumque fiat ea ratione, ut festerium aureis decem æstimetur: idque sit mille festeriorum; consequens est, aureum Ulpiani tempore centum festeriis mutuatum. Hæc illi quidem scribunt, quæ omnibus facile probaverint: addunt tamen, quaternos nummos, ex unciis singulis auri olim factos, quod non satis intelligo, quibus argumentis probetur. Nam quod Isidorus ait, ex unciis singulis fenos factos, veterem scripturam constitutione IV. (i) de susceptoribus confirmat: duodecima enim illius summæ aureorum LXXII. pars hi ipsi sex aurei sunt; & cum altera constitutione [k] scriptum sit, vicenis libris æris solidos singulos æstimari, quæ vicenæ libræ nostra festeriorum ratione CXX. festerios, eorum ratione multo plures efficiunt: mihi non fit verisimile tam deminutos aureos pluris illis æstimatos. Sed & illud probo, ut licet aliqua fortasse aureorum differentia fuerit, quod verisimile videtur, tamen credendum non sit, Justinianum eisdem nummorum nominibus non easdem interpretationes afferri voluisse, cum omnes Digestorum constitutionum, & institutionum libros quasi ab ejus unius manu conscriptos accipi voluerit. (l) Sed quid opus est verbis? Tangere manu propemodum hoc ipsum videmur. Scribit Ulpianus lib. LVII. ad editum (m) si libertus in jus vocaverit patroni filium pœnalem in factum actionem dandam, *id est quingenta aureorum*: idem si patronus, aut sine venia vocatus est, aut si qualemcumque fidejussorem dederit, & libertus non acceperit, idem Ulpianus, Modestinus & Callistratus scribunt. (n) Justinianus libro IV. institutionum (o) *solidorum quingenta* constitutam esse pœnam ait. Quis dubitet de eadem pecunia agi? Quid? quod capite I. (p) de his qui effuderint vel dejecerint, Prætor ait: *Si eo ictu homo liber perisse diceretur, quingenta aureorum judicium dabo?* Idem Justinianus scribit sub titulo de obligationibus, quæ quasi ex maleficio nascuntur; & quod alio loco ait Prætor: (q) *ne quis in sugruenda, protectove supra eum locum, qua volgo iter fiet, inve quo consistetur, id positum habeat cuius casus nocere cui possit: qui adversus ea fecerit, in eum solidorum decem judicium dabo.* Justinianus scribit [r] pœnam decem aureorum esse constitutam. Non possumus idem crimen majoris & minoris æstimationis aureis (quod ridiculum esset) coercere. Itaque mea sententia est, aureos omnes constitutione illa æstimatos, ut ieni unciam constituerent: quamobrem *sextula* nonnunquam appellati sunt; (s) namque superscriptum a nobis est, eam esse sextam unciam partem: quo fit, ut si scriptula, seu scrupuli XXIV. in uncia sint, ut sunt, quattuor scriptula aureus ille pendat; aut si malis, octo *simplia*, vel obolos; sed in scriptulo sex siliquas inesse diximus: siliquis igitur XXIV. aureus æstimatur. Quæ res Justiniani Novella constitutione CXXX. [t] manifesta est, qua octava solidi pars tres siliquæ esse dicuntur. Eam constitu-

(h) L. 1. prope finem. de extr. cog.

(i) d. L. Quicumque. C. de suscept. lib. 10. [k] d. L. un. C. de coll. æris. lib. eod.

(l) L. 1. §. Sed si quid. C. de vet. jur. enucl. (m) L. Si libertus. de in jus vocat.

[n] L. In eum. l. ult. eod. l. 2. in jus vocat. ut eant.

(o) §. ult. de pœna tem. lit.

(p) L. 1. in princ. de his qui eff. vel dej. §. Item is. inst. de obl. que quasi ex mal.

[q] L. Si vero. §. Prætor. de his qui eff. (r) d. §. Item is.

[s] Vid. Alc. in rub. de metall. & lib. 2. c. 27. par. v. l. Etiam. l. Hæc enuntiatio. de verb. sign. & lib. sing. de ponderib. (t) aub. de naut. usur.



tionem Haloander græce non edidit, propterea quod in Florentino Marcianæ bibliothecæ libro, quem Ludovicus Bononiensis describendum curavit, ea constitutio desideraretur. Quod facit, ut dubitem, an ne ea sit, quam Novella CX, [a] abrogat: neque enim me earum constitutionum ordo movet, quod aliquando præpostere multa ex eo libro scripta esse deprehendi. Et plane ita est. Nam cum Venetiis hos libros edendos curarem, atque ego legum & decretorum Pontificiorum libris græcis legendis darem operam: incidi in Marcianæ bibliothecæ librum pervetustum Novellarum, ex quo omnia fere, quæ in Norico desunt, descripsi, quorum utilitas ut omnibus juris studiosis prodesse possit brevi efficiam. In eo optimo libro Græca illa constitutio, quæ CXXX. existimatur *περί τῶν ναυτικῶν δαρείων* CVI. est: cui adscriptum esse vidi id, quod antea dicebam *ταυτὴν ἀνακεῖν ἢ ῥι*. Nam CX. *περί τῶν τῶνων* hoc enim loco, ut in cæteris libris illic est, hanc sine dubio abrogat; & utraque est ad Joannem P. P. missa. Sed, ut ad filiquas revertar, earum hanc eandem æstimationem in Novella Majoriani de curialibus agnoscere visus sum, sed locus mendosus est, quem nolo de meo cum antiquo exemplo caream, emendare. Illud sane in Accursio & Pyrrho desidero, quod filiquas *solidos* interpretantur constitut. singulari (b) de imponenda lucrativis descriptione: quamquam ille alio loco Isidorum veræ interpretationis testem citat; (c) quod ex supra a me scriptis, atque aliis constitutionibus constat, [d] quæ hanc interpretationem accipiunt. Hoc itaque filiquæ nomen non rusticorum solum est ut apud Vergilium:

*Unde prius lætum filiqua quassante legumen:*

In qua significatione Paulus utitur: [e] sed & ponderis est, & nummi genus. Erat etiam aureus nummus, qui *tremissis* dicebatur, filiquarum octo pondere, ut tres solidum penderent. Quorum mentio fit constit. III. de militari veste, & XVI. de erogatione militaris annonæ: quod neque Accursius, neque Isidorus ignorant: Et Haloander recte usus est eo Novell. XXVIII. & XXIX. Sed ut illud, quod omnium utilissimum esse putant, non prætermittam: sciendum est, receptum esse a nostri temporis interpretibus juris, aureos hos nummos, quibus hodie utimur, multo esse illis, de quibus scripsimus, minores. Namque ita existimant, libram auri XCVI. constare, unciam octonis aureis: ut aureus drachmæ scilicet pondere sit, aut scriptulorum trium, obolorum sex, vel simpliorum; & singuli octonis denis filiquis auri æstimentur: Cum illos alteros sextulæ pondere esse dixerimus, scriptulorum quattuor, filiquarum XXIV. Inde quingentos illos donationum solidos (f) DCLXVI. filiquis sexdecim, æstimare oportet: non octingentis, ut multi scribunt. [g] Servorum quoque pretia constitui possunt, qui aliquibus constitutionibus (h) quindenis aureis æstimantur, hoc est, nostrorum temporum

vicenis: aliquibus [i] pro ut artificium, quo imbutus est servus, & ætas melior est, varia æstimatio fit, Centenarii quoque liberti illi dicendi sunt, [k] qui CXXXIII. aureos, filiquas XIV. in bonis habent: eadem quantitate honoraria merces advocatis permessa est, (l) qua in re video præceptorem meum variare. Nam cum de ea mercede agitur, existimat, grandem pecuniam, æstimatione veterum aureorum facta præstari posse: (m) alio loco non putat, donationem, quæ quingentos vulgares aureos excedat, valere. (n) Mihi Accursianorum sententia probabilior esse videtur: qua omnibus Justiniani libris eandem aureorum interpretationem faciunt, quod antea scripsimus: qua vero libram auri & illo, & hoc tempore parem pondere esse existimant, dubitare me supra scripsi. Sexcenta sunt superioribus similia, quæ non pessime eadem ratione interpretantur.

CAPUT X.

De centesima usura.

EXTat Valentiniani constitutio (o) in Theodosiano codice, qua quadrupli pœna punitur is, qui quicquam ultra centesimam accepit. Cujus interpres ita scribit: *Si quis plus quam legitima centesima continet, id est, tres filiquas in anno per solidum amplius debitori sub occasione necessitatis accipere, vel auferre præsumpserit, constrictus quadrupli pœna restituet.* Hoc Alciatus noster ita interpretatur, (p) ut hanc existimet centesimæ usuræ definitionem, cum ob singulos aureos tres filiquæ quotannis accipiuntur. Mihi vero, quod pace præceptoris dixerim, major centesima illa usura esse videtur. Nam si tres filiquæ obolum constituunt, quæ octava est solidi pars, ut eodem loco ait: fieri non potest, ut octava pars centesima usura sit. Finge etenim octingenta credita, octo in singulos menses centesimæ usuræ nomine deberi nemo negat: hæc duodecies aucta XCVI. anno vertente erunt: cum centum octava scilicet sit pars. Deinde si centum duodecim quotannis pariunt, XXV. tria efficiant necesse est: at filiquas quattuor & vigintri solidus valet; non igitur hæ, tres parere possunt. Illud itaque arbitror interpretem voluisse, vel ut majorem centesima illam trium filiquarum pronuntiasse, vel ut sui temporis usuram, quæ non multum a centesima abesset, pro centesima interpretaretur. Neque hoc mirum cuiquam esse videatur, cum hanc ipsam octavæ partis usuram, hoc est, trium filiquarum in singulos solidos Novella constitutione CXXX. (q) vel potius CVI. in nauticis usuris enumeret: eoque argumento Socinus utitur [r] ad optimam illam centesimæ usuræ interpretationem, quam a Barbaro Hermolao acceperat, confirmandam: est tamen apud Socinum idem ille error emendandus, quem ex Hermolai libro, & Columella Budæus sustulit libro I. de asse: octo enim jugera pro septem scripta sunt; sed & nuper majore erro-

(i) L. 3. C. comm. de leg. l. 1. C. de comm. serv. man.  
(k) §. Sed nostra, inst. de succ. lib.  
(l) L. 1. in fin. de extraord. cond.  
(m) Alc. lib. 3. cap. 9. disjunct.  
(n) Idem d. l. Hæc enuntiatio.

(o) L. 2. C. Theod. de usur.

[p] Alc. l. Frugem. de verb. sign. & lib. 2. cap. 23. parv.

(q) Auth. de naut. usur. (r) Soc. l. 3. in fin. ad l. Falciid.

(a) Auth. de naut. usur.

(b) L. un. C. de impon. lucr. descr. lib. 10. ubi Accurs. & Pyrr.

(c) Acc. Auth. nullum cred. agr.

[d] Nov. 123. Auth. de sanct. ep. §. Sportular. Auth. sed hodie. C. de episc. & cler. Nov. 32. & 34. Auth. ad hæc. C. de usur. & Nov. 59.

(e) L. Frugem. de verb. sig. ubi Alciat. 6. l. 3. C. de milit. vest. lib. 12. l. Jubeamus. in pr. C. de erog. mil. annon. e. lib. ubi Acc.

(f) L. pen. C. de donat.

(g) Jafson. l. 2. §. ex his. num. 16. de verb. obl. 6. Alc. l. Hæc enuntiatio. de verb. sig.

(h) L. ult. C. quod cond. inf. l. Si quis argentum. C. de donat.